

34

WINDMILL

WINDMILL

No. A  
3 - 380

218 Josephus Cuius corporis et celibus.

26.a.8.

Estadística	Universitaria
GRAN	
Sala	A
Subsala	3
Tabla	-
Numero	3480

9

2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17





L. J. Josefa Lima conpiò estelibrò.

26 a 8.

Establecimiento	Gran
Sala	A
Estancia	3
Tabla	-
Numero	340

9



R. 2668

IUSTINI  
IN  
HISTORIAS  
TROGI POMPEII  
EPITOMARUM  
EDITIO NOVA,

Accurante

MATTHIA BERNECCERO:

*In qua quid praestitum sit, auer-  
sa pagina docebit.*



ARGENTORATI.

Sumptibus Heredum LAZARI ZETZNERI.

M. DC. XXXI.



*Hoc libro contenta.*

- I. JUSTINI Contextus, à IACOBO BONGARSIO, & FRANCISCO MODIO, è Manuscriptis codicibus emendatus, & in Capita Versiculosque distinctus.
- II. Notæ cuiusq; Capiti subjctæ: in quibus omnes Bongarsii, Modii pleræq; & quotquot ex aliis Philologicis auctoribus, nostro ingenio depromere licuit.
- III. Anonymi cuiusdam veteris, in omnes Trogi libros Prologi, cum Notis Bongarsii, & Ipcilegio Modii ac J. H. Freinshemii.
- IV. Bongarsii Excerptiones Chronologicæ, ad Justini Historias accommodatæ.
- V. Index rerum atque verborum, ad inveniendum expeditissimus, nova forma confectus à J. H. Freinshemio.
- VI. Variarum lectionum libellus, collectore Bongarsio.
- VII. In Notas, & Rerum, & Autorum Index.

Præfatio

*Ad Viros Nobilissimos, Amplissimos atq; Prudentissimos:*

Dn. JACOBVM Sturm à Sturmeck / Prætorium:  
Dn. JOHANNEM HELLERVVM, Consularem:  
Dn. FRANCISCVM-RVDOLPHVM Jngold/  
XIII. virum:  
CVRATORES Vniuersitatis Argentoratensis,

**M**ulta sunt, quod nemo nescit, ac varia scribendi genera, Magnificentissimi Viri, Patriæ Patres, in quibus eorum occupari solet industria, qui pro virili quisq; sua pomœrium Doctrinæ studiorumque promovere ac dilatare conantur. Ea vero, tria hæc ad capita non incommode quis reduxerit. Alii quippe vel noua prorsus inueniunt, vel vetera nouis inuenta cumulant, posteritati que tradunt; alii rursû, ab aliis jam ante tradita, meliore via, & ad discendum accommodatiore proponunt; alii denique, scriptores veteres ipsos omnis generis, aut obscuros illustrant, aut injuria temporum depravatos, quâ ingenio, quâ manuscriptorum codicum auctoritate freti, pristino atque nati-

uo splendori restituant. Etsi vero priora illa duo scribendi genera, digniora ut plurimum, & ad famam nominis vberiora iudicantur: haud scio tamen, an non tertium hoc multo publice sit vtilius, multoque fructuosius existimandum. Illud quidem certe nemo negauerit, hoc genus, in hac litterarum aetate, & librorum ea, qua laboramus propemodum infinita mole, solum esse necessarium. Nam reliquis in rebus scriptio superfederi saepe poterat, cum omnia politissimi veteres, & inuenerint, quam ii qui nunc sunt homines, acutius: & differuerint ornatius. Atqui veteres illi vel sapientissime scripti libri neque usui esse possunt, nisi à doctioribus explicati intelligantur: nec vel à doctissimis intelligi, si maculis scateant. Vnde sapienti maiorum instituto, doctores Academicos in hoc potissimum genere partim explicandorum ac declarandorum, partim restituendorum emendandorumque praeceptorum auctorum elaborare cernimus. Vestra quidem, Amplissimi Domini, legibus atque statutis Academiae, docentibus in ea, non nisi veteres optimi comatis, ac autoritatis praedictae scriptores, studiose iuuentuti, quae uberioris ingenii culturae gratia ad nos sese feci-

recipit, interpretandi committuntur. In quo munere cum meas quoque partes aliquas esse volueritis, in id operam haecenus ac studium omne, pro eo ac debeo, contuli, ut Spartam conceditam, si non ornare, quod vix à tenuitate mearum virium impetrare possim, at saltem non prodere, vel dehonestare viderer: eoque sine vetustis historiarum è conditoribus quos commodum videbatur, aliquot ab annis publice priuatimque tradendos explicandosque mihi sumpsi. Quamvis autem illorum plerique jam ante doctissimorum virorum egregiis commentationibus ita sunt explanati, omnis ut ulterior opera superuacua censeriqueat: certum tamen est, nondum ab illis omnia sic esse praecipita & occupata, ut non saltem stipulas aliquot ab sua messe reliquas aliis fecerint: & post vberissimam suam vindemiam, haud omnino poenitentiae sub pampinis adhuc latitanti racemationi producendae locum reliquerint. Ne res exemplo careat, IUSTINVM, non illum quidem majorum gentium & quasi patriae dignitatis auctorem; nec tamen ex infimis unum: utilem quidem certe, & ex quo Trogum, (etsi est, qui huncce se in Italia, per quietem, credo, vidisse scribit) fru-



stra requirimus, Historiæ necessarium, ante plusculos annos J A C O B U S B O N G A R S I U S , dignationis dum viveret amplissimæ, & rarissimæ Vir eruditionis, cùm è decem ipsis optimæ notæ manuscriptis codicibus integritati nitoreq; suo reddidit : tum etiam Notis ad invidiam usque politis, & cum applausu principum quoq; in repub. litteraria virorum exceptis, illustravit, nihil vt ipsis amplius aliorum industria videretur adstrui posse: & adstruxit tamen V. CL. F R. M O D I U S , Autore & ad Fuldensium membranarum fidem vltèrius emaculato, & non aspernando dato Notarum Spicilegio. Quod si cui præterea libeat excutere monumenta doctissimorum hominum, qui vel Antiquarum aut Variarum lectionum, Electorum, Conjectaneorum, Miscellaneorum, Præmissorum, Quæstionum Epistolicarum, Epiphylidum, Verisimilium, Suspicionum, Animaduersionum, & hujus notæ titulis aliis præfixis, plurium simul autorum curam profitentur: vel vnum aliquem ex professo tractantes, interim aliis quoq; tanquam aliud agentes, medelam sæpe salutarem conferunt; nã ille haud pauca, quæ Bongarsii, quæ Modii perspicaciam fugerint, inueniet.

ueniet. Idem de aliis verum est: & experimentum ipse superiore proximo biennio cepi, quo toto, & eo amplius, quantum per occupationes alias concedebatur, huc omnem laborem retuli, curæ huic omnia temporum successiva donavi, ut ex id genus scriptoribus Philologicis insigniores emendationes aut enarrationes vndequaque colligerem, collectas ad Autorem quasque suum referrem, atque ita conficerem ad plusculos Historicos haud exiguam Notarum quasi sylvam, quæ commentariis selectioribus, in illos Auctores jam ante vulgatis, quos è manibus studiosorum excutere velle, scelus fuerit insignitè magnum, auctarii vice forte non inutiliter adjungi queant. Vt autem ignobilis & obscurus iste colligendi labor molestiâ quàm ingenio majore confluit: ita seligendi & expendendi singula rationem, haud paullo plus iudicii simul & eruditionis exigere, nemo negauerit. quibus quàm parum ego valeam, non ita Suffenus, nec ita mei sum ipsius ignarus, ut non peruideam. Quando tamen impostum à Vobis, Amplissimi Viri, munus, hoc à me requirit, ut operantem bonis literis, bonæ menti iuventutem in hoc genere studiorum erudiam, quanto minus istis quæ

dixi praesidiis possum, subsidio mihi diligentiam comparabo, quod partes haec meas implere qualitercunque possim. Ac primum quidem, quod videtis, periculum, idque timide satis, ac valde metuens iudiciorum publicorum, in Iustino feci: cuius paucas, quod post Bongarsium & Modium, viros maxime industrios & felices, est necesse, maculas absterfi: Notulas quoque nonnullas, ipsorum Notis immiscui, semper ingenue professus, à quo quæque mutatus fuerim: ut ne quos rem furtivam ex Atinia lege vindicatos metuere necesse haberem. Ipsum denique contextum, repetitis tot editionibus mirifice corruptum, à mendis typographicis, quoad per morositatem operarum id licuit, incorruptum præstare sum conatus. Quod hæc editio præcipuum ac novum habet, id maxime vereor, ne multorum reprehensioni, si non & risui, sit obnoxium. Ea est temeritatis sive capitum hæctenus vistorum in temeraria divisio, quos vulgo versiculos appellant. Rem dicent minutæ cujusdam ac prope putidæ diligentiae, & quæ delicati lectoris ignaviae subscribat. Verumtamen cum id inuentum industrios quoque temporis

que parcos plurimum juuet: & ad exemplarium, quæ unâ discentibus adolescentulis in manu sunt, conformitatem, novis à Didacticis non absque ratione magnopere commendatam, proxime accedat: & verò cum primis hoc præstet, ne repetitis editionibus, ob mutatos paginarum linearumque numeros, errores adeo facti possint irrepere: est quod sperem, idem usu ac tempore non improbatum iri.

Ceterum opellam hanc qualemcunque meam Iustino ac studiosæ juventuti præstitam, Vobis, eminentissimi Domini Scholarchæ, cui quibus otii mei rationem unice reddere teneor, ut debitam, ita pridem devotam atque promissam, nunc demum exhibeo. Cum adversa subinde valetudo, tum occupationes Academicæ, curæque domesticæ, festinanti tragulam iniecerunt. Et facile quidem perspicio, hac interposita longiore mora, promissi mei gratiæ expectatione consumptam. Attamen in secundis habeo, non fecisse: speroque, qualemcunque hunc librum, magnæ gratitudinis argumentum exiguum, ac laborum tenue specimen, Vos æqui bonique consulturos, & vel hoc nomine non ingratum habituros, quod memoriam Vobis

PRAEFATIO

reuocabit illius JACOBI BONGARSII, viri bonis ac doctis omnibus laudatissimi, & tamē nunquam satis laudati: de hac quidem certe Repub. cum Henrici Magni missu Legatum quondam ad eam ageret, quod ipsi non ignoratis, eximie meriti. Cujus elogiorum summam dignus tāto viroamicus, lanus Gruterus, hisce complexus est, ejus imaginem subjectis:

*A quo candorem poterat sibi sumere Candor,*

*Fidem Fides, modestiam Modestia:*

*Quoq; minus fuerat Pietas pia, Gratia grata:*

*Quo Comes minus comis, minus Lepos:*

*Quelibet à quo gaudebat Doctrina doceri:*

*Tali videndus ore erat Bongarsus.*

Deus Opt. Max. faxit, ut sub Vestris, Amplissimi Viri, auspiciis, & publica pax atque tranquillitas patriæ secunda conquiret, & huic in clyto Vestro Lycaeo omnia ex voto contingant. PP. Argentorati, d. 6. Septembris, anno reparatæ Salutis M. DC. XXXI.

*Vestre Nob. & Amp. n. deuotiss. cliens,*

MATTHIAS BERNECCERUS.

TROGI POMPEII

FRAGMENTA.

DE EODEM, ET IVSTINO,  
*veterum auctorum loca.*

PRISCIANUS LIB. VI.

Trogus Pompejus libr. 6. Inde Sceptum petit, quo se media interfecta focu contulerat, is ab Hercule petito colloquio.

*In Ms. Prisciani leguntur hac ex lib. 3. pro se media Mediolanensis editio habet è Media unde legebam olim, se è Media sed ex lib. 3. Hellen. Xenophontis legendum. quo se Midias. Locum ipsum lector consulat. De Hercule auctem qui in Ms. Iustini est Derculides, dixi ad libr. 6, 12.*

IDEM LIB. V.

Trogus historicus in XXII. femininum à flamine, protulit hæc flaminea. Papicio propter mortem flamineæ, flaminio obiit.

*Duo Ms. Papicio flamineæ ( unus flaminix ) flaminio obiit. Lego Papirius propter mortem flamineæ : flaminio abiit. A. Gellius lib. 10. cap. 15. de flamine Diali. Vxorem si amisit, inquit, flaminio decedit. Sed qua Trogo & Prisciano est Flaminea, Gellio est flaminica: & flaminia, flaminii domus.*

VETVS INTERPRES VIRGILII QUI  
est apud P. Daniele, in illud tertii Aeneid.

*Teucrus Rhetea primum est advectus in ora,*

TEUCRVS, de hoc fabula duplex est: Nam & de parētib; ejus dupliciter traditur. Alii enim Cureas & Idæ Nymphæalii, inter quos & Trogus, Scamandri filium tradunt: qui Scamander, cum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tercia populi, ad exteras sedes quærendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum sedes, ubi nota

Et à terrigenis obpugnatus esset: Cum ad Frygiam venisset, & castra posuisset, noctu mures arcuum nervos & laboramenta armorum adrosferunt. Scamander hos interpretatus hostes esse terrigenas, in Idæ montis radicibus ædificia collocavit: qui cum adversus finitimos bellum crearet, victor in Fanto flumine lapsus non comparuit, qui post à Cretenfisibus in honorem regis sui Scamander appellatus est: filioque ejus Teucro regnum traditum, qui cives è suo nomine Teucros appellavit, qui post à rege Troo Trojani dicti sunt, & templum Apollini constituit, quem Sminthiû appellavit; Cretenfes enim murem Smythicem dicunt, &c.

*Leg. arborum, nervos, & loramenta armorum, Et statim, in Xancho flumine.*

Idem ad illud 4. Aeneid.

*Ductoresq; alii, quos Africa terrarum triumphis  
Dives alit.*

*Triumphus dives*, id est, bellicosa, & quidam dicunt astros nunquam triumphasse. Plinius autem quosdam historie naturalis, & Pompejus Trogus astros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Libius autem Andronicus refert, eos de Romanis sepius triumphasse, suosque porticus Romanis spoliis adornasse, merito ergo dives triumphis.

*Pro Astros, legendum omnino Astros, Caribagineses triumphasse, indicat etiam liber XIX. Iustini.*

PLINIUS IN INDICE HISTORIÆ NATURALIS, TROGVM AVCTOREM MVLTIS locis laudat, ut lib. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

18. 31. *Quæ ex co transtulit, non arbor esse ex libro historia- rum.*

LIB. VII. CAP. III.

Et in Aegypto septenos uno utero simul gigni, auctor est Trogus. *Eandem ferè totidem verbis, Solinus cap. 3.*

LIB. XI. CAP. XXXIX.

pili à cute exeunt crassa, hirti: seminis tenuiores, equis in juba largi, in armis leoni, daÿpodi & in buccis intus, & in pe-

in pedibus: quæ utraque Trogus & in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque colligens.

CAP. LII.

Addit morum quoque aspectus simili modo apud nos Trogus, & ipse auctor severissimus, quos verbis ejus subjiciam. Frons ubi est magna, legnem animum subelle significat; quibus parva, mobilem; quibus rotunda, iracundum, velut hoc veltigio tuioris apparet. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant; quibus juxta nasum flexa sunt, austeros; quibus juxta tempora inflexa, desiroso; quibus in totum deflexa, malevolos & invidios. Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse judicant; qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ notam præbent: candidi pars extenta, notam impudentiæ habet; qui identidem opere solent; inconstantia. Ocularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Hæcenas Trogus.

LIB. XVII. CAP. X.

Nam folia palmarum apud Babylonios ferri, atque ita arborem provenire, Trogus credidisse demiror.

LIB. XXXI. CAP. VLT.

Trogus auctor est, circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatæ sint spongia.

CHARISIVS LIB. I.

Sed & Valgius, & Verrius, & Trogus de animalibus hæc res lacte dicuntur; at consuetudo tamen alii sequitur.

*Leg. fortasse hi tres lacte dicunt.*

FL. VOPISCVS IN AVRELIANO.

Neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: prodeunte quinetiam, in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus convincerentur.

IDEM IN PROBO.

Et mihi quidem animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitaret viros in vita principum & temporibus discernendis.

HIE.



HIERONYMUS PROÆMIO

*in Danielelem.*

Ad intelligendas autem extremas partes Danielis, multiplex Græcorum historia necessaria est, &c. præcipueque nostri Livii, & Pompeji Trogi, & Iustini, qui omnem extremæ visionis narrat historiam; & post Alexandrum usque ad Cæsarem Augustum, Syriæ & Aegypti, id est Seleuci & Antiochi, & Ptolemæorum bella describunt.

IDEM IN CAP. V. DANIELIS.

Quo (*de Balibaz, are loquitur*) intersecto, à Dario rege Medorum, qui Cyri regis Persarum avunculus fuit, & Cyro Persa, quæ duo regna Esaias ascensorem bigæ camelii & asini vocat, destructum esse imperium Chaldæorum. Quod quidem & Xenophon in Cyri majoris scribit in fantasia, & Pompejus Trogus, & multi alii, qui barbaras scribere historias.

AVGVSTINVS LIB. IV. DE

*ciuitate Dei. cap. 9.*

Iustinus qui Græcam, vel potius peregrinam, Trogum Pompejum sequutus, non Latine tantum, sicut ille, verum etiam breuiter scripsit historiam, opus librorum suorum sic incipit. Principio rerum, &c.

PAVLO POST.

Qualibet autem fide rerum, vel iste, vel Trogus scripserit: nam quædam illos fuisse mentitos, aliæ fideliores literæ ostendunt: constat tamen, & inter alios scriptores, regnum Assyriorum à Nino rege fuisse longe lateque portectum.

OROSIUS LIB. I. CAP. VIII.

*De fame Aegypti, cuius Ioseph subsecuit.*

Pompejus historicus, ejusque breuior Iustinus docet.

ET CAP. X.

Ait enim Pompejus, sive Iustinus hoc modo, Aegyptii cum scabiem & vitiliginem, &c. *qua exstant lib. XXXVI. Iustini.*

*Transcripsit autem Orosius ad verbum, plerag, ex Iustino in suam Ormestam mundi, ita enim in Mss. inscribitur ipsius historia. (Vide C. Barthum ad vers. 36, 17.)*

ISIDQ.

ISIDORVS LIBRO DE NATVRA

*rerum qui in Mss. P. Psithæ, inscribitur de Astronomia.*

De monte Æthna Iustinus in libro historiarum ita scripsit, Siciliæ tellus tenuis ac fragilis & cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, &c. *qua exstant lib. IV.*

IORNANDES LIBRO

*de rebus Gethicis.*

Ex quorum (*Gothorum*) nomine vel genere Trogus Pompejus, Parthorum dicit extitisse profetiam.

IDEM.

Tunc Cyrus rex Persarum, post grande interuallum, & pene post sexcentorum triginta annorum tempora, Pompejo Trogo testante, Getarum reginæ Thamiri, sibi exitiale intulit bellum.

MARTINVS POLONVS

*sub Antonio Pio.*

Eo tempore, floruit Pompejus Trogus, natione Hispanus, qui totius orbis historias à tempore Nini regis Assyriorum, usque ad Monarchiam Cæsaris Latino sermone deduxit, distinguens per libros XLIV. quorum abbreviationem fecit Iustinus ejus discipulus: Qui Iustinus philosophus Antonio Pio librum de Christiana religione compositum tradidit, & benignum eum Christianis fecit.

*Sarisberienfis in Policratico, Iustinum sapè citat, ut in notis meo indicans.*

Τρωῶν γῆρας ἔτρωγεν, Ἰστίνος δ' ἐλεήσας  
 Ἠμίτρακτον ἀνάζωγασεν, ὡς τὸν ἄλόν.  
 Γῆρας δὲ Φθόνειο τῷ ζωγρησάωνι, καὶ αὐτὸν  
 Τρωῶν Ἰστίνου βιβλοφάγῳ μανίῃ.  
 Ἀ' λ' α' σὺ νῦν Βογάρσι ἀμ' ἀμφοτέρως ἐλεείραν;  
 Ὡς Πέλοπ' ἀμολιπῆ Ζεὺς, ἔστο ἀρτεμίας

Ιω. Αὐράτου:

Expressi versus Aurati.

Trogon truncat at senium, miseratus at illum  
 Iustinus, solido corpore restituit.  
 Sed qui restituit, senium dum rursus & ipse  
 Inuadet, hunc carpsit bile papyrinora.  
 At tu nunc, Bongarsi, ambos miseratus, utrunque  
 Restituis, truncum Iuppiter ut Pelopem.

### IN IUSTINVM.

Iustinum longo caries exederat evo:  
 Tentarantque diu vario medicamine, nulli  
 Alit' infossum vlcus nequiquam, expleat chirurgi:  
 Viuebat magē moribus, & atrox fistula, subter  
 Dum latitat, duro formatat margine cancrum:  
 Cancrum incurato, serpentem impune per artus.  
 Sic sæpe indocta crudescunt vulnera dextra.

Non tulit hanc speciem, putrique latentia pelle  
 Iustini retogens Bongarsius ulcera Chiron:  
 Siccine opus tantum tabesceat, vindice nullo  
 Dixit, & ascitis Phæbea viribus artis,  
 Septica combusit, callosaque labra recidit,  
 Explens carne sinus rediuisa, ut nulla cicatrix  
 (Tam felix medicus) spectetur corpore toto.  
 Ecquis adhuc vllum putet insanabile vulnus?


R. Massacus.

INCIP.

## PRÆFATIO IUSTINI.

- 1 **Q**uam (a) multi ex Romanis, etiam Con-  
 sularis dignitatis viri, res Romanas Græ-  
 co, peregrinoque sermone in historiam  
 contulissent: siue æmulatione gloriae, siue varietate  
 & novitate operis delectatus, vir prisca elo-  
 quentia (b) Trogon Pompeius, Græcas, & totius  
 orbis historias Latino sermone composuit: ut  
 cum nostra Græce, Græca quoque nostra lingua  
 legi possent: profus rem magni & animi, & cor-  
 2 poris aggressus. || Nam cum plerisque auctori-  
 bus, singulorum regum vel populorum res gestas  
 scribentibus, opus suum ardui laboris videatur:  
 nonne nobis Pompeius, Herculea audacia orbem  
 terrarum aggressus videri debet: cuius libris om-  
 3 nium seculorum, regum, nationum, populorum  
 que res gestæ continentur? || Et quæ histori-  
 ci Græcorum, prout commodum cuique fuit, inter  
 se segregati occupaverunt, omisissæ quæ sine  
 4 fructu erant, ea omnia Pompeius divisa temporibus,  
 & serie rerum digesta composuit. || Horum  
 igitur quatuor & quadraginta voluminum (nam  
 totidem edidit) per otium, quo in Vrbe versaba-  
 mur, (c) cognitione, quæque dignissima excerpti:  
 & omisissæ quæ nec cognoscendi voluptate iucunda,  
 nec exemplo erant necessaria, breue veluti florum  
 corpusculum feci: ut haberent & qui Græca  
 didicissent, quo admonerentur; & qui non didi-  
 cif.

A



cissent, quo instruerentur. ¶ Quod (d) ad te, non tam cognoscendi, quam emendandi causa transmissi: simul ut & otii mei, Cuius & (e) Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret. ¶ Sufficit enim mihi in tempore iudicium tuum, (f) Apud posteros, cum obrecreationis inuidia decesserit, industria testimonium habituro.

NOTÆ IN PRÆFAT. IUSTINI.

Num. 1. (a) *Multi ex Romanis.* ] Vt A. Albinus, referente Agellio Noët. Att. 1. 8. Hunc locum opportune suggestit eruditiss. Ioan. Freinshemius: cuius acri politoque iudicio, plurimum hæc Notæ debere, statim initio profiteri libet.

Ibid. (b) *Trogus Pompeius* ] Eius de genere Iustinus infra lib. 43. cap. 5. num. 13. 14. 15

4. (c) *Cognitioe quæque dignissima excerpti.* ] Tacit. Annal. 13. 31. *Ex dignitate populi Rom. reperitum est, res illustres memoria mandare.* Ammian. Marcellin. 26. 1. *Historia discurere per negotiorum celsitudines aduersa, non humilium mentibus indagat causarum, &c.* Adde Gunth. Ligur. lib. 1. v. 24. Sed huius præcepti Iustinum ipsum non ubiq; memorem, passim Lector attentus animadverbet.

5. (d) *Ad te, non tam* ] Vulgo editi, *ad te, Imperator Antonine, n. c.* Quam *περὶ τῶν ἰσχυρῶν* Vir summus IACOBUS BONGARSIVS, Iustini scriptor unicuique, in antiquis codicibus inveniri negat: & obtrusam apparet abis, qui Iustinum hunc epitomatorem, eundem putarunt cum illo Philosopho & Martyre, qui anno Christi 150. librum apologeticum pro religione Christiana Imp. Antonino obtulit. At hi non nisi nomine conveniunt: alter Christianus: & Græcus: Genitilis alter & Latinus. Adde quod oblatum Imperatori librum *emendandi causæ* (nam hoc dicitur) credi vix queat. In quibusdam eod. eibus Mss. hic noſter dicitur *M. Iustinus Iustinus*: item *Iustinus Frontinus*: ex quo, simulque stylo, de ætate qua vixit, an quid erui possit, videntur qui genios auctorum seculorumque possident.

Ibid. (e) *Cato*] in principio Originum (sænarum, laudante Ciccone pro Plancio cap. 27. Similia Columella sine libris. & Symmach. 1. epist. 1. Galbam contra Suetonius cap. 9. 5. dicere solitum esset, quod *neus rationem otii sui reddere cogatur.*

6. (f) *Apud posteros &c.*] Ovid. eleg. 15.

*Passetur in vivis livor: post fata quiescit:*

*Tunc suæ ex merito quemque tuetur honori.*

Adde Martial. 5. epigt. 10. Sallust. sine orat. 2. ad Cæs.

HISTORIARVM  
PHILIPPICARVM,  
ET TOTIVS MVNDI  
ORIGINVM, ET TERRÆ SITVS,  
EX HISTORIA TROGI POMPEII, LIBER PRIMVS  
INCIPIT.

C A P. I.

**P** principio rerum, (a) gentium nationumque imperium penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non (b) ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prevehebat. ¶ Populus (c) nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. ¶ Fines imperii tueri magis, quam proferre; mos erat: intra suam cuique patriam regna sinebantur. ¶ Primus (d) omnium Ninus, rex Assyriorum, veterem, & quasi avitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutavit. ¶ Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, terminos usque Libyæ perdomuit. ¶ Fuere quidem temporibus antiquiores, (e) Vexoris Aegypti, & Scythiarum (f) Tanæus: quorum alter in Pontum, alter usque Aegyptum excessit. ¶ Sed longinqua, non finitima bella gerebant: (g) nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant; contentique victoria, imperio abstinebant: Ninus magnitudinem quasite dominationis continua possessione firmavit. ¶ Domitius igitur

proximis, cum accessione virum fortior ad alios transiret, & PROXIMA quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit. || Postremum illi bellum cum (b) Zoroastre, rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse, & mundi principia, syderumque motus diligentissime spectasse. || Hoc occiso, & ipse decessit, relicto impubere adhuc filio (i) Ninya, & uxore (k) Semiramide.

## NOTE IN LIB. I.

Hæc. Philippicæ &c. ] Quas ita Trogo visum inscribere, cum à principe sui operis argumento (nam à 7. libro ad 41. regnum Mæcedonicum describit, cuius à Philippo Magno, Alexandri patre, dignitas cœpit) tum æmulatione & exemplo Theopompi Chii, qui itidem historiam Philippi, 58. libris, teste Diodoro Siculo lib. 16. cap. 3. compræhensam, ΦΙΛΙΠΠΙΚΗ inscripsit, ab Athenæo lib. 4. c. 10. & alibi passim hoc indicè laudata: quanquam & illis ipsis, quinque libri à Philippi historia alieni, essent inserti.

Nim. 1. (a) Principis rerum, &c. ] Aristot. 4. polit. 3. primum maximeque diuinitum, Regnum. Cicero 3. de Legib. c. 2. Omnes antiquæ gentes Regibus quondam paruerunt. Adde 2. Offic. 12. & Sallust. Catil. 2, 1.

Ibid. (b) Ambitio popularis ] Ea est, cum potentia ex vulgi adulatione queritur. Infra 13, 3, 2. De qua quæsit Sallustius Catil. 52, 21. Omnia inquit, virtutis præmia ambitio possidet.

2. (c) Populus nullus il. veneratur: arb. pr. præ il. et. ] Idem fere de pœtici Romanis tradit Tacit. Annal. 3, 26. Dionys. Halicarn. 10, 1. Posthonus in Enchiridio de orig. juris. Homerus nuspianum utitur Iōgam nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi uterentur, inquit Cuiacius. Nec male hoc, ut in illa ævi simplicitate innocentiæ. Leges in facta constituntur, quia futura in incerta sunt. Tacit. Annal. 3, 69.

4. (d) Primus omnium Nino ] Diodor. Sicul. 2, 1. Nino primus inter eos, quorum memoriam historia propagauerunt. Orofius 2, 2. Omnes historia antiquæ à Nino incipiunt. Et à Nino Chronici initium sumpsit Eusebius. B.

6. (e) Vexoria. ] Turnebus, Vir magnus, & veluti Sol quidam philologia, lib. 1. aduersar. cap. 15. quod nullam usquam huius

ius Regis mentionem extrare videret. quæque hic scribuntur, Herodotus lib. 2. Sessifri tribuat, eiusdem nomen hic quoque reponendum censet: & fecissem, nisi ipse mihi legem dixissem, nihil absque Mss. codicum auctoritate temere mutandi. Variant autem illi, ut plerunque in propriis nominibus: Vizores, Vezores, Vexores, Vexofsi, Suexofsi: quod postremum ad Sessifrem propius accedit.

6. (f) Tanauis ] Is fortasse, quem Iordanes Taunasin vocat. B.

7. (g) Nec imperium sibi &c. ] Ita Seythæ inf. 2, 3, 7.

9. (h) Zoroastri ] Diodoro 2, 6. dicitur Ozyartes, B. De hoc Plin. 30, 1. D. Augustin. 21, 14. Civ. Dei.

10. (i) Ninya ] Qui & patris nomine Nino aliis, & à patre Nino. Alii Zameim quoque dixerunt.

Ibid. (k) Semiramide. ] Præter Diodorum 2, 4. &c. vide Plutarch. in Amatorio cap. 10. Ælian. var. hist. 7, 1, B.

## CAP. II.

Hæc nec immaturo aua tradere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum femina parituris, simulat se pro uxore Nini, filium; pro femina, puerum. || Nam & statura utriusque mediocri, & vox pariter gracilis, & lineamentorum qualitas matri ac filio similis. || Igitur brachia ac crura (a) velamentis, caput tiara tegit: & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet: quem morem vestis, exinde gens uniuersa tenet. || Sic primis initiis sexum mentita, puer esse credita est. || Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine, ubi inuidiam superatam putat, quæ sit fatetur, quæmve simulasset. || Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit; quod mulier non feminas modo virtute, sed etiam viros antereit. || Hæc (b)



Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit, harenæ (c) vice, bitumine interstrato: quæ materia in illis locis passim (d) è terra exastuat. || Multa & alia præclara huius reginæ 8  
 fuere. Siquidem non contenta acquisitos viro regi terminos tueri, Æthiopiæ quoque imperio adiecit. || Sed & Indiæ bellum intulit; quò præter illam & Alexandrum Magnum nemo intravit. || Ad postremum cum concubitus filii petisset, ab eodem (e) interfecta est, (f) duos & quadraginta annos post Ninum regno potita. || Filius 1  
 Ninyæ contentus elaborato à parentibus imperio, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutasset, raro à viris visus, in feminarum turba consenuit. || Posterique quoque eius, id 1 2  
 exemplum sequuti, responsa gentibus per inter-nuntios dabant. || Imperium (g) Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, mille trecentis annis tenuere. 1 3

Nu. 3. (a) *Velamentis* ] Retinui vocem usurpatam auctori etiam infra 2. 1. 6. Quamquam Cl. SALMASIUS δὲ Παυμάσιον, in illis consummatissimæ doctrinæ Notis ad Hist. Aug. 223. E. ex fide MSS. codicum hic reponit *calciamentis*, & explicat, naticas eruales & feminales. Quo modo Pollux etiam ὑπόδημα vocat τὸ πέλμα: & Hesychius, ἑσθημα, ὑπόδημα: cum tamen ἑσθημα & πέλμα pedalia sint potius, quam calcei. *Ἀναστρεφίδας* certe seu braccas, (Polluci proprium Persiarum gestamen iæteratæque vestes, illis coriaces initio fuisse, tradit Herodotus 2. 71.

7. (b) *Hæc Babyloniam condidit* ] Quod ipsum tradunt, Strabo lib. 16. princ. Diodor. 2. 7. Solinus cap. 56. princ. & alii. Verum Herennius Philo à Babylone Beli filio conditam scribit, qui fuit 1800. annis antiquior, teste Stephano de urbib. in Βαβυλῶν. Curtius 5. 1. 42. Belum conditorem facit, quem à Nimrodo non distinguunt Eusebius in princ. Chron. Hieronymus in c. 2. Ofes, Augustin. de Civ. Dei, 16. 17. Sed Herodotus (iniquè à Stephano d. l. repræhensus) rectissime, lib. 1. 184. Babyloniam à multis Assyriorum regibus conditam fuisse paullatim. Vnde Ammian. Marcellin. 23. 20. *manis quidem urbem à Semiramide constructam fuisse* ait.

ait: *arvem autem ab antiquissimo rege Belo. Et Orofius 2. 6. Babyloniam à Nemrod gigante fundatam: à Nino vel Semiramide reparatam. Ac Nemrodum quidem primum conditorem faciunt & Iosephus ant. Iud. 1. 6. Zonaras tom. 1. & Cedrenus in hist. compendioso: nec abeunt Sacra litera Gen. 10. 10.*

Ibid. (c) *Harenæ vice bitumine interstrat.* ] Harenam intellige calci permixtam: quò modo Plinius quoque 35. 15. m. *bitumen aut calci usum præbuisse, ita ferruminatis Babylonis muris*. Vbi item non calcem pudam intelligit, sed calcem acieatam. Alterutra enim sola in mutis struendis locum non habet. Hinc de oratione non cohærentè dictum à Caligula Suetor. c. 33. *arenam esse sine calce*. Perspicue magis quam necessario Alesium exemp. *harenæ & calci vice bit. int.* Salmastius δὲ πῦμα ἐκκαύρησιν in Solin. 1223. C. 2. *videndum censet, arenæ vice bitumine interstr.* Bene, & admississimè in textum, vi. 7. unius Mss. codicum addidisset. E. B. autem *arenatum* Vitruvius 6. 3. fin. *calx cum arena permixta*. Non placet quod est in editione, anno 1590. excusa, castigante Sabellico, *harenæ bitumine interstrata*: ut recentiorum: *arsena, pice, bitumine int.* quia in constructione murorum Babylonis, harenæ & picis adhibita nemo meminit. Vide Curt. 5. 1. 43. Marcellin. 23. 20. Orof. 2. 6.

Ibid. (d) *E terra exastuat* ] Plerique veteres, & crebra statua. Semiramidem in regia statuas æneas, & in templo Iovis aureas exesisse, refert & Diodor. 2. 3. & 9. Sed vulgata lectio confirmatur Cuiacii libro. B.

10. (e) *Interfecta est* ] Iunius. Infra. 16. 1. 4. Abde Orof. 4. Augustin. de Civit. Dei, 18. 2. Eius epitaphium habet Plutarchus in Apophth. & Srobæus serm. 10. Herodotus tamen 1. 187. Nitocri tribuit, quæ Semiramide posteriori est.

Ibid. (f) *Duos & XL.* ] Præter unum, Mss. omnes: *duos & triginta*. duo antiquè, pro duos. Et statim quidam vet. *regnum potita*. B. Vide Indicem in potiti.

13. (g) *Assyrii, qui postea Syri dicti.* ] Imo Syri, qui postea Assyrii dicti. Nihil verius, iudicio Salmastii in Solin. 1. 2. 2. A. 1. Sed codicum Mss. consensum secutus, nihil mirandum duxi potius est ut auctoris παροίκομα quam librariorum cædantus.

## CAP. III.

1 2 Postremus apud eos regnavit (a) Sardanapalus, vir muliere corruptior. || Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissum

fuerat) præfectus ipsius, Medis præpositus, nomine (b) Arbactus, cum admitti magna ambitione ægre obtinisset; inuenit eum inter scortorum greges (c) purpuram colorem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & (d) oculorum lascivia omnes feminas anteiret, pensante inter virgines partientem. || Quibus visis, indignatus tali femina tantum vitiorum subiectum, tractantique lanam, ferrum & arma portantes parere; progressus ad socios, quid viderit, refert: Negat se ei parere posse, qui se feminam malit esse, quam virum. || Fit igitur coniuratio; (e) bellum Sardanapalo inferitur, quo ille audito, non ut vir regnum defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit; mox deinde cum paucis & incompositis, in bellum progreditur. || Victus, in regiam se recipit; & extructa incensaque pyra, & se & diuitias suas (f) in incendium mittit; hoc solo imitatus virum. || Post hunc rex constituitur interfectore eius Arbactus, qui præfectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.

Num. 1. (a) Sardanapalu] Aliis *Thonofanctoletoz* dicitur, teste unico in Chron. Eusebio, qui eum à Nino *tricesimum* sextum facit; at Diodorus 2. 23. *tricesimum* tantum; Velleius 1. 6. *tertium* & *tricesimum*. Causam diuersitatis è divini Scaligeri ad Euseb. animadversionibus colligere est: qui & affirmat, in omnibus libris MSS. per geminum II. exprimi *Sardanapallum*, ut propter hominis turpitudinem obscena sit allusio ad *παλλός* seu *φαλλός*. Nos simplex I. retinemus, cum putam putum sit Assyriacum, cuius postere vocula legitur etiam in medio nomine Regis Assyrii *Te-glath-phal-Esar*.

2. (b) Arbactus] Hic in Prologo est *Arbaces*: Diodoro 2. 24. Straboni 16. Athenæo 12. 7. Agath. 2. *Ἀρβήκκος*. Velleio 1. 6. mentio se *Pharnaces*, pro *Arbaces*. Orozio 1. 19. & 2. 2. *Arbaci*; quem, inquit, alii *Arbaces* vocant. B.

Ibid.

Ibid. (c) *Purpuram*] Plutarch. 2. de fortuna Alex. c. 8. B.Ibid. (d) *Oculorum lascivia*] quæ Petronio Arb. *oculorum quoque mobilis petulantia*. Vnde Sardanapalus à Max. Tyrio di Bert. 19. dicitur τὰ ὀφθαλμῶν φάλαγγες, hoc est, Persii verbis 1. 18. *patram trifidus ocellis*.4. (e) *Bellum Sardan. inf.*] Diodor. 2. 26. & 27.5. (f) *In incendium mittit*] Rem fuscè narrat Athenæus 12. 7. Addit autem ex Clitarcho, Sardanapalum senio obiisse; Syriæ tamen imperio spoliatum. Eius Epitaphium extat ibid. & in Plutarch. 2. de fortun. Alex. c. 8.

## CAP. IV.

1 Post multos deinde reges, per ordinem successionis, regnum ad Asyagen descendit. || Hic per somnum vidit ex naturalibus (a) filia, quam unicam habebat, vitem epatam, cuius palmitibus omnis Asia obumbraretur. || Consulti harioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntietur, regi quæ ei amissionem portendi, responderunt. || Hoc responso exterritus, neque clario viro, neque civi filiam, ne paterna maternaque nobilitas nepotæ animos extolleret; sed ex gente, obscura tunc temporis, Perfarum, Cambyssi mediocris viro in matrimonium tradidit. || Ac ne sic quidem somnii metu deposito, gravidam ad se filiam arcessit, ut sub avi potissimum oculis partus necaretur. || Natus (b) infans datur occidendus Harpago, regis arcanorum participi. || Is veritus, si ad filiam mortuo rege venisset imperium, quia nullum Asyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultionem, quam à patre non potuisset, à ministro exigeret; pastori regii pecoris puerum exponendum tradit.

A 5

Forte

¶ Forte eodem tempore & ipsi pastori filius natus 8  
 erat. ¶ Eius igitur uxor, audita regi in infantis ex- 9  
 positione, summis precibus rogat, sibi afferri  
 ostendique puerum. ¶ cuius precibus fatigatus 10  
 pastor, reversus in silvam, invenit iuxta infan-  
 tem canem feminam, parvulo ubera præbentem,  
 & à feris alitibusque defendentem. ¶ Motus & 11  
 ipse misericordia, qua motam etiam canem vide-  
 rat, puerum defert ad stabula, eadem canem anxie  
 prosequente. ¶ quem ubi in manum mulier accepit, 12  
 veluti ad notam puer allusit: tantusque in illo  
 vigor, & dulcis quidam blandientis infantis risus  
 apparuit, ut pastorem uxor ultro rogaret, [ quo  
 suum partum pro illo exponeret ] permetteret  
 [que] sibi, sive fortuna ipsius, sive spei suæ pue-  
 rum nutrire. ¶ Atque ita permutata sorte parvu- 13  
 lorum, hic pro filio pastoris educatur: ille pro ne-  
 pote regis exponitur. ¶ Nutrici Spacos postea no- 14  
 men fuit, quia canem Persæ sic vocant.

Num. 2. (a) *Filia* ] Altyagis filiam *Mandanen* vocat Herodo-  
 tus l. 107. & Val. Max. l. 7. quæ *Aliano* var. hist. 12. 42 est *μαυδάνη*  
 inverso r. B.

6. (b) *Natus infans &c.* ] Hæc omnia prolixè Herodotus ex-  
 quitur l. 107. & seqq.

## C A P. V.

Puer deinde cum inter pastores esset, (a) Cyri 1  
 nomen accepit. ¶ Mox rex inter ludentes for- 2  
 te delectus, cum per lasciviam contumaces flagel-  
 lis cecidisset, à parentibus puerorum querela est  
 regi delata, indignantibus à seruo regio ingenuos  
 homines (b) servilibus verberibus affectos. ¶ Ille 3  
 arcef-

arcessito puero & interrogato, cum nihil mutato  
 vultu, *fecisse se ut regem* respondisset; admiratus  
 constantiam, in memoriam somnii responisque  
 4 revocatur. ¶ Atque ita cum & vultus similitudo,  
 & expositionis tempora, & pastoris confessio  
 5 conuenirent, nepotem agnouit. ¶ Et quoniam  
 defunctus sibi somnio videretur, agitato inter  
 pastores regno; animum minacem duntaxat in  
 6 illo fregit. ¶ Caterum Harpago amico suo infe-  
 stus, in ultionem servati nepotis, (c) filium eius  
 7 interfecit, epulandumque patri tradidit. ¶ Sed  
 Harpagus (d) ad præsens tempus dissimulato do-  
 lore, odium regis in vindictæ occasionem distulit.  
 8 ¶ Interiecto deinde tempore, cum adolevisset  
 Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, *ut*  
*ablegatus in Persas ab avo fuerit: ut occidi eum parvu-*  
*lum avus iusserit: ut beneficio suo servatus sit: ut regem*  
 9 *offenderit: ut filium amisserit.* ¶ Hortatur, exerci-  
 tum parat, & pronam ad regnum viam ingrediatur,  
 10 Medorum transitionem pollicitus. ¶ Epistola,  
 quia palam ferri nequibat, regis custodibus om-  
 nes aditus obsidentibus, (e) exinterato lepori  
 inseritur, lepusque in Persas Cyro ferendus, fido  
 seruo traditur: addita retia, ut sub specie venato-  
 ris, dolus lateret.

Num. 1. (a) *Cyri nomen* ] Cyrus Persico sermone Solim signi-  
 ficare, auctores sunt, Ctesias, Plutarchus in Artaxerxe c. 1, Ple-  
 thon in expositione eorum, qui in Magicis Zoroastris oraculis  
 obscurus dicitur. Unde apparet, Suidam, eymon erotici no-  
 minis petentem è Græcia sua, toto quod ajunt cælo errare.

2. (b) *Servilibus verberibus* ] Sic infra 2. 5. 4. Et rectè Accursius  
 ad l. 12. ff. de jure fisci, *servilibus* verbera interpretatur *flagella*, ut  
 l. 10. Spen. ff. de in ius vocando, l. unda l. 9. §. prætera. ff. de in-  
 juriis, probat. Petronius *serviles pænes* dixit, Sallust. 1. histor. abun-  
 da *libertatem rasi*, quia *tergu* abstinere. Vide Senec. extrema Apo-  
 colo.

eolocynt B Hinc verberibus *faciari* homines liberi dicuntur Tacito 3. histor. 77. Aliud est, *puerili verbera moneri*, 5. Annal. 9.

6. (c) *Filium* ] Commemorat & Seneca de Ita lib. 3. c. 15. B.

7. (d) *Ad praesens tempus* ] Sufficit *ad praesens*, & sic loquuntur Tacitus quoque Annal. 4. 31. & 44. Hist. 1. 44. & Suetonius Tit. 6. nec dubitem à manu glossatoris esse *tempus*. Sed hoc editorum consensu, nihil audeo mutare.

10. (e) *Exinterato lapori* ] Ita Mss. Glossæ, *Interata*, & *Exinterato*, voce ab interioribus ducta. Vulgati, *exenterato*. B. De historia consulendus Herodotus 1. 123. & Polyxenus lib. 7.

## CAP. VI.

Lectis ille epistolis, eadem somnio aggredi iustus est: sed præmonitus, ut quem primum postera die obuium habuisset, socium captis assumeret. || Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam Medi, nomine Sybarem. || Huius requisita origine, ut in Persis genitum audivit, demptis compedibus, assumptoque comite, Persopolim regreditur. || Ibi (a) conuocato populo, iubet omnes præsto cum securibus (b) adesse, & silvam viæ circumdatam excidere. || Quod cum strenue fecissent, postera die (c) apparatus epularum inuitat: || deinde cum alacriores ipso conuiuio factos videret, rogat, si conditio proponatur, utrius vitæ sortem legant, *hesterni laboris, an praesentium epularum*: ut acclamare omnes, ait, *Hesternio similem labori omnem vitam acturos, quoad Medis parcant: se securos, hodiernis epulis*. || Læcis omnibus, Medis bellum infert. || Astyages (d) meriti sui in Harpagem oblitus, summam belli eidem committit: || qui exercitum acceptum statim

tim Cyro per deditionem tradidit, regisque crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. || Quod ubi Astyages audivit, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur: & repetito alacrius certamine, pugnantibus suis, (e) partem exercitus à tergo ponit, & teruigerfantes, ferro agi in hostes iubet: || ac denuntiat suis, *ni vincerent, non minus fortes etiam post terga inventuros, quam à frontibus viros: proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpenda sit*. || INCENS, post necessitatem pugnandi, animus exercitui eius accessit. || Pulsa itaque cum Persarum acies paulatim cederet, (f) matres & uxores eorum obuiam occurrunt: orant in prælium revertantur: || cunctantibus, sublata veste, obscena corporis ostendunt, rogantes *num in uteros matrum vel uxorium velint refugere*. || Hac repressi castigatione, in prælium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. || In eo prælio Astyages capitur: cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit: nepotemque in illo magis, quam victorem egit: eumque maximæ (g) genti Hyrcanorum præposuit. Nam in Medos reverti ipse noluit. || Hic finis Medorum imperii fuit. Regnauerunt annos ccccl.

Num. 4 (a) *Ibi conuocato populo &c.*] Herodotus 1. 125. & seq. Polyxenus lib. 7. Frontinus 1. 11, 19.

Ibid. (b) *Adesse*] Ita restituit de Mss. suis Modius. Antea fuit *esse*.

5. (c) *Apparatus epulis inuitat*] Vulgo editi, *ad parat: ad epulas inuitat*. Sed restitimus auctori lectionem quam & Bongarsius & Modius fatentur in manu exaratus suis codicibus extare: & retinuit editio Cratandriana Basileensis, cui præfuit vir doctissimus Ioan Sichardus: ut & Italica, quam à Sabellico recognitam emittit



fit Augustinus Becharius: maxime cum ita etiam loquatur historicorum princeps Livius. Ita Sallust. hist. 4.3, 18. *cum se cibo vineque sati in viderent.*

8. (d) *Meriti sui in H. obliuio* ] Quos offenderis, periculose summæ rei præfici, docet & exemplum M. Livii in Liv. o 27, 42, 8.

10. (e) *Partem exercitii à tergo ponit &c.* ] Sic infra 31, 8, 7. & Livius 10, 36, 6. *Necessitate acta virtus, causa victoria est,* ait Florus 3, 3, 13. *Contra, quanto plus spei ad effugium, tanto minus est ad resistendum animus.* Tacit. hist. 3, 18.

14. (f) *Matres & uxores &c.* ] Refert & Plutarchus libello de virtutibus mulierum cap. 9. B. Nec ab familia de Germanis Tacitus cap. 8. princ.

17. (g) *Maxima gentis* ] Vulgatam hanc lectionem, Cuiacii codex, & Orofius 1, 19, comprobant. Veteres enim plerique pro *maxima*, habent *decimum*. Ex voce *maxima*, solum X. forte remanserat in eo libro, ex quo multi deinde transcripti sunt, ceteris literis aliquo casu deletis: ea nota librariis imposuit. In Cl. Patreani Mss. legitur, *decim*. Hæc Bong.

## CAP. VII.

Initio regni, Cyrus Sybarem ceptorum socium, quem iuxta nocturnum visum ergastulo liberaverat, comitemque in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit, foremque suam ei in matrimonium dedit. || Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitantes, à Cyro defecerunt: quæ res multorum bellorum Cyro causa & origo fuit. || Domitis demum plebisque, cum adversus Babylonios bellum gereret, Babylonis rex Lydorum Cræsus, cujus opes & divitiæ insignes eâ tempestate erant, in auxilium venit, victusque jam de se sollicitus, in regnum refugit. || Cyrus quoque post victoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. || **I** B I fortuna prioris prælii (a) perculsum

sum jam Cræsi exercitum, nullo negotio fundit: Cræsus ipse capitur. || **S** E D quanto bellum minoris periculi, tanto (b) & mitior victoria fuit. || Cræso & vita, & patrimonii partes, & (c) urbs Barche concessa sunt: in qua etsi non regiam vitam, 8 proximam tamen maiestati regis degeret. || Hæc clementia non minus victori, quam victo utilis 9 fuit. || Quippe ex universa Græcia, cognito quod illatum Cræso bellum esset, auxilia velut ad commune extinguendum incendium confluebant. || Tantus Cræsi amor apud omnes urbes erat: passurusque Cyrus grave bellum Græciæ fuit, si quid in Cræsum crudelius consulisset. 11 || Interiecto deinde tempore, occupato in aliis 12 bellis Cyro, (d) Lydi rebellavere: || quibus iterum victis, arma & equi adempsi, iussique cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere. 13 || Et sic gens industria quondam, potens, & manu strenua; effeminata mollicie luxuriaque, virtutem pristinam perdidit, & quos ante Cyrum invictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superavit. || Fuere Lydis multi ante Cræsum reges, variis casibus memorabiles: nullus tamen (e) fortunæ Candauli comparandus. || Hic uxorem, quam propter formæ pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret: || prorsus quasi silentium damnus pulchritudinis esset. || Ad postremum ut affirmationi suæ fidem faceret, nudam sodali suo Gygi 18 ostendit. || Quo facto, & amicum in adulterium uxoris sollicitatum, hostem sibi fecit: & uxorem, veluti

veluti tradito alii amore, à se alienavit. ¶ Namque 19  
brevis post tempore cædes Candauli, nuptiarum  
præmium fuit, & uxor mariti sanguine dotata,  
regnum viri & se pariter adultero tradidit.

Num. 5 (c) *Percussum*] Sic infra 2, 13, 1. Male vulgati, *percussam*.  
De te, videnda Gruteri dissertatio 14. ad Taciti hist. 5, 16. *Super esse*,  
*quis fugam animi, qui vulnera terga ferant*. Adde Liv. 3, 16. 6. 35, 2, 3.  
38, 26. 7.

6 (b) *Tanto & mitior*] Florus 2, 8, 26.

7. (c) *Urbs Bære tone*.] Si vel unus liberorum Mss. emendationi  
faveret, prescriberem *urbs Bære con*. quam Medix urbem, cujus &  
Stephanus meminuit, Croeso dono datam, ostendit ex Ctesia Bon-  
gariis. Nam neque *Bære* Pentapoleos urbs in provincia Cyrenai-  
ca, huic loco convenit, cum eo Petrarum arma victricia nondum  
perverterint, ut apparet ex Herodoti initio libri 3. nec item illa ab  
Alexandro condita, de qua autor inf. 12. 19. 6. minime vero, quô-  
modo Afulanus edidit, *Bæreæ*. Ptolemæo *Bippota*. Macedoniæ op-  
pidum. Ex cæteris quoque lecturis nihil sani erui potest: *urbs*  
*vero concissa: vero & concessa: Bæreæ concissa: & quod Sabellicus ha-*  
*bet, urbs Bære con.*

11. (d) *Lydi &c.*] De quibus & Polyxenus stratag. lib. 7. Ad hunc  
modum domuit Xerxes Babylonios apud Plutarch. apoph. Reg.  
cæ. 6. Aristodorus Cumanos ap. Dionyl. Halicar. 7. c. 8. & Sefoltris  
Ægyptios, referente Scholiastæ Sophoclis. *Romani*; certe *vola-*  
*prætorius plus ad veris subiectas quam armis valuisse* Tacitus affir-  
mat hist. 4, 64. & est exemplum in Agric. c. 21.

14. (e) *Fortuna Candauli*] Rectius forte, *fortuna Cand.* Diffun-  
dit hanc historiam Herodotus lib. 1. c. 8. & seqq. Vide & Plutarchi  
Symptiaca 1. quæst. 5.

## CAP. VIII.

Cyrus, subacta Asia, & universo Oriente 1  
potestatem redacto, Scythis bellum infert. 2  
¶ Erat eo tempore Scytharum regina (a) Tamy- 2  
ris, quæ non muliebriter adventu hostium terri-  
ta, cum prohibere eos transitu Araxis fluminis  
posset, transire permisit: ¶ & sibi faciliorem pu- 3  
gnam

gnam intrâ regni sui terminos rata, & hosti-  
bus obiectu fluminis fugam difficiliorem. ¶ Ita-  
que Cyrus trajectis copiis, cum aliquantisper in  
5 Scythiam processisset, castrametatus est. ¶ Dein  
postera die, simulato metu, quasi refugiens castra  
deserisset, ita vini affatim, & ea quæ epulis erant  
6 necessaria, reliquit. ¶ Quod cum nuntiata re-  
gina esset, adolescentulum filium, ad insequen-  
dum eum cum tertia parte copiarum mittit.  
7 ¶ Cum ventum ad Cyri castra esset, ignarus rei  
militatis adolescens, veluti ad epulas, non ad præ-  
mium venisset, omisissis hostibus, inusuetos barbaros  
vino se onerare patitur: priusque Scythæ (b)  
8 ebrietate, quam bello vincuntur. ¶ Nam cog-  
nitis his, Cyrus reversus per noctem, (c) saucios op-  
primit, omnesque Scythas cum reginæ filio in-  
9 terfcit. ¶ Amisso tanto exercitu, & quod gra-  
vius dolendum, unico filio, Tamyris orbitatis do-  
lorem non in lachrymas effudit: sed in ultionis so-  
lata intendit; hostesque recenti victoria exultan-  
10 tes, pari insidiarum fraude circumvenit. ¶ Quip-  
pe simulata diffidentia propter vulnus acce-  
ptum, refugiens, Cyrum ad angustias usque per-  
11 duxit. ¶ Ibi compositis in montibus insidiis, du-  
centa millia Perfarâ (d) cum ipso rege trucidavit.  
12 ¶ In qua victoria etiã illud memorabile fuit,  
quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfluit.  
13 ¶ Caput Cyri amputatum, in utrem humano san-  
guine repletum coniici regina iubet, cum hac ex-  
probatione crudelitatis, S A T I A te, inquit, san-  
guine quem sifisi, cuiusque insatiabilis semper fuisi.  
14 ¶ Cyrus regnavit annos x x x. non initio tantum  
B regni,

regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis.

Num 2. (a) *Tamyris* Frontinus 2. 5 & Iornandes in Geticis c. 10. & nostri veti omnes constantiter *Tamiris*, uno excepto, qui habet *Tomeris*. Orofii M. s. 2. 7. *Thamiris*. Valerii Max. editio postrema 9. 10. *Thamyris*. Herodoto 1. 207. & seqq. est *Τάμιρις*: Luciano in Charonte, & aliis, *Τάμιρις*. B. Historiam ex modo dictis autoribus præcipue diffundit Herodorus.

7. (b) *Ebrietate* ] Hoc modo perierunt & Histri apud Flo- rum 2. 10.

8. (c) *Sancius* ] En sit vetus lectio. Strabo (qui lib. 11. pag. 359. pr. hæc in Sacis gesta scribit) *ἰζοῖσις δὲ παραπλήγως*, vinolentos & stupidos: Autor infra 24. 8. 1. cum adiectione, *mero sancius* dicit. quomodo Ennius de Lucretius amore *sancius*. Inde apud Tibullum 1. 2. *perculsus tempora bucculo*, qui Græcis dicitur *οἰνοπλήγης*. Plautus C. 1. na 3. 5. *d. Se usipiani percipit flore Liberi*, h. e. inebriavit. Hæc fere Bongarius, & plura Gruterus suspicion. B. 13. Impresii *securos* præterunt. Freinshemius *Sopites* legendum suspicatur: ut apud Curtium 8. 6. 32. *Sopites mero ac somno*: Est qui *sancius* ideo dicitur, cum iam modo bis de ebrietate præcesserit. Sed nulla hic tautologia, quod ea vox stuporem, effectum ebrietatis potius, quam ipsam designare videatur, inde ducta metaphora, quod admodum ebrii, mente sic alienentur, ut nihil sentiant, prout solent graviter sanies. Pari fere translatione Archilochus apud Athenæum 14. 6. m. *οἶνον σὺν χειμαρρῶδὲς φθίνας* vino mentem attonitus. Nec alia de causa Plautus Aulul 3. 6. 39. *deponere vino* dixit, quam quod ebrii non secus esserant ac ii, qui jam animam efflarunt. Certe *sancius* in absolute hoc significatu sumitur etiam à Martiale 3. 63. & Apul. lib. 7. m.

11. (a) *Cum ipso rege traxit*. & n. 13. *caput Cyri amputatum*. ] Atqui Cyrum regem in acie captum, & cruci affixum, scribit Diodorus 2. 44.

### C A P. I X.

Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris Ægyptum adiecit: || sed offensus superstitionibus Ægyptiorum, (a) Apis, cæterorumque deorum ædes dirui iubet. || Ad (b) Am-  
5  
monis

monis quoque nobilissimum templum expugnandum, exercitum mittit: qui tempestatibus  
4 & harenarum molibus oppressus, interiit. || Post hæc per quietem vidit fratrem suum (c) Mergim  
5 regnaturum. || Quo somnio exterritus, non dubitavit post sacrilegia etiam parricidium facere.  
6 || E R A T enim difficile ut parceret suis, qui cum contemptu religionis, grassatus etiam adversus  
7 deos fuerat. || Ad hoc tam crudele ministerium, magum quendam ex amicis delegit, nomine Co-  
8 meten. || Interim ipse, (d) gladio sua sponte evangelato, in femore graviter vulneratus, occubuit;  
9 pœnasque luit, seu imperati parricidii, seu sacrilegii perpetrati. || Quo nuntio accepto, (e) magus ante famam amissi regis occupat facinus; pro-  
10 stratoque Mergide, cui regnum debebatur, fratrem suum subiecit Oropasten. || Erat (f) enim  
& oris, & corporis lineamentis persimilis; ac nemine subesse dolum arbitrante, pro Mergide rex  
11 Oropasta constituitur. || Quæ res eo occultior fuit, quod apud Persas persona regis (g) sub specie  
12 fore maiestatis occultitur. || Igitur magi, (h) ad favorem populi conciliandum, tributa & militia  
13 vacationem in triennium permittunt: || V T regnum, quod fraude quaesierat, indulgentia &  
14 largitionibus confirmarent. || Quæ res suspecta primo Oitani viro nobili, & in coniecturis sagacissimo, fuit. || Itaque per internuntios quaerit (i) de filia, quæ inter regias pellices erat,  
16 an Cyri regis filius rex esset. || Illa nec se ipsam scire ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singule se-  
17 paratim recludantur. || Tum pertrectare dormientia capiti ubi et. nam mago Cambyses aures

utrasque præderat. || Factus deinde per filiam  
 certior, sine auribus esse regem, optimatibus Per-  
 farum rem indicat; & in eadem falsi regis impul-  
 sos, sacramenti religione obstringit. || Septem  
 (k) tantum concilii fuere huius coniurationis,  
 qui ex continenti, Næ dato in pœnitentiam spa-  
 tio, res per quænam narraretur, occultato sub  
 veste ferros, ad regiam pergunt. || Ibi obvis inter-  
 fecit, ad Magos perveniunt: quibus ne ipsis qui-  
 dem animus in auxilium sui defuit: || siquidem  
 stricto ferro (l) duos de coniuratis interfecit.  
 || Ipsi tamen corripuntur à pluribus: quorum  
 alterum (m) Gobryas medium amplexus, cun-  
 ctantibus locis; ne ipsum pro mago transfode-  
 rent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per  
 suum corpus adigi mago ferrum iussit: || fortu-  
 nam tamen (n) ita regente, illo in columi Magus in-  
 terficiunt.

## CAP. IX.

Num. 1. 2. & c. ] Fusius hæc omnia tractat Herodotus lib. 1.  
 & 3.

2. (a) Apu] Bos Osiridi consecratus, id est, Soli. Describunt  
 Herodotus 3. 23. Diodorus 1. 85. Plinius 8. 46. Marcellin. 22. 33.  
 & alii.

3. (b) Ammon] Meminit & Plutarchus in Alexand. c. 46. &  
 Seneca natural. quæst. 2. 30. B.

4. (c) Mergam] qui est Herodoto Smerdis, quo nomine etiam  
 magum Oropasten vocat: & Conetes magus, qui in editionibus  
 vulgatis dicitur Comares contra libros, apud eundem Herodotum  
 est Prexaspes: & Ospanes, qui vulgo Orsbanes, Herodoto dicitur  
 Oranes: & Darius Hippias filius in vet. Mss. est Hippias. Hæc ut in  
 Herodoto habentur, eadem Atulanus, inconiulto: quia nominum  
 mutationes permulti a Sans. præsertim Barbarorum, ut est apud Stra-  
 bonem sine libri 6. Bong.

3. (c)

8. (d) Gladio sua sponte evag.] Ab auctore nostro est Herodo-  
 tus 3. 64. & Ann. Marcellinus 17. 6. Sulp. Severus lib. 2. hist. sacre,  
 pag. 116. Contrarius videtur Strabo, qui lib. 15. extremo, Camby-  
 sen à Magis sublatum dicit, interprete Xylandro. Verum ibi  
 τὸ κατὰ λόγον, & imperio Cambysis à Magis intercepto, quàm oc-  
 ciso ipso, malim accipere: quæ verbi notio Thucydidi, Xen-  
 ophonti, Herodiano &c. est recepta. Quamquam etiam Orofius 2. 8.  
 Magos sub nomine quem occiderant Regi, regno obstricto aulos  
 scribit.

9. (e) Magus ante famam] Duos tantum fuisse Magos, qui  
 Persicum imperium occupaverunt, præter nostrum assensum He-  
 rodotos 3. 61. Sulpitius Severus lib. 2. histor. sacre pag. 116. Oro-  
 fius 2. 8. Cedrenus pag. 118. 44. Conf. Manasses in Annalib. & alii.  
 Atqui septem commemorant Ann. Marcellinus 23. 22. fin. &  
 Val. Max. 9. 2. exemp. ext. 6. Verum auctoritas Ammiani, consensu  
 plurium impar, nec tanti est: Valerii vero Max. locum feliciter  
 emendavit, ac nostrum conciliavit vitæ magnæ dignationis eruditio-  
 nisque Ianus Rutgersius var. lect. 1. 3. Cum enim vulgati sic ha-  
 beant: ne quem ex coniuratione, qua septem magos cum eo oppresser-  
 rat & c. ille transposita una, non animus, vocula legit: ne quem  
 ex coniuratione septem, qua magos cum eo oppr. Sæptem inquam il-  
 lorum, à quibus oppressi duo magi, procerum Persarum, de quibus  
 accipiendus & Florus 3. 5. 2.

10. (f) Erat enim & or. & corp. lin.] Restitui locum ex senten-  
 tia V. Cl. Fr. Modii, qui discernit in Fuldensibus suis ita scriptum  
 ait: quo pacto & Bangarius in Ms. libro esse profiteri. Nec enim  
 in homine pars est, in qua maior solet haberi lineamentorum ra-  
 tio, quam os, hoc est, vultus. Antea vulgati: Erat enim decorus, &  
 corporis instamentum pers. Herodotus 3. 61. ἦν τὴν δὴ ὀφείκει εἶδεν:  
 de decore nihil.

11. (g) Sub specie maiest.] Similiter à Deioce Rege Medorum  
 institutum, Herodotus 1. 99. tradit, ne conspici Regem fas esset:  
 ne scilicet assiduo conspectu vilesceret. Maiestati magis & longin-  
 quo reverentia, Tacit. Annal. 1. 47. Continuis assellus minus & recen-  
 det homines ipsa faretate facit. Liv. 15. 10. 5. Quicquid in excessu fa-  
 esse vestigia positum est, humilis & trita consuetudinis, quo sit venera-  
 bilis, esse vacuum oportet. Val. Max. 1. 6. Vt sit, omnibus potius  
 quam nemini patere debere Principem, ostendit egregie Grute-  
 rus, ad Tacitum differt. 44.

12. (h) Ad favorem pop.] Sic infra, 21. 1. 4. & 5. Scilicet no-  
 vum imperium incognantibus utilis est clementia famæ. Tacit. Hi-  
 stor. 4. 65.

13. (i) De filia] Cui nomen Phadima, Herodotus 3. 68.

19. (k) Septem tantum] Thucydides, 6. 9. 26. Pauci conjura-  
 verant, B 3



verant, quo tutiores essent. Adde Curt. 3. 6. 20. Cæterum istorum se-  
ptem optimatium nomina recenset Herodotus 3. 70.

21. (1) *Duos de coniuir. interf.* ] Atqui hos non interfecit magis, sed tantum læsos, scribit Herodotus 3. 78. cuius quidem, ob antiquitatem, haud paullo maior, quam Iustini, aut Toritas. Et patet ex sequentibus sibi deliberationibus, duos illos ex vulnere convaluisse.

22. (m) *Gobryæ medium &c.* ] Herodot. 3. 78. Val. Maximus 3. 2. exemp. ext. 2. Magophonia porro, seu cædis Magorum, meminit & Agathias lib. 2. B.

23. (n) *Ita* ] Bong. rectius putat *istam*.

## C A P. X.

**O**ccisus Magis, magna quidem gloria recepti 1  
regni (a) principum fuit: sed multo maior 1  
in eo, quod cum de regno ambigerent, (b) con- 2  
cordare potuerunt. || Erant enim (c) virtute & 2  
nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo 3  
electionem æqualitas faceret. || Ipsi igitur viam 3  
invenierunt, qua de se iudicium religioni & for- 4  
tunæ committerent. || Pactique inter se sunt, ut 4  
die statuta omnes, equos ante regiam primo mâ- 5  
ne perducerent: & cuius equus inter solis ortum 5  
hinnitum primus edidisset, is rex esset. || Nam & 5  
(d) Solem Persæ unum Deum esse credunt: & (e) 6  
equos eidem Deo sacrosatos ferunt. || Erat inter 6  
coniuratos Darius Hystaspis filius, cui de regno 6  
solicito equi custos ait, *si ea res victoriam mora-* 7  
*retur, nihil negotii superesse:* || per noctem dein- 7  
de equum pridie constitutam diem ad eundem 7  
locum ducit, ibique equæ admittit, ratus ex vo- 8  
luptate veneris futurum quod evenit. || Postera 8  
die itaque, cum ad statutam horam omnes con- 8  
venissent, (f) Darii equus, cognito loco, ex desi- 9  
derio

derio femina hinnitum statim edidit: & segni-  
bus aliis, felix auspicium domino primus emisit.  
9 || Tanta moderatio cæteris fuit, audito auspicio,  
ut confestim equis defilierint, & Darium regem  
10 salutaverint. || Populus quoque universus, se-  
cutus iudicium principum, eundem regem con-  
11 stituit. || Sic regnum Persarum, septem nobilissi-  
12 morum virorum virtute quæsitum, tam levi mo-  
mento in unum collatum est. || Incredibile pro-  
13 fusus, tanta patientia (g) cessisse eo, quod ut eri-  
perent magis, mori non recusaverint. || Quan-  
quam præter formam, virtutemque hoc imperio  
14 dignam, etiam cognatio Dario iuncta cum pri-  
stinis regibus fuit. || Principio igitur regni, (h)  
Cyri regis filiam in matrimonium recepit, (i)  
15 regalibus nuptiis regnum firmaturus: ut non  
tam in extraneum translatum, quam in familiam  
Cyri reversum videretur. || Interiecto deinde  
tempore, cum Assyrii descivissent, & Babylo-  
niam occupassent, difficilisque urbis expugnatio  
esset; æstuante rege, unus de intersectoribus ma-  
gorum, (k) Zopyrus domi se verberibus lace-  
rari toto corpore iubet: nasum, aures, & labia sibi  
16 præcidi: atque ita regi inopinanti se offert. || At-  
tonitum, & querentem Darium causas, aucto-  
remque tam fædæ lacerationis, tacitus quo pro-  
posito fecerit, edocet; formatoque in futura con-  
silio, transfugæ titulo Babyloniam proficiscitur.  
17 || Ibi ostendit populo laniatum corpus: queritur  
crudelitatem regis, à quo (l) in regni petitione,  
non virtute, sed auspicio non iudicio hominum,  
18 sed hinnitu equi superatus sit: || Iubet illos ex  
amicis exemplum capere, quid hostibus cavend-  
dum

dum sit: || Hortatur, non mœnibus magis quam  
armis confidunt; patianturque se commune bel-  
lum recentiore ira gerere. || Nota nobilitas viro  
pariter & virtus omnibus erat: nec de fide time-  
bant, cuius veluti pignora, vulnera corporis, &  
iniuriæ notas habebant. || Constituitur ergo dux  
omnium suffragio: & accepta parva manu, se-  
mel atque iterum cedentibus consulto Perſis, se-  
cunda prælia facit. || At postremo universonum si-  
bi creditum (m) exercitum Darii prodit, urbem-  
que ipsam in potestatem eius redigit. || Post hæc  
Darius bellum Scythis infert, quod sequenti vo-  
lumine referetur.

Num. 1. (a) *Principum* ] Septem illorum coniuratorum.  
Alii, nec male, *principum*, antiquo Genitivo, ut ubique civita-  
tium, penatium apium, paludium, sapientium. Sic hominum dixit  
Sallustius lug. 74. 2. pro hominum, ut monuit flos delibatus liti-  
ratorum Scaliger. *Principum* pro *principum* seipſis quoque Li-  
cinium titul. de stupratoribus à doctore suo, magno illo Cujacio  
& doctum ait Bong.

Ibid. (b) *Concordare* ] Nam aliis natura insociabile regnum.  
Tacit. Annal. 13. 17. Nec regna sociorum ferro, nec tædæ sicuti. Senec.  
in Agam. v. 259.

2. (c) *Virtute & nobilitate parte* ] Hinc intelligitur, quid si-  
bi velint ita Valerii Maximi 7. 3. exemp. ext. 2. *Darius rex adu-  
toribus eiusdem dignitatis assumptus*, &c. qui locus à V. Cl. Casp. Ge-  
vartio, Euseb. 1. i. optime restitutus explicatusque, erucem doctis  
fuit hæcenus.

4. & seqq. ] Herodotus explicatius 3. 84. & seqq.

5. (d) *Salem Persarum esse Deum et.* ] Hoc ipsum Strabo  
lib. 15. pag. 503. Macrobius 1. 6. & alii confirmant. At idem Strabo  
sub finem libri 15. Martem unum Persas deum colere tradit: &  
Curtius 4. 13. 17. Martem à Dario facit invocatum. Sed Strabonem  
sui ipsius oblitum erroris accessit Lipsius Not. 98. ad Tacit. 6. An-  
nal. Curtio veterem, hoc est, suam lætionem restituit Modius, pro  
Martem scilicet *Atithen* seu *Martiam* legendo. Sic enim Persas  
poteam appellare solitos, ex eodem Strabone, Suida, & pluribus  
potem est. Huius dei antistitem, perpetuæ pudicitie feminam  
fuisse, patet ex audite 10. 2. 2.

Ibid.

Ibid. (e) *Equos eidem deo sacros* ] Ita Xenoph. Cyropæd. 8.  
2. 6. D. & Anab. 4. 333. B. Paulianus in Leonicis lib. 3. 201. 14. Ra-  
tionem reddit Ovidius lib. 1. Fastor.

*Placat Equos Persi radii Hyperiona cinctum:*

*Ne detur celeri vixima tarda deo.*

Quomodo & Herodotus extremo libro 1. Massagetæ ait equos  
Soli mactasse, quod ætorem perniciosissimo, è quadrupedibus omni-  
bus perniciosissimum, quæveniret. At Romanis Equus non Soli vici-  
masset Marti, quod per eius effugium Troiani capti sunt: & el quod eo  
genere animalis Mars delectari putaretur. Festus in Equus. Idem de  
Mylis Finibus 4. 12. 17.

3. (f) *Darii equus* ] Vnde postea Darius in sigillo habuisse  
sculptum equum, per quem hinnitus edentem Rex factus fuerat,  
& Scholiastæ Thucydidis est notatum.

12. (g) *Cessisse eo quod* ] Bongarsius edidit, *cessisse eos*, quod.  
Sed præter lætionem quam idem in variantibus & Ms. monstrat.  
Scilicet hoc erat incredibile, proceres illos, regno, quod lux quis-  
que vitæ periculo Magis eriperat, æquo animo unum Darii cessis-  
se. Cedere alicui regno, dicit autor etiam 2. 2. 6. & *cedere regnum*,  
10. 2. 3. Freinshemius ita mallet: *cessisse eo, ob quod*.

14. (h) *Cyri reg. filius &c.* ] Atqui duas Cyri filias, *Atassam* &  
*Artystanam*, nec non *Parmyri Smerdis*, & *Phadraman* Otanis filiam  
Darium duxisse refert Herodotus 3. 88. Sed harum princeps fuit  
*Artystana*, Dario maxime adamatâ, cuius etiam imaginem ex au-  
ro solido compactam habuit. Herodot. 7. 69. An forte referen-  
dum hoc loco *filias*?

Ibid. (i) *Regalibus nupt. regnum firm.* ] Sic infra 3. 6. 4. Et Tacit.  
Agric. c. 6. *Matrimonium cum orna splendidiu nuptialibus; ad maiora  
necenti decus & robur est.* Hoc spectans & Lycus apud Senec. Herc.  
furente v. 345. *Vna sed nostras inquit, potest fundare vires, unctâ  
regali face Thalaminique Megara, ducet & generis in lyto Novitas colo-  
rem nostras.* Debeo locum hunc iudicium nobilissimum Alb. Sebifii, cu-  
ius sublime iudicium, & meliorum autorum accurata lætio sæpe  
hic nobis subsidio fiere.

15. (k) *Zopyrus* ] Sic enim & Herodotus 3. 152. & seqq. (ubi  
pluribus hæc exsequitur) & Plutarchus apophth. Reg. c. 3 & alii,  
id nomen scribunt, Ζῶπυρος. Bongarsius, nec male, *Zopyrus*  
è Ms. expressit. Affines enim literæ sunt π & φ, sæpeque mutan-  
tur invicem: ut, *trospaum*, & *trophæum*. Sic infra 3. 4. 12. *Palanthes*,  
qui alius est *Phalanthus*: & in Frologis à Bong. primum productis  
*Pani*, *Phoni* dicuntur. Sunt enim à Phœnicibus. Cæterum huic fa-  
sinori non abfimile quid habet Florus 1. 7. 6.

17. (l) *In regni petitione* ] Ita Ms. fatente & Modio: qui ta-  
men forsitan legendum contendit, maxime cum præced. n. 3. di-

eat autor: ipsi igitur viam invenerunt, qua de se iudicium religioni & fortuna committerent. Verum hoc ipsum Zopyrus queri se simulat, in regni petitione, non virtuti & iudicio hominum, sed auspicio fortunæ fuisse locum. Ad hæc si valeat emendatio Modii, sequetur, sortitionem aliquam virtute & hominum iudicio regi quod contra est. *Sorti deæras ad parum idoneos, ait Tacit. Annal. 13. 29. Sorte & urna mores non discernuntur.* Idem Histor. 4. 7. Quidam impressi, portione legunt, pro quo Richardus in edit. Basil. partitione mallet, contra mentem autoris & competitorum regni.

22. (m) *Exercitum Darii prodit* Similem proditionem, vel geminam potius, ipse Darius in Saccas movens, passus est à Rifaee equifone quodam Sacca, referente Polyæno lib. 7. strat. p. 497.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO- RIARUM.

### LIBER II.

#### CAP. I.

**I**N relatione rerum ab Scythis gestarum, (a) 1  
quæ satis amplæ magnificæque fuerunt, prin- 2  
cipium ab origine repetendum est. || Non enim 2  
minus illustria initia, quam imperium habuere: 3  
(b) nec virorum imperio magis, quam femina- 3  
rum virtutibus claruere. || Quippe cum ipsi Par- 3  
thos Bactrianosque, feminae autem eorum (c) 4  
Amazonum regna condiderint: || profusus ut res 4  
gestas virorum mulierumque considerantibus 4  
incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit. 5  
|| Scytharum (d) gens antiquissima semper ha- 5  
bita: quanquam inter Scythas & Ægyptios diu 6  
(e) contentio de generis vetustate fuerit: || Ægy- 6  
ptiis prædicantibus, initio rerum, cum alia terra ni-  
mio fervore solis arderent, alia rigerent: frigoris imma-  
nitate,

nitate, ita ut (f) non modo primæ (g) generare ho-  
mines, sed ne advenas calorem recipere ac tueri possent,  
priusquam adversus valorem vel frigus velamenta cor-  
poris invenirentur, vel locorum vitia que sitis arte re-  
7 mediis mollierentur; || Ægyptium ita temperatam semper  
fuisse, ut neque hyberna frigora, nec æstivi solis ardores  
8 incolas ejus premerent: || solum ita succundum, ut ali-  
mentorum in usum hominum (h) nulla terra feracior  
9 fuerit. || Iure igitur ibi primum homines natos vide-  
10 ri debere, ubi educari facillime possent. || Contra, Scy-  
thæ cæli temperamentum, nullum esse vetustatis  
11 argumentum putabant: || quippe naturam, cum  
primum incrementa caloris ac frigoris, regionibus dis-  
12 stinxit, statim ad locorum patientiam, animalia quo-  
13 que generasse: || sed & arborum atque frugum pro re-  
14 gionum conditione, apte genera variata. || Et (i) quan-  
to Scythis sit cælum asperius quam Ægyptius, tanto &  
14 corpora & ingenia esse duriora. || Ceterum si mundi,  
quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit; siue illu-  
vies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit: si-  
ve ignis, qui & mundum genuit, cuncta possedit, utrius-  
15 que primordii Scythas origine præstare. || Nam si ignis  
prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus; se-  
dem terris dedit; nullam prius quam Septentrionalem  
partem, hyemis rigore ab igne secretam; adeo ut nunc  
16 quoque nulla magis rigeat frigoribus. || Ægyptum ve-  
ro, & totum Orientem, tardissime temperatum:  
quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exæstuet.  
17 || Quod si omnes quondam terra submersæ profundo  
fuerunt; profecto editissimam quamque partem de-  
currentibus aquis primum detectam; humilimo autem  
18 solo eandem aquam diutissime immoratum: || & quan-  
to prior quaque pars terrarum sicca sit, tanto prius  
ANI-

*animalia generare cœpisse.* || Porro (k) Scythiam adeo 19  
 editiore omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi na-  
 ta in Maotim, tum deinde in Ponticum & Ægyptium 20  
 mare decurrant. || Ægyptum (l) autem, que tot re-  
 gum, tot seculorum cura impensa que munita sit, & ad-  
 versum vim incurrentium aquarum tantis structa mo-  
 libus, tot fossis conscissa, ut (m) cum his arceantur, illis  
 recipiantur aquæ; nihilominus colli, nisi excluso Nilo,  
 non potuerit, non posse videri hominum vetustate ulti-  
 mam, quæ sive ex (n) aggerationibus regum, sive Nili  
 trabentis limum, terrarum recentissima videatur. || His 21  
 igitur argumentis superatis Ægyptiis, antiquo-  
 res semper Scythæ visi.

## NOTÆ AD LIBRUM II.

Num. 1. (a) *Quæ satis ample magnificaque su.* ] Eadem verba  
 usurpat & Sallustius Catil. 8. 2. de Atheniensibus. Scythicum au-  
 tem Darii bellum & Herodoto occasionem dedit res Scythicas  
 altius repetendi initio libri 4. B. Adde Diodor. Sicul. 2. 43. Arrian.  
 4. princ. Niceph. Gregoram lib. 2. post princ.

2. (b) *Not virorum imp. m. q. feminar.]* Scilicet ne quis sexus ad  
 laude cessaret, ut ait Florus 1. 10. 9.

3. (c) *Amazonum.]* De quibus multa Diodor. Sicul. 2. 44. &  
 seq. 3. 53. Appianus in bell. Mithrid. Noſter infra c. 4. & alii. Alb.  
 Krantzius lib. 1. hist. Sueticæ c. 6. eas origine Gothicas, hoc est  
 Germanas fuisse contendit. At Strabo lib. 11. p. 348. & Arrian. lib. 7.  
 p. 156. hoc multierum genus unquam extitisse negant.

5. (d) *Scythar. gens antiquiss.]* Herodotus tamen 4. 5. ipsos Scy-  
 thas ait dicere gentem suam omnino esse novissimam: & de gentis  
 antiquitate Ægyptios non cum Scythis, sed cum Phrygiis, cer-  
 tasse refert lib. 2. quod confirmat in Eutropium Claudianus  
 2. 2. 1. Sed Marcellinus 22. 34. Ægyptiam gentem, inquit, omnium  
 vetustissimam, nisi quod super antiquitate certat cum Scythis. B. Si-  
 milem contentionem inter Athenienses & Argivos memorat Iso-  
 crates Panathenæico.

ibid. (e) *Contentio.]* Quam pluribus exponit Otho Heurnius  
 in Indico. c. 13.

Non

6. (f) *Non modo.]* pro non modo non. Ita Cicero Offic. 1. 13. Non  
 modo illi invideatur atati, verum etiam favetur. Vide Mureti var-  
 lect. 10. 7.

ibid. (g) *Generare homines.]* Ita mox infra n. 18. Persuaserunt  
 enim olim ubi profani gentium, ut etiamnum hodie Sinenes, ho-  
 mines initio cum ceteris animantibus, non à Deo conditos, sed  
 terra stiripium ad instar, ortos. Vide Dion. Sicul. 1. 7. Eo spectat  
 Atheniensium gloriatio, quam Diogenes Cynicus his cum muri-  
 bus & lumbricis communem dicebat, esse se *κωλύθωνας*; hoc est,  
 ut Noſter infra 2. 6. 4. ait, eodem innat'os solo. Sed huius profanita-  
 tem sententiæ refutat Lactantius de falsa relig. 2. 12.

8. (h) *Nulla terra feracior.]* Fertilitatem Ægypti prædicant &  
 Isocrates in laudat. Busiridis: Iosephus bell. lud. 5. 11. & c. Egeſip-  
 pus 4. 27. Tacit. Hist. 3. 5. Plin. paneg. c. 30. & 31. cum aliis.

13. (i) *Quanto calum asperius, tanto &c.]* Ingenia hominum  
 ubique locorum sitis formata. Curtius 8. 9. 26. Postrio calis corporibus  
 habitum dat. Tacit. Agric. c. 11. Quom locum insigniter illustrat  
 Gruterus dissert. 45. ad Tacit. Addendum Erasimus adagio. *Mores*  
*hominum regionis respondent.*

19. (k) *Scythiam adeo editiorem.]* Virgil. i. Georgic. v. 240.  
*Munam ut ad Scythiam Riphaeque arduus axes*  
*Conſurgit, præmitur Libya dæcecum in Austros.*  
 Sed constat inter Mathematicos, in globo nullum esse alio edi-  
 tiorem locum. B.

20. (l) *Ægyptum &c.]* Strato quidam apud Strabonem lib. 1.  
 p. 34. Ægyptum ait præcis temporibus inundatum fuisse mari. B. Et  
 sane quod ita creent veteres, Ægyptum ex limo, quem Nilus ve-  
 hit, accumulato & exaggerato natam, exinde Nili donum eam ap-  
 pellarunt. Eustath. in Dionys. perieg. pag. 31. pr. Videndi, Herodo-  
 tus 2. 5. Aristot. Meteor. 1. 14. Plin. 2. 35. Seneca nat. quæst. 6. 26.  
 Quibus contradicit Brodæus miscell. 3. 5. ubi ait, nec decem quide-  
 m Mundi ætates ad spatium istud humo explendum sufficere.

ibid. (m) *Cum his arceantur, illis rec. aq.]* Huc respiciens Iso-  
 crates in laudatione Busiridis, Ægyptios dixit imbrum simul &  
 feceritatum; quorum alii Inquit præmum conditus est, per se ipsos post-  
 feratam habere: dum scilicet Niloticas aquas, quæ vicem imbrum  
 Ægypto præstant, pro arbitrio vel fossis in agros suos derivant, vel  
 obiectis molibus arcent.

ibid. (n) *Aggerationibus regum.]* Inde Titulus Codicis, de  
 Nili aggeribus non impendis. Cicero moles vocat opposit ut fluitibus.  
 Officior. 2. 4. B.

CAP.



## CAP. II.

Scythia autem in Orientem porrecta, includitur ab uno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis: à tergo Asia & (a) Phasi flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Homines inter se nulli fines, neque etiam agrum exercent: nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Uxores liberosque secum (b) in plaustris vehunt: quibus, (c) coriis, simbrum hyemifque causa tectis, pro domibus utuntur. Iustitia (d) gentis (e) ingenis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto gravius: quippe sine tecti munimento pecora & armenta habentibus, (f) quid salvum esset, si furari liceret? Aurum & argentum (g) non perinde ac reliqui mortales appetunt. (h) Lacte & melle vescuntur. Lanae usus ac vestium ignotus: & quanquam continuis frigoribus urantur, (i) pellibus tamen ferinis aut (k) murinis utuntur. Hæc continentia illis morum quoque iustitiam edidit, nihil alienum concupiscuntibus. QUIPPE ibidem divitiarum cupido est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur; neque plus hominum ferrum & arma, quam naturalis fatorem conditio raperet. Prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa sapientium doctrina, præceptisque philosophorum consequi nequeunt; cultosque mores

res incultæ barbariæ collatione superari. TANTO plus in illis proficit vitiorum ignorantio, quam in his cognitio virtutis.

Num. 1. (a) Phasi flumine ] Ita legendum etiam contra libros, qui habent *Ithasi*. De Phasi vide Plinium 6, 4. & Solinum cap. 20. & libellum de fluminibus nomine Plutarchi editum. De Scythiis præter Herodotum lib. 4. vide Diodorum Siculum lib. 2. & Strabonem lib. 7. ubi eorum integritatem multis prædicat, de qua & Horatius lib. 3. ode 24. Vide & paucæ apud Marcellinum lib. 22, 19. & confer quæ libro 31, 5. & seqq. de Hunnis scribit & Alanis, quos cap. 7. *deservire* ait *laetificando & venando*. Ita enim videtur locus ille supplendus Bong.

4. (b) In plaustris ] Vnde Scythæ dicti *ἀμαρξοβίος*; & *ἀμαρξοβίται*, hoc est, in plaustris viventes: item *ἀμαρξοίται*, domos suas in plaustris habentes.

Ibid. (c) Coriis ] Vix inhiæbeo manum rescripturientem *coriis*: quæ vox est *curribus*, quod *coris* in Ms. quodam superscriptum Bongarius affirmat, facili literarum ductu formatur. Certe plaustra Scythica *coriis* tecta facit & Ann. Marcellinus 22, 19. Idemque 31, 6. *Manus* ait *vagari supersidentes plaustra, quæ operimentum curvatur coriis* (tanquam imbuticibus) per solitudines confertur.

5. (d) Iustitia, genti ingenis culta, non legibus ] Mortalium iustitiam *Abis* (hoc est, Scythæ) dicitur Homero Iliad. 13, 6. laudante Strabone lib. 7, p. 209. & Acciano lib. 4, pr. Sed & nos in infra 12, 2, 17. *gentem innocentiæ dicit*. B. Cæterum de prisca Romanis similiter Sallust. Catil. c. 9. *Ius bonæque apud eos non legibus magis quam natura valebat*. De Germanis Tacitus c. 19. *Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges*. Idemque in univ. verfum de vetustissimis mortalium, Annal 3, 26.

Ibid. (e) Ingeniis ] *Ingenium* vocat, quod paulo post n. 14. *naturam*. Nævius: *sic actu in fronsiferos lacus, ubi*

*Ingenio arbusta nata sunt, non olivæ.*

Notavit Scaliger ad Aufonium 1, 23. Pectronius Arb. *Crimes ingenio suo flexi*. Tacit. Annal. 3, 26. *cum honesta suppre ingenio pererentur*. B. Sallust. hist. lib. 3. *pugna ingenio loci prohibebatur*. Et lib. 5. *insula suppre ingenio alimenta mortalibus gignunt*. Ita Florus 2, 6, 27. & 2, 17, 5.

6 (f) *Quid salvum esset* ] Ita vet. editiones manuscritorum traduce: melius, opinor, quam quod Bong. edidit, *quid inter silvas superesset*. Nam ratio ista generalis est, non silvarum proptia.

7. (a) Non perinde &c. Ita vet. omnes. Tacit. de Getmanis c. 5. Posses non inquit, & usu (auri & argenti) haud perinde afficiantur. B. Editiones quadam veteres, & de Bongarianis Mss. unus, forte melius: perinde aspernatus ac reliqui mortales appetunt. Qualis antithesis est etiam l. 1. C. Theod. de anno. detribuit. Auferri id sibi cum tanta infamia deponis: quantam alii posse can sue verunt.

8 (b) Laſſe ] Inde Homero Iliad. 13. 6. Γαλαξέφ'όγιοι, Ιαſſι. vori. Strabo lib. 7. & 11. addit carne, & caſeo, equino maxime. B.

9 (c) Fellicium & cumurium ] Vir magnus martium hic legendum suadet, cum & in Tacit. Germ. c. 17. sit de pellibus belluarum, quas exterior Oceanus gignit. Vix persuadet: magis Turnebus, adverteat, 15. 23. mures, & antiquos intellexisse non tantum domesticas illas bestias, omnia rodentes, ac penori infestas: sed & silvestres ferasque bestias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt Martes & Hermelina. Facit hoc illud Senecæ epist. 90. 38. Magna Scytharum pars cervi viscipium induitur ac murium, quæ ta-ctu mollior & impetrabilia ventis sunt. Eginhardus in vita Caroli M. Ex pellibus lupinum vel murium thorace confectis, humeros ac pedes hieme nuntiabat. Aumanus 31. 3 humis item indumenta tribuit ex pellibus silvestrium murino confarcatum: ubi Notas eruditissimas V. C. Fr. Lindenbrogii vide. Cæterum de pelliceis regum-entis hæc pertinentia multa, nec aspernanda, congestit Hieron. Magius miscell. 3. 7.

Ibid. (d) Tamen ] Bong. tantum mallet: sententiæ certe requirit. Sea val. Acidalius ad Vell. Patrec. 2. 125. 5. contredit, & isthic, & alibi passim in veterum scriptis tamen accipi quandoque pro tantum: ipse videtur.

## CAP. III.

Imperium Asiæ ter (a) quæ vivere, ipsi perpetuo 1  
ab alieno imperio aut intacti, aut invicti man- 2  
sere. ] Darium regem Persarum, (b) turpi ab Scy- 3  
thia summovent fuga: ] Cyrum cum omni ex- 4  
ercitu trucidaverunt: ] Alexandri Magni ducem 5  
Sopyriona pari ratione cum copiis universis dele- 6  
verunt: ] Romanorum audire, non sensere ar- 7  
ma. ] Parthicum & Bactrianum imperium ipsi 8  
concliderunt. ] Gens laboribus & bellis aspera: 9  
vires

vires corporum immensa: Nihil parate quod  
amittere timeant: (c) nihil victores præter glori-  
8 am concupiscunt. ] Primus Scythis bellum indixit  
(d) Vexoris rex Ægyptius, missis primo (e) le-  
nionibus, qui hostibus parendi legem dicerent.  
9 ] Sed Scythæ jam ante de adventu regis à finiti-  
10 mis certiores facti, legatis respondēt: ] tam opu-  
lenti populi ducem (f) Scythæ adversus inopes occupas-  
11 se bellum, quod magis domi fuerit illi timendum: ] quod  
belli certamen anceps, præmia victoriæ nulla, damn-  
12 a manifesta sint. ] Igitur non expectaturos Scythas dum  
ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupi-  
13 scenda sint; ultroque prædituros obviam. ] Nec (g)  
dicta, res morata: quos cum tanta celeritate vene-  
re rex addidicisset, in fugam vertitur, exercitu-  
que cum omni apparatu belli relicto, in regnum  
14 se recepit. ] Scythas ab Ægypto paludes prohibu-  
15 ere: ] inde reversi, Asiam per domitam vectigalem  
fecere, modico tributo, magis in titulum imperii,  
16 quam in victoriæ præmium imposito. ] Quinde-  
cim annis pacandæ Asiæ immorati, uxorum fla-  
gitatione revocantur, per legatos denuncianti-  
bus, ni redeant, subolem se ex finitimo quæsituras, (h)  
nec passuras ut in posteritatem, Scytharum genus per sæ-  
17 cula minas intercidat. ] His igitur Asia per mille quin-  
18 gentos annos vectigalis fuit. ] Pendendi tributi  
finem Ninus rex Assyriorum imposuit.

Num. 1. (a) Quæ vivere ] hoc est, acquirere, pro compositis  
simplex. Ita supra 1. 9. 13. Vell. Patrec. 2. 117. 7. & alii.

2. (b) Turpiab &c. ] Eadem prope verba infra 7. 3. 1.

7. (c) Nihil victores præter glor. concup. ] Supra 1. 1. 7. Pulchra in  
hanc rem dissertatio Ph. Camerarii hoc. subci. centur. 1. 78.

8. (d) Vexoris. ] Ita boni libri: alii Vexoris: quidam Besoris.  
Orosius Ms. lib. 1. cap. 14. Vexoris. Florentina editio hoc loco &  
initio

Initio libri i. suppositi *Sesofres*, contra libros: opinor quia Herodotus lib. 2. refert, eum Scythas subegisse. Iornandi est *Vespsi*. Bong.

Ibid. (e) *Lenonibus* ] hoc est, legatis, scialibus. Hanc vocem omnes, præter unum, veteres agnoscunt: & probat P. Danielis Ms. Glossarius. *Leno*, id est, *medicatus*, inquit, qui apud Italos dicitur. *Archilator* *Vulvæ* *Tragus* *Pompeius* in *seculis historiarum*: *Francif. Lenonibus*, qui *in sibus parvæ*: *legem* *indiderent* B. Nec abeunt Suidori Glossæ. Neque vero mirandum, *Lenones*, flagitii propudique inimicitias, & se honeste utipari: sicuti contra *conciatori* & *concellariæ*, voces honestæ, ad hoc turpe ministerium postea sunt traductæ. Nam & Plato in *Gorgia*, coquo oratore affimilat. Certe *Socrates* apud Xenophontem in *Convivio* contestatur, uno *Lenonibus* se confidere vel maxime: *legem* *indiderent* B. nec conciliandi amicitias. Atque ea & Legati ars est inter præcipuas.

10. (f) *Stalide* ] Ms. *coendi*. *Vnus ita* *lido*, quod ad vulgatum lectorem proxime accedit, quam sequutus est Orosius. Hic locus explicat, quod Scythæ: *legatus* apud Curtium 7, 8, 27. ait, *in partibus* *iter* *in* *Ægyptum* B.

13. (g) *Nec dilla, rei morata* ] Ita Florus 3, 3, 9. *Nec segnius quam minati fuerant* & c.

16. (h) *Nec passuras, ut in posteritatem* ] Freinshemius refert. *bit ita: nec passuras in posteritatem* *ut* & c. Bene, ut patet: tamen *lullis*, *nusita* *scripsi*, qui non ubique nimis bene.

## CAP. IV.

Sed apud Scythas medio tempore (a) duo regni iuvenes, Ylinos & Scolopitus, per factionem optimatum, domo pulsi, ingentem iuventutem secum traxere; & in (b) Cappadocia ora, 2 iuxta anem Thermodontæ conlederunt, subiectosque Themiscyrenæ campos occupavere. || Ibi 3 per multos annos spoliare finitimos affueri, conspiratione populorum per insidias trucidantur. || Horum uxores, cum viderent exilio additam 4 orbitatem, arma sumunt: finesque suos, summoventes primo, mox etiam inferentes bella, defendunt.

dunt. || Nubendi quoque finitimis animum omiseret; *servitutem*, non matrimonium appellantes. || Singulate (c) omnium seculorum exemplum aufert, auxere rempublicam sine viris: iam etiam 7 cum contemptu virorum se tuentur. || Et ne feliciores aliæ aliis viderentur; (d) viros qui domi 8 remanserant, interficiunt. || Ultionem quoque castrorum coniugum, excidio finitimorum consequuntur. || Tum pace armis quaesita, ne genus 10 interiret, concubium finitimorum ineunt. || Si qui mares nascerentur, (e) interficiebant. Virgines in eundem ipsis morem, non otio, neque lanificio; sed armis, equis, venationibus exercebant, 11 in uestibus infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediretur: unde Amazones 12 dictæ sunt. || Duæ his reginæ fuere, Marthesia & Lampeto, quæ in duas partes agmine diviso, in clytæ iam opibus, vicibus gerebant bella, solæ 13 terminos (f) alternis defendentes: || & (g) ne successibus deesset auctoritas, (h) genitas se Martem prædicabant. || Itaque maiore parte Europæ subacta, (i) Asiæ quoque nonnullas civitates occupavere. || Ibi Epheso, multisque aliis urbibus conditis, partem exercitus cum ingenti prædâ domum dimittunt. || Reliquæ, quæ ad tuendum Asiæ imperium remanserant, concursu barbarorum cum (k) Marthesia regina interficiuntur. 17 || In huius locum filia eius (l) Orithya regno succedit: cui præter singularem belli scientiam, eximia servatæ in omne ævum virginittatis admiratio fuit. || Huius virtute tantum additum gloriæ & famæ Amazonum est, ut Herculi (m) rex, cui 18 stipendia debebat, quasi impossibile, impe-

raverit, ut arma reginæ Amazonum sibi afferret. ¶ Eo igitur profectus longis novem navibus, comitante principum Græciæ iuventute, inopinantes aggredditur. ¶ Duæ tunc sorores, Amazonum regna tractabant, Antiope & Orithya: sed Orithya fortis bellum gerebat. ¶ Igitur cum Hercules ad littus Amazonum applicuit; infrequens multitudo cum Antiope regina, nihil hostile metuerente, erat. ¶ Qua re effectum est, ut paucæ repente tumultu excitæ, arma mulerent, facillimæque victoriam hostibus darent. Multæ itaque cæsa, captæque. ¶ In his duæ Antiope forores captæ sunt. Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo. ¶ Sed Theseus obtenta in præmium captivæ, eandem in matrimonium assumpsit, & ex ea genuit Hippolytum. ¶ Hercules post victoriam, Menalippen captivam forori reddidit, & pretium arma reginæ accepit. Atque ita functus imperio, ad regem revertitur. ¶ Sed Orithya, ubi comperit bellum sororibus illatum, & raptorem esse Athenienfium principem; hortatur comites, frustra que & Ponti sinum, & Asiam edomitam esse dicit, si Græcorum non tam bellis, quam r. spinis pateant. ¶ Auxilium deinde à Sagillo rege Scythiæ petit: 27 Genus se Scythiarum esse: eadem virorum, nescit atem armorum, belli causas ostendit, & affectu, &que virtute, ne seniores viris faminas habere Scythi viderentur. ¶ Motus ille domesticæ gloria, mittit cum ingenti equitatu filium Panafagorum in auxilium. ¶ Sed ante prælii defensionem orta, ab auxiliis desertæ, bello ab Atheniensibus vincuntur: ¶ receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilio intactæ ab aliis gentibus, in regnum revertuntur.

31 tuntur. ¶ Post Orithyam, Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cum auxilium adversus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. ¶ Interfecta demum Penthesilea, exercituque eius absumpto; pauca, quæ in regno remanserant, ægre se adversus finitimos defendentes, usque tempora Alexandri Magni duraverunt. ¶ Harum Minithya, sive Thalestris regina, (n) concubitu Alexandri per dies xii. ad subolem ex eo generandam obtento, reversa in regnum, brevi tempore cum omni Amazonum regno nomine intercidit.

Nun. 1. (a) *Duo regii invener* ] Totum hunc locum confer cum Orosii capite 15. libri primi. B.

2. (b) *Cappadocia ora* ] Oros. 2. 15. *Cappadocia Pontica ora*. Legendum ex Ms. Pontique. B.

6. (c) *Singularæ ann. sec. exemplum a se, auxere Rom.* ] Secutus sum mixam fide Mss. emendationem Fr. Modii, nisi quod post *a se* punctum in subdistingtionem mutavi. *Audere exemplum* eo modo dicitur, ut apud Tacitum annual. 13. 36 3. *audere paginam*: & alibi, *audere codicillos, machinos, oppugnationem, stuprum, visumque &c.* Caterum non tam vero, quam huic narrationi similia, de puellis Bohemicis, Velscha duce, principatum in viros occupantibus, habet Æn. Sylvius Bohem. cap. 7.

7. (d) *Viros q. d. r. interficiunt*. ] Inde Scythica voce dictæ Amazones *Aorpatia*, hoc est, *viricidæ*. Herodot. 4. 110. B.

10. (e) *Interficiabant* ] Aliter Tornandes Getic. c. 8. *Quicquid patris masculini edidissent, patri reddebant &c.* Qua ratione adhuc hædie præcipuis Africanæ Regis Monimotapæ legiones, quas ex mulieribus in certam aliquam insulam detrusis concredit, famellas sibi reservare, masculos patribus transmittere scribit Eduard. Lopez. lib. 2. de regno Cong. cap. 9.

12. (f) *Alterna* ] scil. vicibus ita vert. editiones. Bong. *alterna*, quod nescio an idem sit cum alternatim. Paulo ante, pro *loca verum*. Preinsheimius legit, *si*, (hæ. ditionis) *verum*. Valde probabiliter.

13. (g) *Ne successib. deesse auctoritas* ] Inde votum Alexandri apud Curtium. 2. 8. 28. *Votum Indi quoque Deum esse me credant, fama enim bella constant*. Sc. De D. Augusti Philo Iudeus lib. de legatione ad Caium: *Acceptis divinis honoribus, non quod probaret:*



sed quia videbatur hoc possidere amplitudo Imperii, cui veneratio quadam paraturus arvis. Videndus omnino D. Augustinus, civ. Dei. 3. 4. ubi de sententia Varronis, utile esse, ut se homines ex diis genitorum mentiantur.

Ibid. (h) *Genitas se Marte* ] Diodorus de una tantum id narrat, cuius nomen non exprimit: & Apollonius 2. Amazonas, Martis & Harmonix Naiadis, genus esse tradit B.

14. (i) *Asia* ] Sueton. Cæsar. 22. 4. Magnas inquit. *Asia partem Amazonas tenuisse quondam.* Asiam accepit minorem, non illam quæ tertia pars Orbis habetur.

16. (k) *Marthesia* ] quæ *Marpesia* Iornandi Getic. c. 7. pr.

17. (l) *Oriethya* ] Sic est in omnibus scriptis libris, & impressis quibusdam. Vulgo *Oterva*: & apud Apollonium lib. 2.

— *Ἀμαζώνων βασίλειαι,*  
*Ὀρεγάτις καὶ Ἀλιότις.* B.

18. (m) *Rex cui duodecim stipendia deb.* ] Hic duodecim Herculis labores, *stipendia* 12. sine controversia vocantur, unde *pana* & *labor* dicitur. Horat. Epod. Od. 17.

*Quæ finis? aut quod me manet stipendium?*  
*Esse: infam cum sile panas tuam.*

Hæc Turnebus ad versat. 30. 27. De duodecim potro laboribus seu certaminibus, quæ rex Eurytibus, in insitu lunonis imperabat Herculi, casibus eum obiecturus, legendæ fœbulæ, & Diodorus Sicul. lib. 4. Tangit etiam Plin. pænegy. c. 14. An. & alludit Seneca in apocolocynt. puta vit sibi d. *civibus tertium laborem venisse.*

33. (n) *Concubitu Alexandri per d. 13.* ] Infr. 12. 3. 1. & 42. 3. 9. Curtius 6. 5. 42.

## C A P. V.

S Cythæ (a) autem tertia expeditione Asiana, cum annis octo à conjugibus & liberis abfuissent, servili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum longa expectatione virorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratæ, servis ad custodiam pecorum relictis nubunt: qui reversos cum victoria dominos, velut advenas, armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria

etoria fuisset, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus, sed cum servis præliandum; nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non arma adferenda; omissoque ferro, virgas ac flagella, cæteraque servilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostem accessere, inopinantibus verbera intentant: adeoque illos percule- runt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent; fugamque non ut hostes victi, sed ut fugitivi servi caperent. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoque male sibi conscia, partim ferro, partim suspendio vitam finierunt. Post hæc pax apud Scythas fuit, usque tempora Ianciri regis. Huic Darius rex Persarum, sicut supra dictum est, cum filia ejus nuptias non obtinisset, bellum intulit: & armatis septingentis millibus hominum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugna potestatem, metuens, ne interrupto ponte Istris, reditus sibi intercluderetur, amissis octoginta millibus hominum trepidus fugit: quæ iactura, abundante multitudine, interdamna numerata non est. Inde Asiam & Macedoniam domuit: (d) Ionas quoque navali prælio superat. Deinde cognito quod Athenienses Ionis auxilium cõtra se tulissent, omnem impetum belli in eos convertit.

Num. 1. 2. & c. ] An eadem cum his certe similis sunt, quæ Sal. Neugebaverus commentar. Moscovis, sub finem capituli 3. refert ex annalibus Russorum: ubi de *Colopigard*, hoc est, servorum castro, quem in locum servi ad heris in fugam versis se receperunt.

1. (a) *Scythæ autem*] Vide Herodotum initio libri 4. qui non esse annos, sed viginti octo, domo abfuisse Scythas narrat: quod sane probabilis est. hic tamen contra consensum librorum nihil mutò. Bong.

5. (b) *Periculerunt*] Ita Mss. Herodotus 4. 4. οἱ δὲ κατακέραιοντες. B.

8. (c) *Ianæyri*] Eact sex Mss. constans lectio. Hunc regem Orofius 2. 8. vocat *Attyrum*. Ms. *Attyrum*. Herodotus 4. 120. *Indastyrum*: ubi & *Scopasin*, & *Taxacin*, duarum aliarum Scythiarum reges, commemorat. Ceteræ c. 17. *Σκυθῶν* dicitur. *Antirreyrus* Iornandi in Geticis cap. 10. Hæc Bong. Apud Iornandem tamen pro *Antirreyrus*, *Gruicrus* & Mss. Palatinis *Ianæyris* substituit. Apud Herodotum vero *Ἰνδάτυρος* forte pro *Ἰνδάτυρος*, & apud nostrum *Ianæyris* pro *Indatyrus*, vel *Idantyrus* scriptum ait Cl. Salmastius ad Solin. 846. A. 1. *Ἰδανθῶν* est nomen illius Scythici regis apud Clementem.

12. (d) *Ionus quoque*] Herodot. libri 6. initio. B.

### C A P. V I.

**N**unc, quoniam ad bella Atheniensium ventum est, quæ non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem (a) patrata sunt; operaque Atheniensium effectu maiora quam voto fuere, paucis urbis origo repetenda est; quia non, ut ceteræ gentes, à sordidis initiis ad summa crevere. || Soli enim, præterquam incremento, etiam origine gloriantur: || quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit: sed (b) eodem innati solo, quod incolunt; & quæ illis sedes, eadem origo est. || Primi, (c) lanificii, & olei, & vini usum docuere. Arare quoque, & (d) serere frumenta, glandem vescentibus monstrarunt. || Litteræ (e) certe ac facundia, & hic civilis ordo disciplina, & lyti templum Athenas habent. || Ante Deu-

lionis

lionis tempora (f) regem habuere Cecropem: quem, ut (g) OMNIS antiquitas fabulosa est, (h) bififormem tradidere, quia primus marem & 8 minæ matrimonio iunxit. || Huic successit Cranaus, cuius filia Athis regionis nomen dedit. || Post hunc (i) Amphiclyon regnavit, qui primus Minervæ urbem sacravit, & (k) nomen civitati Athenas dedit. || Huius temporibus, aquarum illuvies maiorem partem populorum (l) Græciæ absumpsit. || Superfuerunt quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thesalia Deucalionem ratibus evecti sunt; à quo propterea genus 12 hominum conditum dicitur. || Per ordinem deinde successione regnum ad (m) Erichtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusin à 13 Triptolemo reperta est, || in cuius muneris honorem noctes initiorum sacrata. || Tenuit & 14 Ægeus, Thesei pater, Athenis regnum, à quo per divortium decedens Medea, propter adultam privigni ætatem, Colchos cum (n) Medio filio ex 15 Ægeo suscepto, concessit. || Post Ægeum Theseus, ac deinceps Thesei filius (o) Demophoon, qui auxilium Græcis adversus Troianos tulit, regnū possedit. || Erant inter Athenienses & (p) Dorienses simultatum veteres offensæ, quas vindicaturi bello Dorienses, de eventu prælii oracula 17 consaluerunt. || Responsum superiores fore, ni 18 regem Atheniensium occidissent. || Cum ventum esset in bellum, militibus ante omnia, custodia regis præcipitur. || Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat; qui & responso Dei, & præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu, (q) pannosus, sarmenta collo gerens, castra ho-

C 5

stium

stium ingreditur: || ibi in turba obstitentium, à 20  
milite, quem falce astu convulneraverat, interfi-  
ci tur. || Cognito (r) regis corpore, Dorienfes si- 2 1  
ne prælio discedunt. || Atque ita Athenienses 2 2  
virtute ducis, pro salute patriæ morti se offeren-  
tis, bello liberantur.

Num. 1. (a) *Patraria sunt*] Bong. *paraſta sunt*. Sed monitu  
Fr. Modii retinimus vulgatam hæcenus lectionem. *Patrari*,  
pro *perficere*, elegantissimo cuique veterum in usu fuit. Vt Sallust.  
Catil. 56. s. *incepta patrare*. Liv. 25. *patrare facinus*. Tacit. Annal. 2.  
55. *patrare necem*.

4. (b) *Eodem innati solo*] *Indigena*, ἀὐτοχθόνες, γνητοίς,  
*Terrigena* Aufonio in Catalogo Vebium:

Nunc & *terrigeni patrivivis memoramus Athenæ.*

Cicero pro L. Flacco c. 26. *Atheniarum urbi vetustate ea est, ut ipsa  
ex sese civis suos genuisse dicatur*. B. Adde Platonem in Menexe-  
no, Demosth. orat. fun. & Euripidem Ione. Quidam tamen colo-  
nos Saitarum Athenienses distabant, Diodor. Siculus 1. 28.

5. (c) *Primi*] De Atheniensium inventis Lucretius initio li-  
bri 6. Ælianus var. hist. 3. 38. Cicero pro Flacco c. 26. B.

Ibid. (d) *Deve frans*.] Inde *frigam parens* hæc urbs appella-  
tur à Floro. 3. 5. 16.

6. (e) *Litera certe*] Qua causa Diodorus 13. 27. pr. Athenas  
vocat *καίριοι παῖδες* ἀνδραγαθῶν παῖδων ἡρώων, κομῆσι ἐπὶ ἐπιπέδῳ  
*hominum scholam*; Thucydides 2. 8. 38. *καὶ εἰς τὴν ἑλλὰδα*,  
*Græcia in* *orthometrico*: Cicero de Oratore 1. 4. *doctrinam omnium  
inventricem*: & 4. famil. epist. 12. *nobilissimum orbis terrarum Gymna-  
sium*. C.

7. (f) *Regem habuer.*] De statu & mutationibus Reipub.  
Atheniensem, multa paucis Strabo lib. 9. Vide & Vell. Fatert. 1. 2.  
Primum regem faciunt Cecropem: alii Adæum, sive Adæonem  
ἀδελφόν. Pausanias Atticus, Eustathius in Dionysio, alii. De  
variis appellationibus Atheniensem, præter iam citatos, vide  
Herodotum 8. 44. B.

Ibid. (g) *Omnia antiquitas fabulosa*] Infr. 4. 1. 8.

Ibid. (h) *Byfornem*] Διφύη. Eusebius & Hieronymus in  
Chronis. Plutarchus de sera Num. Vind. c. 11. Eustathius in Dio-  
nyf. Vide & Diodorum 1. 28. de Pete Mnestheci parte B. Plures huius  
appellationis rationes habet Suidas in Κίεξοϋ.

Ampli-

9. (i) *Amphitryon*] Vett. *Amphitryonides*. Vulgo *Amphitryon*:  
& ita Orofius Ms. 1. 9. Verum nomen ex Pausania restituit Fr. Fa-  
brius in Orofio & Iustino. Et ex Mss. emendanda est editio  
Chronicorum Eusebii, quæ Amphitryonem, quintum Athenien-  
sium regem facit; quum sit *Amphitryon 3. Athen*. Errori causam  
præbuit Amphitrus Thebanorum rex, vulgo notior Amphitryo-  
ne. Detempore diluvii Deucalionis discrepat ab auctore nostro  
Varro & Eusebius, quod notavit Augustin. civ. Dei. 18. 10. 5.

Ibid. (k) *Nomen civitati Ath. ded.*] Atque Thefeum Athe-  
nis dedisse nomen, auctor est in eius vita Plutarchus. Rursum Hy-  
ginus Fab. 164. & 271. Minervam Athenas & condidisse, & ex suo  
nomine sic appellasse dicit.

10. (l) *Græcie*] Orofius 1. 9. *Theffalia B.*

12. (m) *Erechtheus*] Vett. in hoc nomine varie corrupti  
sunt. Ab hoc rego Homerus Iliad. 2. 547. Athenienses vocat ἑρέχου  
Ἐρεχθῶν. Hic à Pausania, Eusebio, quem Augustinus de Civit.  
Dei. 11. 18. sequitur, dicitur *Erichthonis*. Quod hic ait *per otidiam  
succubum*, repugnat Pausanias Atticus, quem vide, & Diodor. 1. 29.  
qui cum ait *Ægyptium fuisse B.*

14. (n) *Medio*] Bong. *Medo*. Sed retinimus lectionem,  
quam ipso Bong. teste, Manuſcripta bona nota agnoscunt, quæ-  
que etiam infra 4. 2. 16. extat. Sic *Medea* manuſcriptis etiam est  
*Media*.

15. (o) *Demophoon qui auxiliare*] Hic variat historia. Mnesthei  
Atheniensium regis anno XVIII. captam Troiam auctor est Euse-  
bius: à Homerus in catalogo navium, Iliad. 2. 552. & Diodorus  
lib. 1. eundem faciunt Atheniensium ducem. Collocatur autem  
inter Thefeum & Demophoontem B.

16. (p) *Dorienteses*] Herodotus 5. 76. Vide & Valerium Max.  
5. 6. & Augustinum de civit. Dei. 18. 18. Pausanias Atticus & Achai-  
cis, Orofius 1. 18. *Peloponneses* vocant, & Eusebius in Chronicis:  
Vell. Paterculus 1. 2. *Lacedæmones*, quæ eadem sunt. Fuit autem  
Codrus Melanthi exulis filius. Plutarchus de exilio c. 24. Strabo  
libro 9. Hunc locum transcripsit Saresber. Policrat. 4. 3. B. Historia,  
præter auctores citatos, ex his quoque petenda: Cicerone Tuscul.  
1. 48. Amm. Marcellino. 22. 13. Polyxno stratagem. lib. 1. Tzetze  
Chil. 1. Hist. 4. Laëtantio 3. 12. Servio ad eciogram 4.

19. (q) *Pannafiu*] Sumpta veste lignatoris, ut vult Polyx-  
nus: pastoris, ut Velleius. *Familarem vestem* vocat Cicero: quo-  
modo & in Valerio legendum censet Modius, pro *familiarem*.

21. (r) *Cognio*] Nobiliss. Sebifius præfert, Latinitas certe  
poſcit, *agnio*. Sic infr. 2. 8. 4.

## CAP. VII.

Post Codrum nemo Athenis regnavit: quod 1  
 memoriae nominis eius tributum est. || Ad- 2  
 ministratio reipublicae (a) annuis magistratibus 3  
 permiffa. || Sed civitati (b) nullae tunc leges erant: 4  
 quia (c) libido regum pro legibus habebatur. 5  
 || Legitur itaque Solon, vir iustitiae insignis, qui 6  
 velut novam civitatem legibus conderet: || qui 7  
 (d) tanto temperamento inter plebem senatumque 8  
 egit (cum, si quid pro altero ordine tulisset, alte- 9  
 ri displiciturum videretur) (e) ut ab utrisque pa- 10  
 rem gratiam traheret. || Huius viri inter multa 11  
 egregia, illud memorabile fuit. || Inter Athenien- 12  
 ses & Megarenfes de proprietate Salaminae insulae, prope usque interitum armis dimicatum fuerat. || Post clades multas (f) capital esse apud Athenienses cepit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. || Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo, parum reipublicae consulere; aut censendo, sibi: subitum (g) dementiae simulat, (h) cuius venia non dicitur modo prohibita, sed & facturus erat. || Deformis habitu, more ve-

2. (a) *Annuis magistratibus* ] Paterculus 7, 2. & Eusebius in Chron. post mortem Codri Archontas seu principes aiunt constitutos: quos mors finiebat: multis autem post annis constitutos annuos magistratus. B.

3. (b) *Nulla leges* ] Ex Plutarchi Solone & aliis notum. Draconis legibus usos Athenienses ante Solonem. Vide A Gelium; 11, 13. B.

Ibid: (c) *Libido reg. pro ll.* ] Supra 1, 1, 2.

3. (d) *Tanto temperamento* ] Dicere enim solebat. *Aequa- litas haud parit bellum.* Vide Plutarchi & Laertii Solonem: eius- que de legibus, praeter ceteros, Hierodotum 1, 29. & 2, 177. B.

Ibid: (e) *Vt ab utroque par. gr. fr.* ] Similem moderationem Livius tribuit Fabio 3, 1, 4. & mentarius 7, 21, 3. Ovidius de se Trist. 2, 96.

*Res quoque privatae status sine crimine iudex: Deque mea fassa est pars quoque vincta fide.*

8. (f) *Capital* ] *Θάνατον ζυμειθόμεν.* Plutarch. Solone c 10: Festi mutilator Paulus: *Capital facinus, quod capitis pena luitur.* Ea est pleisique locis apud bonos auctores veterum librorum scriptura. B.

9. (g) *Dementiae simulat* ] Inprimis versutum & callidum factum Solonis vocat Cicero Officior. 130. Versus eius vide apud Laetium. Totam historiam quaere apud Plutarchum in Sol. c. 16. &c. Meminit & Pausanias in Aeticiis, & Elianus 7, 19. Vide etiam Frontinum lib. 4, cap. ult. Controverfiam de Salamina insula exponit Strabo lib. 9. ubi de Megara. B.

Ibid: (h) *Cuius venia non dicit. m.* ] Ita Drusus alienationem mentis simulans, quasi per dementiae, funesta Tiberio impetratur. Tacit. Annal. 6, 24. Octavianus quidam valetudine mentis liberatus dicebat. Sueton. Caes. 49, 5.

## CAP. VIII.

- 1 || Nterea Megarenfes, memores illati Athenien-  
 sibus belli, & deserti, ne frustra arma movisse  
 viderentur, matronas Atheniensium in (a) Eleu-  
 finis sacris noctu oppressuri, naves conscendunt.  
 2 || Quare cognita, dux Atheniensium Pisistratus  
 iuventutem in insidiis locat, iussis matronis soli-  
 tamente clamore ac strepitu, etiam in accessu hostium,  
 3 ne intellectos fe sentiant, sacra celebrare: || egres-  
 sosque



fosque navibus Megarenſes inopinantes aggreſſus, delevit: ac protinus claſſe captiva intermixtis mulieribus, ut ſpeciem captarum matronarum præberent, Megaram contendit. ¶ Illi cum & navium formam, & petitam prædam cognoſcerent, obvii ad portum procedunt, ¶ quibus caſis, Pisistratus paulum à capienda urbe abſuit. (b) Ita Megarenſes ſuis dolis hoſti victoriam dedere. ¶ Sed (c) Pisistratus, quaſi ſibi, non patriæ viciffet, tyrannidem per dolum occupat: ¶ quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratoque corpore, in publicum progreditur: ¶ advocata cione, vulnera populo oſtendit: de crudelitate principum, à quibus hæc ſe paſſum ſimulabat, queritur: ¶ adduntur vocibus lacrymæ, & invioſa oratione multitudo credula accenditur: amore plebis inſiſum ſe ſenatus affirmat: ¶ obtinet ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium; per quos occupata tyrannide, (d) per annos xxxiii. regnavit.

Num. 1. 2. &c.] Eadem Frontin. Strategem. lib. 4. 7. 4. 4. & prolixè Aneas in Poliorcico, cap. 4.

1. (a) Eleaſina ſactia] Quæ & noſtes inſitorum auctori 2. 6. 13. & myſteria Cæcra inſitorum ſactia, 5. 1. 1. & Cæralia ſactia Velſcio 3. 4. 3.

5. (b) Ita Megarenſes] Vetr. omnes, Dorencei. inepte & inſiſtorum. Inſiſtorum forte ex ſuperioribus. B.

16. (c) Pisistratus] Præter Plutarchum in Solone, Diodorum 13. 16. Herodotum 1. 59. lege Val. Max. 1. 8. 9. Elianum 3. 16. Quæ autem ratione Pisistratidam tyrannide liberari ſunt Athenienſes, docet Herodotus 5. 62. & Pauſanias Laconicis. B.

10. (d) Per annos 33.] Ex his ſepteuſdecim tantum annos urbem in poteſtate habuit: ſed eim in exilio egit. Ariſtoreles Politic. 5. 12.

## CAP. IX.

1 P Oſt eius mortem Diocles, alter ex filiis, per vim ſtuprata virgine, à fratre puella interſicitur. ¶ Alter, Hippias nomine, cum imperium paternum teneret, interfectorem fratris comprehendit jubet: ¶ qui cum per tormenta conſcios (a) cædis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit: ¶ quibus interfectis, quaerenti nomen, an ad huc aliqui conſcii eſſent; neminem ait ſuperſeſſe, quem amplius mori geſtias, quam ipſum tyrannum. ¶ qua voce ejuſdem ſe tyranni victorem; poſt vindictam pudicitia ſororis oſtendit. ¶ Huius virtute cum admonita civitas libertatis eſſet, tandem Hippias regno pulſus, in exilium agitatur: ¶ qui profectus in Perſas, ducem ſe Darii, inferenti Athenienſibus bellum, ſicuti ſupra ſignificatum eſt, adverſus patriam ſuam oſfert. ¶ Igitur Athenienſes, audito Darii adventu, (b) auxilium à Lacedæmoniis, ſocia tum civitate, petiverunt. ¶ Quos ubi viderunt quadridui teneri religione, non expectato auxilio, inſtructis decem millibus civium, & Plataenſibus auxiliariis mille, adverſus ſexcenta millia hoſtium, (c) in campos Marathonios in præliū egrediuntur. ¶ Miltiades (d) & dux belli erat, & auctor non expectandi auxilii: quem tanta fiducia ceperat, ut plus præſidii in celeritate, quam in ſociis duceret. ¶ Magna igitur in pugnam euntibus alacritas animorum fuit, adeo ut cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante iactum ſagittarum ad hoſtem venerint: nec audacia (e) eius, eventus deſuit. ¶ Pugnatum eſt enim tanta

tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares.  
 ¶ Victi Persæ in naves confugerunt; ex quibus 13  
 multa suppressa, multa capta sunt. ¶ In eo præ- 14  
 lio tanta virtus singulorum fuit, ut cuius laus  
 prima esset, difficile iudicium videretur. ¶ Inter 15  
 ceteros tamen Themistoclis adolescentis gloria  
 emicuit, (f) in quo iam tunc indoles futura imperatorie dignitatis apparuit. ¶ Cynagiri (g) 16  
 quoque militis Atheniensis gloria, magnis scriptorum laudibus celebrata est; ¶ qui post præ- 17  
 lio innumeras cædes, cum fugientes hostes ad naves egisset, onustam navem dextra manu tenuit, nec prius dimisit, quam [manum] amitteret:  
 ¶ cum quoque amputata dextra, navem sinistra 18  
 comprehendit; quam & ipsam cum amisisset, ad postremum mortu navem detinuit. ¶ TANTAM 19  
 in eo virtutum fuisse, ut non tot cædibus fatigatus; non duabus manibus amissis victus; truncus ad postremum, & veluti rabida fera, dentibus dimicaverit. ¶ Ducenta (h) millia Persæ eo præ- 20  
 lio, siue naufragio amisere. ¶ Cecidit (i) & Hippias, tyrannus Atheniensis, auctor & (k) concitor eius belli, diis patriæ ultoribus penas repetentibus.

Num. 3. (a) Cædus] Modius hanc vocem suos Mss. constanter abnuere dicunt: nec est sane necessaria

8. (f) Auxilium de Lacedæmonis] Per Phisippidem hemerodromum, Herodotus 6, 105. Probus in Miltiade. Meminit & Platorum lib. 3. de Legib. De quadruidi religione, Lycuigi legem commemorat Lucianus de Astrologia. Vide & Strabonem lib. 9. Confer cum auctore nostro Orosum 2, 8.

9. (c) In Campis Marathonis] Marathonem, Atticæ urbem, ad quam pugnam est, Pomponius Mela lib. 2. magnarum & maritimarum virtutum testem cognominat. De pugna Marathonica (quam Plutarchus à trecentis auctoribus descriptam affirmat) porro consule.

sulendi, Herodotus lib. 6. Pausanias lib. 1. Æmilius Probus in Themistocle & Miltiade, Agell. 17, 21.

10. (d) Dux belli] Στρατηγός, unus è decem. Πολίμενος autem erat Callimachus Aphidnæus. Herodotus 6, 109. & Pausanias lib. 1. B.

11. (e) Eius] suus legit Acidalius ad Vell. Paterc. 2, 55, 2.

15 (f) In quo iam tunc indoles] De eodem Themistocle præclare Ælianus var. 3, 21. Vere quippe Vopiscus in Probo, cap. 3. fin. Neminens, inquit, unquam pervenisset ad virtutem summam tam matuturum, nisi qui puer seminarium virtutum generositate concrevisset, aliquando inelutum d. signasset.

16. (g) Cynagiri] De quo præter Herodotum 6, 114. Valerius 3, 2. & Ammianus 24, 23. qui eum, & Callimachum, vocat Medicorum bellorum fulcrum. B. Cynagiri imitatus est Accilius in navali pugna ad Massiliam, teste Suetonio. Cæli. 68, 9.

20. (h) Ducenta millia Persæ eo præl. siue naufragio.] Sex millia ducenta tantum scribit Herodotus 6, 117. sed eorum scilicet, qui prælio occubuerunt: nosse naufragio haustus adiecit, quorum ingentem fuisse numerum, etiam ex Diodoro 11. c. 12. & 13. colligitur. Itaque pro sine naufragio, quod omnes habent editiones, moniti Freinshemii rescriptis siue naufragio, quod nunc recipimus, nimio per se discordabit ratio.

21 (i) Cecidit & Hippias] Idem confirmat Cicero lib. 9. ad Attic. epist. 12. & Tertullianus adversus Gentes. Suidas vero, nescio quo auctore tradit, ex hac pugna Hippiam elapsam, fugam in Lemnum pervenisse; & ibidem, oculis captum, effluente per illos sanguine, acerba morte periisse.

Ibid. (k) Conceptor] Quidam conditor, vulgo concitator, ut & initio libri 5. Sed illud Mss. approbantibus malo. Tacit. Annal. 4. missusque in Galliam concitores belli. B.

## CAP. X.

1 I nereæ & Darius, cum bellum restauraret, in ipso apparatu decedit, relicta multis filiis, & 2 in regno, & ante regnum susceptis. ¶ Ex his (a) Artemenes maximus natu, ætatis privilegio, regnum sibi vindicabat; quod ius, & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus [dedit.] ¶ Porro

Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat. ¶ Namque Artemenem 4 primum quidem Darii, sed privato provenisse: se regi primum natam. ¶ Fratres itaque suos, qui ante geniti 5 essent, privatam patrimonium, quod eo tempore Darius habuisset, non regnum sibi vindicare posse: se esse quem primum in regno iam rex pater susulerit. ¶ Huc ac- 6 sedere, quod Artemenes non patre tantum, sed & matre privata adhuc fortuna, avo quoque materno privato, procreatus sit. ¶ se vero & matre regina natum; & 7 patrem non nisi regem vidisse; avum quoque maternum Cyram se regem habuisse, non heredem, sed conditorem tanti regni: ¶ & si in aequo iure utrumque fratrem 8 pater reliquisset, materno tamen se iure & avito vincere. ¶ Hoc certamen concordiam animo ad patrem 9 suum (b) Artaphernem, veluti ad domesticum iudicem, deferunt; qui domi cognita causa, Xerxem praeponit: ¶ adeoque fraterna contentio fuit, 10 ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit; ipsoque litis tempore invicem munera miserint; iucunda quoque inter se non solum, sed (c) credula convivia habuerint; iudicium quoque ipsum sine arbitris, sine convictio fuerit. ¶ TANTO (d) mo- 11 deratius tum fratres inter se regna maxima dividantur, quam nunc exigua patrimonium partiuntur. ¶ Igitur Xerxes bellum a patre ceptum ad- 12 versus Graciam, (e) quinquentium instruxit. ¶ Quod ubi primum didicit (f) Demaratus rex 13 Lacedaemoniorum, qui apud Xerxem exulabat, amicior patriae post fugam, quam regi post beneficium, ne inopinato bello opprimerentur, omnia 14 (g) in tabellis ligneis magistratui perscribit; easdemque cera superinducta delet: ne aut scriptura sine

sine tegmine iudicium daret, aut recens cera dolum proderet: fido deinde servo perferendas tradit, iussu, magistratui Spartanorum tradere. ¶ Quibus perlatis, Lacedaemone quaestioni res diu fuit, quod neque scriptum, aliquid viderent, nec frustra missas suspicarentur, tantoque rem maiorem, quanto sit occultior, putabant. ¶ Haerentibus in coniectura viris, (h) soror regis Leonidae consilium scribentis invenit. ¶ Erasa igitur cera, 17 belli consilia deteguntur. ¶ Iam Xerxes (i) septingenta millia de regno armaverat, & trecenta 18 millia de auxiliis: ¶ ut (k) non immerito proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata, Graciamque omnem vix capere exercitum eius potuisse. ¶ Naves (l) quoque mille ducentas numero habuisse dicitur. ¶ Huic (m) tanto agmini dux 21 defuit. ¶ Ceterum (n) si regem spectes; divitias, non ducem laudes: quarum tanta copia in regno eius fuit, ut cum flumina multitudine consumerentur, opes tamen regiae superessent. ¶ Ipse autem primus in fuga, postremus in praelio semper visus est; in (o) periculis timidus; sibi metus 24 abesset, inflatus; ¶ denique ante experimentum belli, fiducia virium, veluti naturae ipsius dominus, & montes in planum deducebat; & convexa vallium aequabat; & quaedam maria pontibus sternebat: quaedam ad navigationis commodum per compendium ducebat.

Num. 2 (a) Artemenes] Herodotus 7. 2. Artobazanen vocat, & hanc controversiam vivo patre motam, & ab ipso Darii iudicium esse refert. Idem paulo post Artabazem nominat Darii filium, Xerxis fratrem. Plutarchus in Artocerxe c. 2. ab Artica, qui postea Artocerxes dicitur est, & Cyro, eandem quaestionem rescriptam scribit, & Darii contrariam huius sententiam commemorat. B. Cuius quidem sententiae posterioris aequitatem (ut scilicet et a-

16 primi præferantur) exemplis, legibus, rationibusque confirmant. P. Greg. Tolofanus de Reup. lib. 7. c. 9. & Arnif. lib. 2. cap. 2. sect. 11. Adiuuanda Fr. Hotomani illustis quaestio 2.

9 (b) *Artafernem*.] Ita ex Herodoto emendavi. Veteres habent *Artafernem*, facili lapsu. Vni supra scriptum, legendum esse *Tisaphernes*. Bong.

10 (c) *Credula*.] Freinsh. crebra mallet cum suspecta, iucunda esse non possint. Si tamen *credula* retinemus, videri quæ ita legendum: *quæ quædam quoque inter se, non solum credula.*

11 (d) *Tanto moderatius*.] Epiphonema similitum huic est infra 15. 2. 9.

12 (e) *Quinquennium instruxit*.] Vulgo per *quinquennium*, & Orolius 2. 9. sed antiqua scriptura recta est. Infra 12. 3. 1. *Triduum lullum vidit*. Lex 12. Tabul. *Vini, aut hori, si functi, biennium esto*. Quintilianus declaratione 196. *Ex lege, in exitum quinquennium missus est*. Notavit Tac. Cuius cum interpretaretur titulum Cod. de usucap. pro emptore, vel pro transact. B.

13 (f) *Demaratus*.] Herodotus sine libri 7. Fugam eius ad Persas explicat libro 6. c. 70. B. Adde Secanæ de beneficiis, 6. 31.

Ibid. (g) *In tabellâ lignæ*.] Sic infra 21. 6. 6.

16 (h) *Soror reg. Leonida*.] Herodoto lib. 7. suæ est uxor Leonidæ. *Gorgæ*, cuius meminit Plutarch. in apophth. Lacon. P.

18 (i) *Septing. mill.*.] In numero harum Xerxis copiarum veteres æquebatur variant Herodotus lib. 7. c. 184. 185. 186. Ctesias in Persicis c. 23. Elinius 3. 10. Diodorus Sicul. 11. 3. Hecateus Panathenæico: Plutarchus parallelis c. 2. & m. Probæ Themistocle Quomodo autem exercitum Xerxes dinumeraverit, vide Herodotum 7. 60. & Plinium 4. 11. B.

19 (k) *Ut non numeritis proditum*.] Herodotus 7. 187. *Itaque miramur, inquit, nobis non videtur, quorundam autium si fuerit defecisse & c. B.* Aristides Sophista de apparatu Xerxis ita: *Teli obregebatur ipse Sol; mare nauibus, terra copiis pedesibus, aer sagittis recludabatur. C.*

20 (l) *Naves quoque mille ducentas*.] Non dubitavi recipere in textum emendationem loci, prædem à Fr. Modio ad Curtii 5. 7. 11. propositam, præsertim approbatam etiam à Bong. & congruentem cum Herodoto, Diodoro, Probo, Hecateo, Orofio: qui tamen onerariarum sive *τρικοβόλων* addunt tria millia, & *πικύδων* 400. & quingenta. Ut ille superior numerus sit trirremium, seu rostratarum, ut Orofius vocat. Editiones hæcenus habuerunt: *Naves decem centum milia numero*, ita scilicet singulari hominibus & Xerxis exercitu, singulis nave venient. quod asserere, nec Græcorum inprudensissimus quisque sustinuit.

Hinc

21 (m) *Huic t. ag. aux def.*.] Vt Antiocheno exercitui apud Florum 2. 3. quem etiam huic comparat ibid. n. 19.

22 (n) *Siragem pheltes*.] Vita Xerxis præpositæ Darii patris educationi adscribit Plato lib. 7. de Il. C.

23 (o) *In peris. tom.*.] Ita fere Liviùs 4. 24. 4. *In etio tubulata, in bello signis*. Et 7. 15. 2. *In castra feroces, in acie pauidi*. Contra Tacit. Hist. 1. 84. *Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus*. Qualis Liviùs ille Manlius 7. 10. 9. qui nulla voce ante minis in Gallum ibat: sed pectus, animorum: & que tacite plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulcrat.

## CAP. XI.

1 Cuius introitus in Græciam quam terribilis,  
2 tam turpis ac fœdus discessus fuit. || Nam  
cum (a) Leonida rex Spartanorum cum quatuor  
millibus militum angustiâ Thermopylarum oc-  
cupasset, Xerxes contemptu paucitatis, eos pug-  
nam capessere iubet, quorum cognati (b) Mara-  
3 thonia pugna interfecti fuerant; || qui dum ul-  
cisci suos querunt, principium cladis fuere: sue-  
cedente deinde in utilia turba, maior cædes editur.  
4 || Triduo ibi cum dolore & indignatione Persarum  
5 dimicatum: || quarta die, quum nuntiatum  
esset Leonidæ, à xx. milibus hostium summum  
6 cacumen teneri, tunc hortatur socios (c) rece-  
dant, & se ad meliora patriæ tempora referre: || fi-  
bi cum Spartanis fortunam experiendam; plura se  
7 patriæ quam vitæ debere: ceteros ad præsidia Græ-  
cie servandos. || Audito regis imperio discesse-  
8 re ceteri, soli Lacedæmonii remanserunt. || In-  
itio huius belli sciscitantibus Delphis oracula, re-  
9 sponsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut viri ca-  
pendum. || Et idcirco rex Leonida cum in bellum  
proficisceretur, ita suos firmaverat, ut ire se para-  
to ad

D 3

to ad



to ad moriendum animo scirent. ¶ Angustias 10  
propterea occupaverat, (d) ut cum paucis aut  
maiore gloria vinceret, aut minore damno repu-  
blicæ caderet. ¶ Dimissis igitur focus, hortatur 11  
Spartanos, MEMINERINT, qualitercunque præ-  
liantibus, cadendum esse: caverent, ne fortius mansisse,  
quam dimicasse videantur; ¶ nec expectandum ut ab 12  
hoste circumvenirentur, sed dum nox occasionem daret,  
securis & Latris superveniendum: ¶ nusquam victores 13  
honestius, quam in castris hostium perituros. ¶ NIHIL 14  
(e) erat difficile persuadere persuasum mori: ¶ Ita 15  
tim arma capiunt; & (f) sexcenti viri, castra quin-  
gentorum millium irrumpunt; statimque (g) re-  
gis prætorium petunt, aut cum illo, aut si ipsi op-  
pressi essent, in ipsius potissimum sede morituri.  
¶ Tumultus totis castris oritur. Spartani, postea 16  
quam regem non inveniunt, per omnia castra vi-  
ctores vagantur; cædunt, sternuntque omnia: ut  
qui sciant se pugnare non spe victoriæ, sed in  
mortis ultionem. ¶ Prælium à principio noctis 17  
in maiorem (h) partem diei tractum. ¶ Ad postre- 18  
mum (i) non victi, sed vincendo fatigati, inter  
ingentes stratorum hostium catervas occiderunt.  
¶ Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio ac- 19  
ceptis, experiri maris fortunam statuit.

Num. 1 (a) Leonida] Lege præter Herodotum 7, 259. Sc. &  
Diodorum 11, 4. Sc. & Orolium 3, 9. Strabonem lib. 9. Ælianum  
3, 25. Valerium 3, 2. & Pausaniam Laconicis. Meminit & Seneca  
epist. 82. sub fin. Vide & Ctesia excerpta. Variat hic nulum 3  
exeris. B. Adde Cicero, Tuscul. 1, 42. Agellium 3, 7.

Ibid. (b) Marath. pug. inter]. Decennio ante. Supra, 2, 9, 20.

g (c) Recedant, & se &c.] Sic infi. 23, 4, 9.

fo (d) Vitum panem aut &c.] Ita mox 2, 13, 3.

14 (e) Nihil &c.] Senec. epist. 4. Quinque vitam suam contem-  
psit, una dominus est. Et Senec. tragædus in Herc. Oeth. Contempse  
omnes ille, qui mortem prævit.

15 (f) Sexcentos] Quingentos habet Diodorus 11, 9. quem in  
hac narratione fere expressisse autor notter videtur: Cicero de  
Fin. 2, 30. trecentos: et & Seneca Suavioria 2. & Ælianus 3, 25. cuius  
interpretis τριχοχρισίς imperite vertit τρις ut a. B. Trecentos ut em  
habet Herodotus 7, 224. & Plutarchus in parallelis cap. 4. Mille  
autem Lacedæmonios eduxisse primo Leonidam sine focus, re-  
fert Diodorus 11, 4. & Hierates Panathænaico & Archidamo.

Ibid. (g) Regi prætorium] Diodorus 11, 9. τὸν τῷ βασιλέως  
στρατῶν. Curtius 3, 21, 58. tabernaculum vocat.

17 (h) Partem diei] Ms. die antique pro diei. Sallust. Injurth.  
97, 3. Vix decima parte die reliqua. Vide quæ notat Agellius 5, 14.  
quæ Priscianus lib. 7. ex prima historia Sallustii, & quæ Probus in  
Catholicis. B.

18 (i) Non victi, sed vinc. sat. ecc.] Sic Athenienses consumpti  
magis quam victi, infra 5, 1, 10. & Orul. 2, 15. Nemo trecentos Fabios  
victos dicit, sed occisos: & Regulus captus est à Panis, non victus: &  
quiquis alius servavit fortunam ut ne pondere oppressus, non submitteret  
animum. Senec. de benef. 3, 3. Similiter Bernhart. 2. de confid. de  
Apotholis: Occumbebant, non succumbebant.

## CAP. XII.

¶ Sed Atheniensium dux Themistocles, cum  
animadvertisset (a) Ionas, propter quos bel-  
lum Persarum susceperat, in auxilium regis clas-  
se venisses, sollicitare eos in partes suas statuit. ¶ Et  
cum colloquendi copiam non haberet, quo ap-  
plicituri erant, (b) symbolos præponi, & saxis pro-  
scribi curat: ¶ QVÆ vos Iones demerita tenet?  
quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus  
vestris, nuper etiam vindicibus, cogitatis? ¶ An (c) ideo  
mænia vestra, condidimus, ut essent qui nostra deleverent?  
¶ quid si non hæc & Dario prius, & nunc Xerxi, belli  
causa nobiscum foret, quod vos rebellantes non destrui-

mus? || *Quin vos in hac nostra castra ex ista obsidione 6  
transitis? || Aut si hoc parum tutum extat, vos com- 7  
misso praelio ire (d) cessim; inhibete remas, & à bello  
discedite. || Ante (e) navalis praelii congressionem 8  
miserat Xerxes quatuor millia armatorum Del-  
phos, ad templum Apollinis diripiendum: || pror- 9  
fus, quasi non cum Græcis tantum, sed & cum  
diis immortalibus bellum gereret: || quæ manus 10  
tota imbribus & fulminibus deleta est; ut intelli-  
geret, QVAM nullæ essent hominum adversus  
deos vires. || Post hæc Thepsias, & Plataas, & 11  
Athenas vacuas hominibus incendit: (f) & quo-  
niam ferro in homines non poterat, in ædificia  
igne grassatur. || Namque Athenienses post pu- 12  
gnam Marathoniam, præmonente Themistocle,  
victoriam illam de Persis, non finem, sed causam  
maioris belli fore, cæ. naves fabricaverant. || Ad- 13  
ventante igitur Xerxe, consulentibus Delphis  
oraculum, responsum fuerat; salutem muris ligneis  
tuerentur. || Themistocles (g) navium præsidium 14  
demonstratum ratus, persuadet omnibus, PA-  
TRIAM municipales esse, non mœnia; (h) civitatem-  
que non in ædificiis, sed in civibus positam. || Melius 15  
itaque salutem navibus, quam urbi commissuros. Huius  
sententia etiam Deum auctorem esse. || Probato con- 16  
silio, coniuges liberosque cum pretiosissimis re-  
bus, (i) in arditis insulis, relicta urbe, demandant:  
ipsi naves armati descendunt. || Exemplum 17  
Atheniensium & aliæ urbes imitatur. || Itaque 18  
cum adunata omnis sociorum classis, & intenta  
in bellum navale esset; angustiasque Salaminii  
freti, ne circumveniri à multitudine posset, occu-  
passent; dissensio inter civitatum principes ori-  
tur:*

19 tur: || qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi  
vellent, timens Themistocles, ne discessu socio-  
rum vires minuerentur, (k) per servum fidum  
Xerxinuntiat, uno in loco eum contractam Græciam  
20 capere facillimè posse. || *Quod si civitates, quæ iam abire  
vellent, disceptentur; maiore labore ei singulas consecran-  
21 das. || Hoc dolo impellit regem signum pugnae  
dare. Græci quoque adventu hostium occupati,  
22 prælium collatis viribus capeflunt. || Interea rex,  
velut (l) spectator pugnae, cum parte navium in  
23 littore remanet. || Artemisia (m) autem regina  
Halicarnassi, quæ in auxilium Xerxi venerat, in-  
24 ter primos duces bellum acerrime ciebat: || QVIPP  
PE (n) ut in viro multibrem timorem, ita in muliere  
25 virilem audaciam cerneret. || Cum anceps prælium  
esset, Iones iuxta præceptum Themistoclis, pu-  
gnae se paulatim subtrahere cœperunt, quorum  
26 defectio animos cæterorum fregit. || Itaque cir-  
cumspicientes fugam pellunt Persæ, & mox  
27 prælio victi, in fugam vertuntur. || In qua trepi-  
datione multæ captæ naves, (o) multæ merseæ;  
plures tamen non minus sevitiam regis, quam  
hosterum timentes, domum fabricantur.*

Num. 1. (a) Ionæ] Herodotus lib. 8. Plutarchus in Themist.  
Ottos autem Ionas ab Atheniensibus, notum ex Herodot. lib. 1. &  
alii B.

2. (b) Symbolas] Symbolum, & symbola, & symbolus dicunt La-  
tini. Plaut. Pseud. 1. 1. 53. & Bacchid. 2. 3. 31. Ms. unus hoc loco ha-  
bet symbolas: quomodo & Plautus sæpe B.

4. (c) An idea] Ita fecit Pacuvius in Artorum iudicio, ci-  
tatur à Suet. Cæf. c. 14.

*Men' me servasse, ut essent qui me perderent?*

7. (d) Cessim] Ita recte libri veteres. Varro apud Nonium:  
*Veteres ne me quoque, cum domum ab illo  
Cessim reverteter, præter eorum cognoscant nemo.*

L. si ex plagis 52. ff. ad L. Aquil. Eadem ratione Plautus Casina 2. 1. 7.

*Recessim cedam ad parietem. B.*

*Πρόμαχον ἔγειρεται* est Thucydidi 1. 9. 14. ubi Scholiasten vide.

8 (c) *Ante na valis &c.* ] Hæc vide apud Herodorum, Plutarchum, Diodorum, Æmilium Probum, Orofium 2. 10. apud quem initio capitis, vox hæc abest à Ms. & sane inducenda est. B.

11 (f) *Et quoniam ferro &c.* ] Crudele facinus, & quod tale magis apparebit, si componatur cum Antigoni moderatione. infra 28. 4. 15.

14 (g) *Themistocles nav. præsid.* ] Cicero 10. ad Attic. epist. 7. consilium Themistoclem, Frontinus 1. 3. 6. Aristot. Rhetor. 4. 15. B.

Ibid (h) *Civitatemque &c.* ] Thucydides 7. 14. 22. ἀνδρῶν πέντε, τῶν δὲ τοῦ Χέρου. Tacit. Hist. 1. 84. Quid t. vos pulcherrimam hanc urbem, domibus, & tectis, & congestis lapidum stare creditis? Muta ista &c. Huc pertinet oratio Lentuli ad exercitum intra Caudinas fuitas conclusum, apud Liv. 9. 4.

16 (i) *Abditis* ] Manuscriptis additis: ex quo nobiliss. Sebius ingeniose, & forte recte fecit, *adfitu*: cum in illa festinatione vicinis, quam remotiores & abditas insulas eos circumspexisse sit credibilis. Firmat conjecturam Herodotus 8. 43. ubi Salaminem & Æginam insulas nominat, itaque Trezezem. Adde Diodorum 11. 13. & Frontinum, 1. 3. 6.

19 (k) *Per servum* ] Frontinus 2. 2. 13. B.

22 (l) *Spektator* ] Manuscripti *expellat*: unde Val. Acidianus ad Vell. Patenc. 2. 14. 5. facit *spektator*, antiquè, pro *aspektator*. Sicut *ascendere* Tacitus & Seneca, pro *ascendens*: & vetus Glossarium *ecessere*.

23 (m) *Artemisfa* ] Lygdamis filia, Herodotus 7. 99. Pausanias Laconicis. Vnus è manuscriptis *Artemidora* scriptum habet, quomodo & Orofius 2. 10. B.

24 (n) *Vt in viro multibrem tim.* ] Hoc Xerxes non sibi, sed suis aptans. *Viri quidem*, inquit, *extiterunt mihi femina: femina autem, viri.* Herodotus 8. 88. & ex eo Suidas in voce *Ἀγίλαριν*, qui tamen Artemisiam contra Pegasus militasse, falso scribit.

27 (o) *Multa morsa* ] Ducentz, inquit Diodorus 11. 19. B.

CAP.

CAP. XIII.

1 **H**ac clade percussum, & dubium consilii Xerxem Mardonius aggreditur. || Hortatur in regnum abeat, (a) **N**E QUID seditionis moveat fama adversi belli, (b) in manus, sicuti mos est, omnia extollens: || sibi CCC. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat; qua manu aut cum gloria eius perditurum se Græciam: aut si aliter eventus ferat, sine eiusdem infamia hostibus cessurum. || Probato consilio, Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ipse reduceret in regnum parat. || Sed Græci audita regis fuga, consilium ineunt pontis interrumpe, quem ille Abydo veluti victor maris fecerat; ut intercluso reditu, aut cum exercitu deleteretur: aut desperatione rerum, pacem victus petere cogeretur. || Sed (c) Themistocles, timens, (d) **N**E interclusi hostes desperatione in virtutem verterent, & iter, quod aliter non pateret, ferro patefacerent; satis multos hostes in Græcia remanere dicitans, nec augeri numerum retinendo oportere; 7 || cum vincere consilio cæteros non posset, (e) eundem servum ad Xerxem mittit, certioreque consilii facit; & occupare transitum maturata fuga iubet. || Ille percussus nuntio, tradit ducibus milites perducendos; ipse cum paucis Abydon contendit. || Vbi cum solum pontem hybernis tempestatibus offenderet, piscatoria scapha trepidus traiecit. || **E**R A T res spectaculo digna, & æstimatione fortis humanæ, rerum varietate miranda, in exiguo latente videre navigio, (f) quem paulo ante vix æquor omne capiebat; parentem etiam omni servorum ministerio, cuius

ius exercitus propter multitudinem, terris graves erant. ¶ Nec pedestribus copiis, quas ducibus a-  
signaverat, felicius iter fuit: siquidem quotidiano  
labori (NEQUE (g) enim ulla est metuentibus  
quies) etiam fames accesserat. ¶ Multorum dein-  
de dierum (h) inopia contraxerat & pestem; tan-  
taque scditas morientium fuit, ut viæ cadaveri-  
bus implerentur, alitesque & bestia, illecebris  
folicitatem exercitum sequerentur.

Num. 2. (a) *Ne quid seditionis* Tacit. Hist. 7, 27. *Prospere no-*  
*friu rebus, certatur ad obsequium, adversam fortunam ex aquo de-*  
*trahant.*

Ibid. (b) *In maius* In omnibus quotquot viderim editio-  
nibus extat, & in maius. Monitu Sebiffi expunxi, quod manife-  
ste *παγιδέα*, nullique rei est. De re Tacitus Annal. 3, 44, 1. *Cuncta,*  
*ut mor fama, in maius credita.* Et Curtius 9, 2, 21. *Nunquam ad li-*  
*quidum famam perducitur: omnia, illa tradente, maiora sunt vero.*

6 (c) *Themistocles timens* Frontinus 2, 6, 3. B.

Ibid. (d) *Ne intereussit &c.* Vegetius 3, 21. *Clausis ex despe-*  
*ratione crescit audacia, & cum spes nihil est, sumit arma formida.*  
*Ideoque Scipium laudata sententia est, viam hostibus, qua fugiant,*  
*municiam.*

7 (e) *Eundem servum* Scilicet de quo supra 2, 12, 19. quem  
Scitum nominat Herodorus 8, 75. eumque Themistocles ait fuisse  
& servum & liberorum pedagogum. At Diodorus hunc à supe-  
riore diversum facere videtur lib. 11, c. 17, & 19.

10 (f) *Quem paula ante vix aq. om. cap.* Gravem illum &  
mari & terra Xerxes, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptunum  
quoque compedes, & Calotenebras ministrantem. Val. Max. 3, 2.

11 (g) *Neque enim ulla est mor. g.* Similis fere locus de Gal-  
lis, Valla 24, 8, 13.

12 (h) *Inopia contrax. & pestem* Ita Florus 3, 5, 27.

### CAP. XIV.

Interim Mardonius in Græcia (a) Olynthum ex-  
pugnat. ¶ Athenienses (b) quoque in spem 2  
paci,

paci, amicitiamque regis sollicitat, spondens in-  
centia eorum urbis etiam in maius restitutio-  
nem. ¶ Posteaquam Nullo pretio libertatem  
videt his venalem, incensis, quæ edificare cæpe-  
rant, copias in Bœotiam transfert. ¶ Eo & Græco-  
rum exercitus, qui centum millium fuit, sequu-  
tus est: ibique prælium commissum. ¶ Sed (c)  
FORTUNA regis cum duce mutata non est. Nam  
(d) victus Mardonius, veluti ex naufragio cum  
paucis profugit. ¶ Castra referta (e) regalis opu-  
lentia capta. (f) Unde primum Græcos, diviso  
inter se auro Persico, divitiarum luxuria cepit.  
7 ¶ Eodem forte die quo Mardonii copiae deletæ  
sunt, etiam navali prælio in Asia sub monte (g)  
8 Mycale, adversus Persas dimicatum est. ¶ Ibi ante  
congressionem, cum classes ex adverso starent, fa-  
ma ad utrumque exercitum venit, vicisse Græcos,  
9 & Mardonii copias (h) occisione occidisse. ¶ TAN-  
TAM (i) famæ velocitatem fuisse, ut cum matu-  
tino tempore prælium in Bœotia commissum sit,  
meridianis horis in Asiam, per tot maria, & tan-  
tum spatium, tam brevi horarum momento, devi-  
10 ctoria nunciatum sit. ¶ Confecto bello, cum de  
præmiis civitatum ageretur, omnium iudicio,  
11 Atheniensium virtus cæteris prælata. ¶ Inter du-  
ces quoque Themistocles princeps, civitatum tes-  
timonio iudicatus, gloriam patriæ suæ auxit.

Num. 1. (a) *Olynthum* Artabazo, non Mardonio id tribuit  
Herodotus 8, 127. B.

2 (b) *Athenienses quoque* Herodotus sine libri 8 & Diodo-  
rus 11, 28. B.

5 (c) *Fortuna regis cum duce mutata non est* Insigniter hoc  
dictum illustrat Gruteri dissertatio 1. ad Tacit.

Ibid.



Ibid. (d) *Vidui Mardonius* ] Hæc est memorabilis illa Græcorum ad Platæas victoria, de qua Herodotus lib. 9. Diodorus 11, 11. Plutarchus Aristide, & Amilius Probus Aristide & Paulania, quos vide, & Strab. lib. 9. & Faufan. Laconicis & Boticis. Interfectum eo prælio Mardonium, præter Cælium scribunt omnes; hunc sequitur auctor noster. B.

6 (e) *Regali opulentiæ* ] Nam Xerxes à Græcia fugiens, aureos & argenteos lectos atque mensas, omniumque regium apparatus reliquerat apud Mardonium, Herodotus 9, 81.

Ibid. (f) *Vnde primum Græc. &c.* ] Florus 3, 42, 9. *Syria prima nos villa corrupti*. Adde nostrum infra 36, 4 22. & Livium 39, 6. fin.

7 (g) *Mycæe* ] Libri scripti hoc loco omnes depravate legunt *Messa*, alii *Mofsa*, alii aliter. Vulgatam lectionem contra libros retinui ex Herodoto & Diodoro. Est autem Mycæe mons Ionix & urbs Stephano. B.

8 (h) *Occisione occidisse* ] Bong. *occidisse* Sed Modii iudicium secutus, retinui manuscriptis firmatam aliarum editionum lectionem. Ea locutione utuntur veteres, exercitum ad internecionem deletum significaturi. Livius 28, *Exercitus eorum prope occisione occisi*, Similique fere ratione Tacitus annal. 12, *copiam occisione occubissent*.

9 (i) *Tantum fama velocit.* ] Hanc famæ velocitatem redarguit Diodorus 11, 35. Ait enim rumorem istum sparsim à Leotychnida, strategæ natis loco. Vide Plutarchum in Amilio c. 41. B. Simile tamen famæ velocitatis exemplum habet noster infra 209, 3, 9. Adde Sueton. Neron. 1. & Domitian. 6. Florum 3, 1. fin.

## C A P. XV.

Igitur Athenienses aucti, & præmiis belli, & gloria, urbem ex integro condere moluntur. Cum mœnia maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmonis cœpere, (a) recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita civitas. ] Mittant ergo legatos, qui monerent, (b) ne munimenta hostibus & receptacula futuri belli exstruant. ] Themistocles, ut vidit spei urbis invideri, non existimans abrupte agendum, respondit legatis, *ituros Lacedæmo-*

dæmonem, qui de ea re pariter cum illis consulerant. ] Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, *opus maturent*. ] Dein ipse interiecto tempore in legationem proficitur, & nunc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus (c) agi iure nihil possit, diem de die proferendo, spatium consummando operi quærebat: ] cum interim nunciatur Spartanis, opus Athenis maturari, propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. ] Tum Themistocles per servum magistratibus scribit Atheniensium *legatos vinciant, pignusque teneant, ne in se gravius consulatur*. ] Adiit deinde concionem Lacedæmoniorum; indicat permunitas Athenas esse, & posse iam illatum bellum non armis tantum; sed etiam muris sustinere: ] *Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos*. ] Graviter deinde castigat eos, *Quod non virtute sed imbecillitate sociorum, potentiam quærent*. ] Sic dimissus, veluti triumphatis Spartanis, a civibus excipitur. ] Post hæc Spartani, Ne vites otio corrumpent, & ut bis illatum à Persis Græciæ bellum ulciscerentur, ultro fines eorum depopulantur. ] Ducem suos, sociorumque exercitui deligunt (d) Paulaniam, qui pro ducatu, regnum Græciæ affectans, proditiionis præmium cum Xerxe, nuptias filiae eius pacificatur, redditus captivis, ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. ] Scribit præterea Xerxi, quoscumque ad se (e) nuntios misisset, interficeret; & ne res loquacitate hominum proderetur. ] Sed dux Atheniensium Aristides, belli socius, collegæ conatibus obviam eundo, simul & in rem sapienter con-

consulendo, prodicionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias, damnatur. ¶ Igi- 17  
tur Xerxes, cum prodicionis dolum publica-  
tum videret, ex integro bellum instituit. ¶ Græci 18  
quoq; ducem cōstituit (f) Cimonem Athenien-  
sem filium Miltiadiis, quo duce apud Marathonem  
pugnatum est, iuvenem, cuius magnitudinem  
futuram pietatis documenta prodiderūt. ¶ Quip- 19  
pe (g) patrē ob crimen peculatus in carcerem con-  
iectum, ibique defunctum, translatis in se vin-  
culis ad sepulturam redemit. ¶ Nec in bello iu- 20  
diciū diligentiam fecellit: siquidem non in-  
ferior virtutibus patris, Xerxem (h) terrestri nava-  
lique bello superatum, trepidum recipere se in  
regnum cōggit.

Num. 11. 2. & seqq. ] Præter Diodorum 11, 39. vide Thucydi-  
dem 1, 15. & Frontinum 1, 2, 10. Meminit & Pausanias initio li-  
bri 1. B.

2 (a) *Reste reputantibus* ] Manuscripti, *reste putantibus*: ex  
quo *Sebilius reputantibus* facit, omisso *reste*, quod nec abest in-  
commodè.

3 (b) *Munimenta hosti & receptacula* ] Idem mallet, *munim.*  
*hosti. in receptaculum*, vel *munimenta receptacula per Appostio-*  
*nem*.

6 (c) *Agit* ] Idem præfere *agere*, ut referatur ad Themisto-  
cleum.

14 (d) *Pausaniam* ] De quo factō & Thucydides 1, 22. Dio-  
dorus 11, 45. Plutarchus in Themistocle & parallelis. Æmilius  
Frobus Themistocle & Pausanis. Quod mox sequitur, *pro ductu*  
*regnum afflaxit Pausaniam*, est, honore ducis non contentum, re-  
gem Græciæ constituere se voluisse. Quid ideo monendum, ne  
quis cum Hispiano interprete sequatur hæc accipiat. Adde infra  
9, 4, 2.

15 (e) *Nautios* ] Libri veteres optimi alii *potios*, aut *potios*.  
Barbaram vocem, aut Iustini ætate usitatam, aut Persicam quis  
fortasse suspicetur. Nihil mutare ausus sum, quoniam vulgata lectio  
duobus Mss. confirmetur, non tamen antiquissimis. Hæc Bong.  
Freinshemius isthinc eruit, *conficio*, probabiliter, ut arbitror, imo  
probe. Sed absque magna causâ quicquam immutare religio est.

Cimo.

18 (f) *Cimonem* ] Cuius vitam vide apud Plutarchum & Pro-  
bum. De eo & Herodotus extremo libro 6. Valer. Max. 5, 3. B. Adde  
Aristidem oratione Platonica 2.

19 (g) *Patrem* ] Vir magnus in variis lectionibus, auctori con-  
trarium facit Demosthenem, qui non patris causa, sed *ob affecta-*  
*tam tyriannidem*, multatum Cimonem scribat in oratione contra  
Aristocratem. Vtrumque factum credo, sed diversis temporibus.

20 (h) *Xerxem* ] Ad Eurydemontem, ut *strenuus arbiter*, uno  
*die duplicem viciorum natum*. Plutarch. in Cimine. Vide & Thu-  
cydidem 1, 16, 14. & Diodorum 11, 61. B.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARUM.  
LIBER III.

## CAP. I.

- 1 Xerxes rex Persarum, terror antea gentium,  
bello (a) in Græciam infelicitè gesto, etiam  
2 suis contemptui esse cœpit. ¶ Quippe (b) Artaba-  
nus præfectus eius, deficiente quotidie regis ma-  
iestate, in spem regni adductus, cum septem ro-  
bustissimis filiis regiam vesperi ingreditur, (nam  
amicitiæ iure semper illi patebat) trucidatoque  
rege, voto suo obsistentes filios eius, dolo aggre-  
3 ditur. ¶ Securius (c) de Artaxerxe, puero admo-  
dum, fingit regem à Darii, qui erat adolescens,  
quo maturius regno potiretur, occisum; impellit  
Artaxerxem parricidium parricidio vindicare.  
4 ¶ Cum ventum ad domum Darii esset, dormiens  
inventus, quasi somnum filius sceleret, interficitur.  
5 ¶ Dein cum unum ex regis filijs scelerei suo super-  
esse Artabanus videret, metueretque de regno  
certamina principum; assumit in societatem con-  
sili

filii Bacabafum, || qui præfenti ftatu contentus, 6  
rem prodit Artaxerxi, ut pater eius occifus fit, ut fra-  
ter falſa parricidii ſuſpitione oppreſſus; ut denique ipſi  
pararentur infidie. || His cognitis Artaxerxes, ve- 7  
rens Artabani numerum filiorum, in poſterum  
diem paratum eſſe armatum exercitum iubet,  
recogniturus & numerum militum, & in ar-  
mis induſtriam ſingulorum. || Itaque cum inter  
cæteros & ipſe Artabanus armatus aſſiſteret, rex  
ſimulæ ſe breviorẽ loriam habere iubet Art-  
abanum ſecum commutare: exuentem ſe, ac nu-  
datum, gladio tranſcit: Tum & filios eius corripit  
iubet. || Atque ita egregius adoleſcens, & (d) 9  
cædem patris, & ſe ab infidiis Artabani vindica-  
vit.

## NOTÆ AD LIBRUM III.

Num. 1. (a) In Græciam ] Bong. & cæteræ editiones, in Græcia.  
Præſuli quod eſt in Mss. omnibus & Bongartii & Modii. Didum  
ita vel proptie, pro aduerſus Græciam: vel per Antiphoſin, qualis  
eſt apud Sueton. Aug. 13. 3. Sepulturam in volucrium fore poſtulatam.  
Curt. 3. 5. 13. Dædorus in Cilicium fore nunciatur. Ita ſæpe Cicero,  
Plautus, alii: quin autor ipſe ſupra, 2. 13. 6. Satum multos hoſtes in  
Græciam manere diſtitanæ, ut volunt Mss.

2 (b) Quippe Artabanus &c.] Legendus Diodorus Siculus 11.  
69. & Cæſar in Perſicis excerpt. c. 29. & ſeq. & Probus in fine vita-  
rum. Qui hic Bacabafum, illis Megabyzus dicitur. Artabanus autem  
Artitelæi Polit. 3. 10. Artapanes eſt. Cæſar Artapanus. B.

3 (c) De Artaxerxe ] Cui cognomen Longimans. Alius eſt in-  
fra 5. 11. 1. &c.

9 (d) Et eadem patrii ] Τὸν πατέρα αὐτοῦ κτελέσας. Diodor. Nam  
illa & necem fratris, abſunt à vet. B.

## CAP. II.

**D**um hæc in Perſis geruntur, interea Græcia 1  
omnis, ducibus Lacedæmoniis & Athenien-  
ſibus,

fibus, in duas diuiſa partes, ab externis bellis, velut  
2 in viſcera ſua, arma conuertit. || Fiunt igitur de  
vno populo duo corpora; & eorundem caſtro-  
rum homines, in duos hoſtiles exercitus diuidun-  
3 tur. || Hinc Lacedæmonii communia quondam  
ciuitatum auxilia, ad vires ſuas trahebant: inde  
Athenienſes, & vetuſtate gentis, & geſtis rebus  
4 illuſtres, propriis viribus confidebant. || Atque  
ita duo potentiſſimi Græciæ populi, inſtitutis  
Solonis, & Lycurgi legibus pares, ex æmulatione  
5 virium in bellum ruebant. || Namque (a) Lycur-  
gus cum fratri ſuo (b) Polybitæ Spartanorum regi  
ſucceſſiſſet, (c) regnumque ſibi vindicare potuiſ-  
ſet, Charillo, filio eius, qui natus poſtumus fue-  
rat, cum ad ætatem adultam perueniſſet, regnum  
6 ſumma fide reſtituit: || ut intelligerent omnes,  
QUANTO plus apud bonos pietatis iura, quam  
7 omnes opes valerent. || Medio igitur tempore  
dum infans (d) conualeſcit, tutelamque eius ad-  
miniſtrat, non habentibus (e) Spartanis leges in-  
ſtituit, non inuentione earum (f) magis, quam  
8 exemplo clarior: || Siquidem (g) Nihil lege vl-  
la in alios ſanxit, cuius non ipſe primus in ſe do-  
9 cumenta daret. || Populum in obſequia princi-  
pum, principes ad iuſtitiam imperiorum forma-  
10 uit. || Parcimoniam (h) omnibus ſuaſit, exiſti-  
mans LABOREM militiae, aſſidua frugalitatis  
11 conſuetudine faciliorem fore. || Emi ſingula non  
12 pecunia, ſed compenſatione mercium juſſit. || Au-  
rum argenteque uſum, velut omnium ſclerum  
materiam, ſuſtulit.

Num. 5. (a) *Namque Lycurgus* ] De quo in eius vita Plutarchus, & Herodotus 1. 65. & Strabo lib. 10. & Pausanias Laconicis. B.

Ibid. (b) *Polybita* ] Ita veteres. Græci *Polydeites*. At *Charillus*, quomodo & Heraclides, illis est *Charilans*: Herodoto 1. 65. *Leobotes*. B.

Ibid. (c) *Regnumque sibi vindicare pot.* ] An in successione regnicipos ex filio prioris, filio posteriori sit præferendus, breuiter, at neuose solideque vt omnia, decidit vir magnus etsi cum maximis comparetur, iugo Grocius, de iure belli & pacis, 2. 7. 30. Adde Lipsii *Monit.* & *Exemp.* 2. 4. 3.

7 (d) *Consulescit* ] hoc est, crevit, robur acquirit. Sic infra 3. 4. 1. & 18. 4. 1.

Ibid. (e) *Spartani leges infir.* ] De quibus II. præter citatos vide Xenophontem in de *Repub.* Lacedæmoniorum: Strabonem lib. 8. & 10. B. At Herodotus 1. 65. Spartanos ante Lycurgum fuisse *κακομεταστάτους ἄρδων πάλιν ἀλλήνων*, ex omnibus Græcis *pejissime moratos*, vt Valla vult: rectius, *pejissimè legibus usos*.

Ibid. (f) *Magi clarior* ] Contra Grammaticos canones. Hæc præter, alias de causa, iuxta Latinitatis auctori dicam scribunt. Scribunt igitur & alibi: vt Floro, 4. 2. 72. *Minus admirabilior*. Plant. *Stion*, 4. 3. *Magi dulcius*. Virgil. in *Culice* v. 78. *Quum magis optate queat esse bea*. *der eius* Quem ad locum Fr. Taubmanus V. C. plura id genus exempla Pleonasmii Græciffantis amotauit.

8 (g) *Nihil lege vlla &c.* ] Lælius apud Liu. 26. 36. 2. *Si quid inuulgere inferiori velis, id prius in te acturos si ipse iuris statueris, scilicet omnes obedientes habere*. Tacit. *annal.* 3. 28. *Qu. Pompeius iudicium legum auctoritatem ac subactos*.

10 (h) *Parcimoniam omnibus suavit, existimans* ] Veteres omnes, *Parcimoniam omnibus*. Itom *existimans*, &c. quæ lectio quid velle non video: Bong.

## CAP. III.

Administrationm reipublicæ per ordines di-  
uisit: || Regibus potestatem bellorum, (a) 1  
magistratibus iudicia (b) per annuas successio-  
nes; Senatui custodiam legum; populo sublegen-  
di Senatam, vel creandi quos vellet magistratus,  
potestatem permisit. || Fundos omnium aqua-  
lites

liter inter omnes diuisit, vt æquata patrimoniam  
4 neminem potentiore altero redderet. || Con-  
uiuari (c) omnes publice iussit, (d) ne cuius di-  
5 uitia, vel luxuria in occulto essent. || Iuuenibus  
non amplius vna veste vti toto anno permisit, nec  
quemquam cultius quam alterum progredi, nec  
epulari opulentiùs, ne imitatio in luxuriam (e)  
6 verteretur. || Pueros puberes non in forum, sed  
7 in luxuriam, sed in opere, & laboribus agerent. || Ni-  
hil eos somni causa subternere, & vitam sine  
pulmento degere, neque prius in urbem redire,  
8 quam viri facti essent, statuit. || Virgines (f) sine  
dote nubere iussit, vt vxores eligerentur, non pec-  
cunia; seueriusque (g) matrimonia sua viri coer-  
cerent, cum nullis (h) dotis frans tenerentur.  
9 || Maximum honorem non diuitum & poten-  
tium, sed pro gradu ætatis se non esse voluit: (i)  
Nec sane vsquam terrarum locum honoratio-  
10 rem senectus habet. || Hæc quoniam primo, so-  
litis antea moribus, dura videbat esse, (k) aucto-  
rem eorum Apollinem Delphicum fingit, & in-  
de se ea ex præcepto numinis detulisse, vt consue-  
11 scendi tedium metus religionis vincat. || Dein (l)  
vt æternitatem legibus suis daret, iureiurando  
obligat ciuitatem, nihil eos de eius legibus muta-  
turos, priusquam reuerteretur: & simulat se ad  
oraculum Delphicum proficisci, consulturum,  
quid addendum mutandumque legibus videre-  
12 tur. || Proficiscatur autem Cretam, (m) ibique  
perpetuum exilium egit, abicique in mare ossa  
sua moriens iussit, ne relatis Lacedæmonem, so-  
E 3 lutos



lutos se Spartani religione iurisiurandi in dissol-  
uendis legibus arbitrentur.

2 (a) *Magistratus*] *Magistratus* legit & Fuldenſi Ms. Mo-  
dius. Vtrum vtri præferas, manum non verterim.

Ibid. (b) *Per annuos successiones*] Hanc lectionem & vestigiis  
vetustiorum codicum eruisse fe dicit Acidalius ad Vell. 2, 130, 2.  
Bong. edidit, & *annuos successores*, quod non conuenit sequenti  
verbo *permisſo*: cum successores, vt frænum immmodica potentia,  
soleant imponi. Vide Sallust. Catil. 6, 10. Liu. 2, 39, 9. & 4, 5, 2.  
& 33, 32, 6.

4 (c) *Coniunari omnes publice iussis*] Fr. Modius in vno Mss.  
suorum ait esse, *coniunarent omnes publice iussis*: ex quo facit, *con-  
iunierent om. pub. iuss.* vt dixit Plautus Amphitr.

*Misisti ad nauem Sofiam, vt hodie itæcum coniuineret.*

Ibid. (d) *Ne cuius diuitia vel luxur.*] Idem spectantes Romanos  
veteres imperauerunt, vt patentibus iniuri præſtaretur & canitaretur:  
vt sic, oculis ciuium testibus saluæ, luxuria modus fieret. Macrob.  
Saturnal. 2, 13. princ.

5 (e) *Verteretur*] Nobilitas. Sebifio subscribit rescribenti *ver-  
teret*, absolute, vt Tacitus & optimi quique sæpe. Sic infra  
36, 2, 16.

8 (f) *Sine dote*] Refert etiam Ælianus Hist. var. 6, 6. At Ari-  
stoteles polit. 2, 9. Spartanos repræhendit, quod magnas dotes  
dent. Nimirum quia iam tum à legibus inſtitutiſque Lycurgi sui  
deficiuerant, vt his exprobat Plutarchus in Lyſandro, Cleomene  
& Agide.

Ibid. (g) *Matrimonia sua*] hoc est, vxores suas. Sic infra  
3, 5, 6. & 14, 3, 7. & 18, 5, 5. Imp. in Codice sapius. Ita *clientela*  
pro clientibus: *seruitus* pro seruis, & id genus infinita.

Ibid. (h) *Dati fræni*] Titinnius: *Viri enim* (ita legendum  
arbitror) *dotibus delinunt, vtro etiam vxoribus ancillantur.* Plautus  
passim. Bong.

9 (i) *Nec sane vsquam terras, &c.*] Romanis tamen miræ ha-  
bitam in honore etatem seram, discimus vel ex Ouidii lib. 5. Fa-  
stor. v. 58. Magna fuit quondam capiti reuerentia canis: Inque suo  
pretio &c. Et Iuuenal. satyr. 13, 53. *Credabant hoc grande nefas &  
morte piandum, si iuueni vetulo non affurxerat &c.* Et plura his-  
dem tribuit Agellius 2, 15. Verum illis de aureo sæculo fermo, &  
inauunt. xuo suo virtutem eam minus cultam; sicut & isto no-  
stro, contra præceptum diuinum Leuit. 19, 32.

Aulu-

10 (k) *Auſtorem eorum Apoll. Delphi, fingit*] Val Max. 1, 2. Sed  
Plutarchus in Lycurgo, & Strabo lib. 10. hæc non ficta, sed acta re-  
ferunt: & Herodorus 1, 65. recitat versus Pythia ad Lycurgum sei-  
ſcendanti oraculi ergo aduentantem. Etſi enim adierat cum Fau-  
ſania in Laconicis, quod nonnulli harum legum non Lycurgum,  
sed Minoem auctorem, atque a Cretensibus eas ad Spartanos per  
Lycurgum translatas existiment. C.

11 (l) *Vt æternitas em legibus suis daret*] Si etiam autem illæ  
per annos septingentes, vt est in Lilio 38, 24, 9. Quingentos tan-  
tum refert Plutarchus in Lycurgo cap. 56. p.

12 (m) *Ibique perper. &c.*] De loco mortis ac sepultura dissen-  
ſum autorum offendit Plutarchus Lycurgo extremo.

### CAP. IV.

- 1 **H**is igitur motibus ita breui ciuitas conualuit,  
2 vt (a) cum Messeniis propter stupratas virgi-  
nes suas, in ſolemni Messeniorum sacrificio, bel-  
lum intulissent, grauissima se exſecratione ob-  
ſtrinxerint, non prius quam Messeniam expu-  
gnassent; reuersuros; tantum sibi vel de viribus  
3 suis, vel de fortuna spondentes. ¶ Quæ res ini-  
tium diſſenſionis Græciæ, & intestini belli causa  
4 & origo fuit. ¶ Itaque cum contra præſumptio-  
nem suam annis decem in obſidione vrbis tene-  
rentur, & querelis vxorum post tam longam vi-  
5 duitatem reuocarentur: ¶ veriti, ne hac perse-  
uerantia belli, grauius sibi quam Messeniis nocer-  
ent: quippe illis quantum iuuentutis bello in-  
tercidat, mulierum fecunditate suppleri; sibi &  
6 belli damna assidua, & fecunditatem vxorum,  
7 absentibus viris, nullam esse: ¶ itaque legunt  
iuuenes ex eo genere militum, qui post iurisiuran-  
dum in supplementum venerant, ¶ quibus Spar-  
tam remissis promiscuo omnium fecunditatem  
conubitus permiserunt: maturiorem futuram con-

ceptionem rati, si eam singula per plures viros  
 experirentur. || Ex his nati, ob notam materni  
 pudoris, (b) Parthenia vocati. || qui cum ad an-  
 nos xxx. pervenissent, metu inopia, (nulli enim  
 pater existerat, cuius in patrimonium successio  
 speraretur) ducem (c) Palantum assument, filium  
 Araci, qui auctor Spartanus fuerat, iuventutis ad  
 generandam subolem domum remittenda: || vt 9  
 sicuti dudum patrem eius nascendi auctorem ha-  
 buissent, sic ipsum spei ac dignitatis sua habe-  
 rent. || Itaque nec salutatis matribus, e quarum  
 adulterio infamiam collegisse videbantur, ad se-  
 des inquirendas proficiscuntur; || diuque & per  
 varios casus iactati, tandem in Italiam deferun-  
 tur, & occupata arce Tarentinorum, expugnatis  
 veteribus incolis, sedes ibi constituunt. || Sed  
 post annos plurimos dux eorum Palantus, per se-  
 ditionem in exilium proturbatus, Brundisium se-  
 contulit, quo expulsi sedibus suis veteres Taren-  
 tini concesserant. || His moriens persuadet, vt of-  
 sa sua, postremasque reliquias conerant, & tacite spar-  
 gi in foro Tarentinorum curent. || Hoc enim modo recu-  
 perare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis ceci-  
 nisse. || Illi arbitantes eum in ultionem sui, ci-  
 uium fata prodidisse, preceptis paruere: || sed  
 oraculi diuersa sententia fuerat. Perpetuitatem  
 enim vrbs, non amissionem hoc facto promise-  
 rat. || Ita ducis exulis consilio, & hostium mini-  
 sterio, possessio Tarentina Partheniis in aeternum  
 fundata. || ob cuius beneficii memoriam Palan-  
 to diuinos honores decreuere.

Num. 1. (a) Cum Messenii propter stupratas || Strabo lib. 6. & 8.  
 Pausanias in Messeniis, Orofius 1. 21. habet. propter stupras  
 virgi-

virgines, vitiose. Strabo enim, *ὄντι Φθορῆς τῶν παρθένων*. De  
 hoc bello varie Seruius P. Daniclis in 3. *Æn.* B. Adde Lactantium  
 1. 20. qui nonnihil variat.

7 (b) Parthenia] Ita Veteres, & Græci, non Parthenii, vt vul-  
 go. Vide præter ceteros Eustathium in Dionys. B. Adde Seruium  
 in Virgil. 3. *Æn.* vbi tamē inepte, Partheniaras hos dictos ait.  
 O parthenias plane respondet nostrati *Ein Jungfrawliud.*  
 ἡ παρθένος. v. iug. Sparus hos appellat autor infra 20. 1. 15.

2 (c) Palantus] Græci Φάλαγος, & Horat. 1. od. 6. Eustathio  
 Φίλας. De Tarentinorum origine vide etiam Pausaniam in  
 Phocicis. B.

## CAP. V.

1 Interea Messenii, cum virtute non possent, per  
 2 invidias expugnantur. || Dein cum per annos  
 Lxx. graui seruitutis verbera, (a) plerunque  
 & vincula, cæteraque (b) captiuitatis mala per-  
 3 pelli essent, post longam pænarum patientiam,  
 4 bellum restaurant. || Lacedæmonii quoque eo  
 conspirati ad arma concurrunt, (c) quo adver-  
 sus seruos dimicaturi videbantur. || Itaque cum  
 hinc iniuria, inde indignitas animos acueret; Lacedæmonii  
 5 belli euentu (d) oraculo Delphis  
 consulto, iubentur ducem belli ab Atheniensibus  
 6 petere. || Porro Athenienses, cum responsum  
 cognouissent, in contemptum Spartanorum Tyr-  
 7 taum poetam claudum pede misere: || qui tri-  
 bus præliis fufus, eos vique desperationis Sparta-  
 8 nos adduxit, vt ad supplementum exercitus, (e)  
 seruos suos manumitterent, hisque interfecto-  
 rum matrimonia pollicerentur; || vt non nume-  
 9 rorum tantum amissionum ciuium, sed & dignitati  
 contra fortunam pugnando, maiora detrimenta

ciuitati infligerent, reducere exercitum voluerunt; ni interuenisset (*f*) Tyrtæus, || qui composita carmina exercitui pro concione recitauit; in quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripserat. || Itaque tantum ardorem militibus iniecit, vt non de salute, sed de sepultura solliciti, teferas, inculptis suis & patrum nominibus, dextro brachio deligarent: || vt, si omnes aduersum prælium consumpsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent. || Cum sic animatum reges exercitum viderent, curant rem hostibus nunciari. || Messeniis autem non timorem res, sed æmulationem mutuatam dedit. || Itaque tantis animis concursum est, vt raro vnquam cruentius prælium fuerit. || Ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit.

Num. 2. (*a*) *Plerumque* ] Sebif. nec male, *plerique*.

Ibid. (*b*) *Cappisuratu* ] Ita Ms. & quædam editiones, & ipse rursus antor infra 11, 3, 7. Bong. edidit *capta a ciuitate*.

3 (*c*) *Quo aduersus* ] Val. Acidalius ad Vell. 2, 130, 8. emendat, quod *aduer*. nisi forsitan hic altera vox deest, quæ ex opposito respondeat *7<sup>o</sup> conspiratus*, pro quo Sebif. mallet *confirmatus*.

4 (*d*) *Oraculo Delphi* ] Præter Strabonem lib 2. lege Pausaniam lib. 4. B.

6 (*e*) *Seruis suis manumittit.* ] Apud Thucydidem tamen 5, 7, 12. Spartani seruis demum è bello reuertis libertatem donarunt. Quod & Romani fecere. Liu. 24, 16, 8.

8 (*f*) *Tyrtæus, qui comp. carm. &c.* ] Horatius in Arte: *Tyrtæusque marec animos in Maris bella Versibus exauit*. Huius partim meminere, partim versuum fragmenta proferunt, Plato non semel libris de legibus; Pausanias Messenicis: Strabo lib. 6. Plutarchus in Lycurgo: Quintilianus 10, 1. Polyænus strateg. lib 1. Stobæus in Eclogis: Lycurgus rhetor orat. contra Leocratem: Max. Tyrius dissert. 21. Suidas Laconem cum aut Milesium fuisse

scribit:

scribit: Nosfer Atheniensem, beneficio forte, non origine. Nam & postea Lacedæmone quoque factum cinem Plato tradit.

## CAP. VI.

1 Interiecto tempore (*a*) tertium quoque bellum  
 2 Messeniæ reparauere: || in cuius auxilium Lacedæmonii, inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere: || quorum fidem cum suspectam habent, supervacaneos simulantes, à bello  
 3 eosdem dimiserunt. || Hanc rem (*b*) Athenienses grauius ferentes, pecuniam quæ erat in stipendium Perfici belli ab vniuersa Græcia collata, (*c*) à Delo Athenas transferunt, ne deficientibus à fide societatis Lacedæmoniis, prædæ ac rapinæ esset. || Sed nec Lacedæmonii quieuerunt: qui cum Messeniorum bello occupati essent, (*d*) Peloponnesenses immiserunt, qui bellum Atheniensibus facerent. || Paruæ (*e*) tunc temporis, classe in Ægyptum missa, vires Atheniensibus erant: Itaque nauali prælio dimicantes, facile superantur. || Interiecto deinde tempore, post reditum suorum aucti & (*f*) classis, & militum robore,  
 8 prælium reparauere. || Tam & Lacedæmonii, omissis Messeniis, aduersus Athenienses arma verterant. || Diu varia victoria fuit: ad postremum  
 9 æquo Marte vtrinque discessum. || Inde reuocati Lacedæmonii ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, (*g*) vt Bæotiorum imperium his restituerent, quod temporibus Perfici belli amiserant, vt illi Atheniensium  
 11 bella susciperent. || TANTVS furor Spartano- rum erat, vt duobus bellis impliciti, suscipere tertium

ium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent. || Igitur Athenienses, aduersantantam tempestatem belli, duos duces deligunt, (b) Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum: || qui diuiso exercitu, & Spartanorum agros vastauerunt, & multas Achaïæ ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt.

Num. 1. (a) *Tertium quoque bellum* ] De quo, præter ceteros ad 3, 4, 1. iam citatos, Diodorus lib. 11. 64. & 15. 66. B.

4 (b) *Athenienses* ] Inter quos erat Cimon Miltiadi filius, Pausanias in Messeniis, & Thucyd. lib. 1. B.

Ibid. (c) *A Delo* ] Delum enim commune Græciæ ætatum esse voluerunt. Probus in Aristide: Thucydides 1. 16. 3. B. Solitos autem veteres in fanis publicas priuatasque pecunias suas deponere, patet etiam ex Cicero de legib. lib. 2, 16. & Plauto Bacchidib. 2. 3. 72. & 78. Vide Brodri miscell. 4. 17.

5 (d) *Peloponnesus* ] Bellum Peloponnesiacum octo libris à Thucyde comprehensum: de quo & Plutarchus in Pericle, & Diodorus lib. 12. B.

6 (e) *Parua raris* ] Hunc locum male accepit Orofius lib. 1. cap. vlt. *Athenienses autem*, inquit, *missa in Ægyptum parua classe*. Auctor noster non paruum classem, sed *paruas vires* dicit Atheniensibus fuisse. *missa classe ducentarum nauium in Ægyptum*. Thucyd. 1. 18. 16. B.

7 (f) *Classi* ] Sebif. *classe*.

10 (g) *V. Bastior. &c.* ] Idem hunc locum ita censet restituendum: *ut Bastior, imper. hi vestit uerent, quod temp. Pers. belli amiserant: illi Ath.*

12 (h) *Periclem &c. & Sophoclem* ] Meminit M. Cicero Officior. 1, 40. qui *Prætores* vocat, *εγγαυτας*. B.

### C A P. VII.

**H**is malis fracti Lacedæmonii, (a) in annos xxx. 1  
pepigerunt pacem: sed tam longum otium  
inimicitia non tulerunt. || Itaque quintodecimo 2  
anno,

anno, rupto fœdere, cum contemptu deorum ho-  
3 minumque, fines Atticos populatur: || Et ne  
prædam potius, quam pugnam expetire videren-  
4 tur, hostes ad prælium prouocant. || Sed Athe-  
nenses, consilio Periclis (b) ducis, populationis  
iniuriam differunt in tempus vltionis; S V P E R-  
V A C V A M pugnam existimantes, cum vltisci  
5 hostem sine periculo possent. || Deinde interie-  
ctis diebus, naues concendunt, & nihil sentien-  
tibus Lacedæmoniis, (c) totam Spartam depræ-  
dantur, multoque plura auferunt, quam amife-  
6 rant. || Prorsus vt in comparatione damnorum,  
7 longe pluri fuerit vltio, quam iniuria. || Clara  
quidem hæc Periclis expeditio habita: sed multo  
8 clarior priuati patrimonii contemptus fuit. || Hu-  
ius (d) agros, in populatione cæterorum, intactos,  
hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse,  
9 aut periculum ex inuidia, aut ex suspitione  
proditionis infamiam. || Quod ante prospiciens  
Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad in-  
uidia impetum declinandum, agros ipsos dono  
10 reipublicæ dederat: || Atque ita, vnde periculum  
quaesitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit.  
11 || Post hæc interiectis diebus, (e) nauali prælio  
dimicatum est: victi Lacedæmonii fugerunt.  
12 || Nec cessatum deinceps est, quin aut terra, aut  
mari, varia præliorum fortuna inuicem se truci-  
13 darent. || Denique fessis tot malis, pacem (f) in  
annos quinquaginta fecere, quam non nisi (g) sex  
14 annis seruauerunt. || Nam (h) inducias quas pro-  
prio nomine condixerant, ex fociorum persona  
15 rumpebant: || quippe quasi minus periurii contra-  
herent, si ferentes locis auxilia, potius quam si  
aperto



aperto prælio dimicassent. ¶ Hinc bellum in Sicilia translatum: quod priusquam expono, de Sicilia situ pauca dicenda sunt.

Num. 1. (a) *In annos XXX.* ] Pausanias Eliacis priorib. Thucyd. 1. 19. 5. & 2. 1. 2. Vide & supra notatos. B.

4 (b) *Ducis* ] *gebif. duffi.* Ego profusus expungerem ut irreptitiam gloffam.

5 (c) *Totam Spartam* ] *Vrbem ipsam?* Vix credi queat. Optime, si quid video, Sebif. emendat, *oram Spartianam*: nec aliud habet Thucydides 2. 71. 1. Simili fratergemate Nero Cos. Annibalem, & Agathocles Pœnos Syracusab. obſidentes elulit. Liu. 27. 45. &c. 28. 43. 16. Noster 22. 4. &c.

8 (d) *Agori in populat.* ] Idem Fabio Maximo, cum Annibal ad Vrbem eſſet, accidit Liu. 22. 23. Plutarch. in Fabio & Val. Max. 7. 3. Item Ciuili apud Tacitum hifto. 5. 23. qui *notam artem duorum* vocat. B. Adde Liu. 2. 39. & Polyænum lib. 2. & 4.

11 (e) *Nauali prælio* ] Ad Naupactum, duce Phormione. Thucydides 2. 16. 1. B.

13 (f) *In annos quinquaginta* ] Thucyd. lib. 5. 4. 4.

Ibid. (g) *Sex annis* ] & præterea decem menſibus, teſte Thucydide 5. 5. 13.

14 (h) *Inducias &c.* ] An iure hoc, vide Alb. Gentilem de iure belli. lib. 3. ſine captiuis 18.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARVM.  
LIBER IV.  
CAP. I.

Siciliam (a) ferunt anguſtis quondam fauibus Italia adhaſiſſe; (b) direptamque velut à corpore, maiore impetu ſuperi maris, quod toto vndarum onere illuc vehitur. ¶ Eſt autem ipſa 2 terra tenuis ac fragilis; & cavernis quibusdam fiſtulisque ita penetrabilis, vt ventorum tota ferme flati-

3 flatibus pateat; ¶ nec non & ignibus generandis nutriendisque ſoli ipſius naturalis materia: quippe intrinſecus ſtratum ſulphure & bitumine traditur: ¶ quæ res facit, vt ſpiritu cum igne inter interiora luſtante, frequenter & compluribus locis nunc flammæ, nunc vaporem, nunc fumum (c) eructet. ¶ Inde denique Ætnæ montis per tot ſecula durat incendium. ¶ Et ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incurrit, harenarum moles egerunt. ¶ Proximum Italiae promontorium, (d) Rhegium dicitur, ideo quia Græce abrupta hoc nomine pronuntiantur. 8 ¶ Nec mirum ſi fabuloſa eſt loci huius antiquitas, in quem res tot coiere mira. ¶ Primum quod nusquam aliàs tam torrens fretum, nec ſolum citato impetu, verum etiam ſæuo; neque experientibus modo terribile, verum etiam procul videntibus. ¶ Vndarum porro in ſe concurrentium tanta pugna eſt, vt alias veluti (e) terga dantes in imum deſidere, alias quaſi victrices in ſublime ferri videas: nunc hic fremitum feruentis æſtus, nunc illic gemitum in voraginem deſidentis ex- 11 audias. ¶ Accedit vicini, & perpetui Ætnæ montis ignes, & inſularum Æolidum, veluti ipſis 12 vndis alatur incendium. ¶ Neque enim in tam anguſtis terminis aliter durare tot ſeculis tantus ignis potuiſſet, niſi humoris nutrimentis alere- 13 tur. ¶ Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdin peperere; hinc latratus auditus; hinc monſtri credita ſimulacra, dum nauigantes magnis vorticibus pelagi deſidentis exterriti, latrare putant 14 vndas, quas ſorbentis æſtus vorago conſidit. ¶ Eadem cauſa etiam (f) Ætnæ montis perpetuos ignes

ignes facit. || Nam aquarum ille concursus, raris-  
 ptum secum spiritum in imum fundum trahit,  
 atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spi-  
 ramenta [ terræ diffusus, nutrimenta ] ignis in-  
 cendat. || Iam ipsa Italiæ Siciliæque vicinitas, 16  
 [ iam ] promontiorum altitudo ipsa ita similis  
 est, ut quantum nunc admirationis, tantum anti-  
 quis terroris dederit; credentibus, coeuntibus in  
 se promontoriis, ac rursus discedentibus; solida  
 intercipi absumique nauigia. || Neque hoc ab an- 17  
 tiquis in dulcedinem fabulæ compositum, sed (g)  
 metui & admiratione transeuntium. || Ea est 18  
 enim procul insipientibus natura loci, ut sinum  
 maris, non transitum putes; quò cum accesseris,  
 discedere ac seungi promontoria, quæ antea  
 iuncta fuerant, arbitere.]

## NOTÆ AD LIBRUM IV.

Num. 1. (a) *Siciliam*] Vide Thucydidem 6, 1. Melam 2, 7. Plin-  
 nium 3, 8. Diodorum in initio libri 3. quem *Ἰστορίων Βιβλίου Ἰσσί-  
 λων* librum vocat: Strabonem lib. 6. Solin. cap. 11. Virgilium  
 3. Æn. Eustathium in Diony. Lucretium lib. 1. Claudian. lib. 1. de  
 rapto. De incolis Siciliæ vide etiam Pausaniam Eliacis. B.

Ibid. (b) *Direptamque*] Seu manis *dirēptamque*. Virgil.  
 Æn. 3. 414.

*Hæc loca vi quondam & vestæ conuulsæ raina  
 Dissiulisse serunt, &c.* Vide Plin. 2, 89. Diod. 4, 87.

4 (c) *Eructet*] Mss. *eructet*. Seruius ad illud Virg. Æn. 3, 575.  
*In erudum scopulorū, anulsæque viscera monti  
 Erigit eructans,*

Notat, *eructas* tantum dici. B.

7 (d) *Rhegium* &c.] Strabo lib. 6. pag. 178. 19. ex Æschylo con-  
 firmat hoc ezymon, dictum scilicet *Rhegium à ῥήγνυσθαι*, *rumpi*,  
 quod hic violentia terræ motum Siciliam ab Italia diuiserit.  
 Subiicit autem, aliis videri *Rhegium* dictum ab splendorem, quali  
*Regium*. Sed ipsi Romani aliter iudicauerunt, & Græcam esse vocem  
 eo ipso

eo ipso facti sunt, quod perpetuo cum aspiratione scripserunt, vt  
 docer in Orthographia sua Manutius. Describit Vrben Cassiodo-  
 rus variat. 12. 14.

10 (e) *Terga dantes in innum*] Ita boni libri: alii, *Virgilium in  
 innum desiderare*: alii, *verticibus*. Error inde manuit, quod quis forte  
 ad dram libri, Virgilii nomen notauerat, quod in contextum  
 assumptum, transit in *verticibus*: alii, vt sententia constaret, ad  
 70 *Virgilium*, addiderunt, *scribat*. Certe videtur in hac Siciliæ de-  
 scriptione auctor nosse, ex 3. Ænide. imitatus pleraque, obserua-  
 tu facillima. B.

10. 11. 12. 13. 14.] Hæc aut ab autore male digesta sunt: aut ab  
 aliis transponita. Nam verus ordo sic legi postulat: 10. 13. 11. 12. 14.  
 Freinshem.

14 (f) *Ætnæ*] Vide præter locos initio notatos, Plinium 2,  
 106. Lucretium lib. 3. De Scylla & Charybdi. Vide præterea Sallu-  
 stii fragmenta apud Seruium 3. Ænide. B.

17 (g) *Metu* &c.] Tacit. annal. 2, 24. *Visa, sive ex metu cre-  
 dita.*

## CAP. II.

1 Sicilia primo Trinacria nomen fuit; postea  
 2 (a) Sicania cognominata est. || Hæc à principio  
 patria (b) Cyclopum fuit: quibus extinctis,  
 3 (c) Cocalus regnum insulæ occupauit: || post  
 quem singulæ ciuitates in tyrannorum imper-  
 4 rium concesserunt, quorum nulla terra feracior  
 fuit. || Horum ex numero (d) Anaxilau iustitia  
 cum ceterorum crudelitate certabat; cuius mo-  
 5 derationis haud mediocrem fructū tulit: || Quip-  
 pe decedens cum filios paruulos reliquisset; tute-  
 lamque eorum (e) Micalo, spectatæ fidei seruo,  
 commisisset; tantus amor memoria eius apud  
 omnes fuit, vt parère seruo, quam deserere regis  
 filios mallent; principesque ciuitatis obliu digni-  
 6 tum paterentur. || Imperium Siciliæ etiam (f)



magis respondeat, ut utrobique causa finalis exprimat. Hædenuc editi: quod *Asiam Græciamque pen. occupauerant*. Acidalius ad Vell. 2, 130, 8. Forte, inquit, legendum, *occupatum irent*. Sic namque scribebant, pro *occupatum irent*: quod erroris potuit origo fuisse.

Ibid. (e) *Sub specie ferendi auxilii*] Alcibiades apud Thucydidem 6, 3, 26. de Athenicis: *Auxilium impigre iam barbaris quanto Græci implerantibus ferendo, imperium nos nostrum, & si qui alii haberunt, comparatiuus*. De Romanis Cicero lib. 3. de Repub. *Nostræ populæ socii defendendū, terrarum iam omnium potius est*. Exempla alia sunt infra 18, 1, 1. 27, 3, 4. 38, 1, 3. & 8, 3, 2.

Ibid. (f) *Tentarent*] Melius forte, *tentaret*.

6 (g) *Cariade*] Ita veteres. Thucydides 3, 14, 1. *Charaaden* vocat, & hōs non Catinienfibus, sed Leōtinis in auxilium missos scribit. B.

7 (h) *Pacem enim Syracensem, Ath. &c.*] Hoc est deludere eorum hiantem. Exemplum hæc abhñmile Lilius 45, 11. habet.

### C A P. I V.

I nteriecto deinde tempore, cum fides pacis à Syracusanis non seruarietur, denuo legatos Athenas mittunt, qui fordidæ vestis, capillo barbaque promissis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commouendam acquisito, concionem deformes adeunt: || adduntur precibus lærymæ; & ita misericordem populum supplices mouent, ut dannaerent duces, qui ab his auxilia deduxerant. || Igitur classis ingens decernitur: creantur 3 duces (a) Nicias, & Alcibiades, & Lamachus; tantisque viribus Sicilia reperitur, (b) ut ipsi terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. || Breui 4 post tempore, reuocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Nicias & Lamachus faciunt: || munitionibus deinde circumdati, hostes etiam marinis comæatibus (c) in vrbe clausos intercludunt. || Quibus rebus fracti Syracu-

racufani, auxilium à Lacedæmoniis petiuerunt. 7 || Ab his mittitur Gylippus, solus, sed (d) in quo 8 instar omnium auxiliorum erat. || Is audito genere belli, iam inclinato statu, auxiliis partim in Græcia, partim in Sicilia contractis, opportuna 9 bello loca occupat. || Duobus deinde præliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho, & hostes in fugam compulit, & socios obsidione liberauit. 10 || Sed cum Athenienses à bello terrestri in nauale se transtulissent, Gylippus classem Lacedæmone 11 cum auxiliis accessit: || quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amilii ducis (e) Demosthenem & Eurymedonta, cum supplemento copiarum mittunt: || Peloponnesii quoque communi ciuitatum decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere; & quasi Græcia bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte fummis viribus dimicabatur.

Num. 5. (a) *Nicias*] Thucydides libro 6. Diodorus extremo libro 12. & in initio libri 13. Plutarchus & Probus Alcibiade, ille etiam in Nicia. B.

Ibid. (b) *Vi ipsi terrori &c.*] Id cadendum semper ducebus, ne ita externi credant auxilium, ut non plus sui roboris suarumque præcipue verum in casibus habeant. Lilius 25, 3, 5. Idem 42, 31, 9. & 44, 24, 13. Videatur omnino Vegetius 3, 1, fin. Imper. Leonis Tactica cap. 20. tmemate 61.

(c) *In vrbe clausos*] Hæc Sebifio glossam sapiunt: necessaria quidem certe non sunt. Locum totum ita restituendum puto: *munitionibus deinde circumdati hostes etiam marinis comæatibus*.

7 (d) *Sed in qua*] Ita & Orofius 2, 14. Veteres nostri. sed quo, forte, qui. B.

11 (e) *Demosthenem &c.*] Thucyd. lib. 7, c. 7. & seqq. B.



## CAP. V.

**P**rima igitur congressione navalis certaminis, 1  
 Athenienses vincuntur. Castra quoque cum  
 omni publica ac priuata pecunia amittunt. || Su- 2  
 per hæc mala, cum etiam terrestri prælio victi es-  
 sent, tunc Demosthenes censere cœpit, **VT AB I-**  
**RENT Sicilia, dum res, quamvis afflictæ, nondum ta-**  
**men perditæ (a) forent:** || **NEQVE in bello malè au-** 3  
**spicato amplius perseverandum esse; domi graviora, &**  
**forfitan infelicioꝝ bella, in qua seruare hos vrbis appa-**  
**ratu oporteat.** || Nicias seu pudore male actæ rei, 4  
 seu metu destituta spei ciuim, seu impellente fa-  
 to, manere contendit. || Reparatur igitur nauale 5  
 bellum, (b) & animi à prioris fortunæ procella,  
 ad spem certaminis reuocantur: || sed inciticia 6  
 ducum, qui inter angustias maris tuentes se Syra-  
 cusanos aggressi fuerant, facile vincuntur. || Eu- 7  
 rymedon (c) dux in prima acie fortissime dimi-  
 cans, primus cadit: triginta naues quibus præ fue-  
 rat, incendantur. || Demosthenes & Nicias, & 8  
 ipsi victi, exercitum in terram deponunt, tutio-  
 rem fugam rati itinere terrestri. || Ab his relictas 9  
 (d) centum triginta naues Gylippus inuasit: ipsos  
 deinde insequitur: fugientes partim capit, par-  
 tim cædit. || Demosthenes amisso exercitu, (d) à 10  
 captiuitate, gladio, & voluntaria morte se vindic-  
 at: || Nicias autem ne Demosthenis quidem ex- 11  
 emplo, vt sibi consuleret, admonitus, cladem suo-  
 rum auxit dedecore captiuitatis,

Num. 2. (a) *Forent* ] Ita boni auctores loquuntur: & impi-  
 ritis Salust. lug. 21. 6. S. P. Q. R. verba nunciunt, velle & censere eis  
 ab armis discedere: ita seque illique dignum fore. Vulgaræ editio-  
 nes, esse. D.

5 (b) *Et animi a* ] Literulæ vnus nec mutacione, tantum tra-  
 jectione restitui locum, nullo aut turbido sensu hæctenus ita vul-  
 gatam & a nimia: quomodo & Bongarsius in Mss. haberi confir-  
 mat. Ipse edidit, & auinata.

7 (c) *Eurymedon* ] Miror Mss. omnes hoc loco mendose prof-  
 fus legere *Eurylacus*, quomodo & Orof. M. Ego in vulgata lectio-  
 ne contra historiam nihil mutare ausus sum. B.

9 (d) *Centum triginta naues* ] Orofius 2, 4. rotidem. At Thu-  
 cydides 7, 13, 24. Atheniensibus ex postrema clade tantummodo  
 septuaginta naues reliquas fuisse scribit.

10 (e) *Acaptiuare gladio &c. se vindicat* ] Elegantiùs, vt o-  
 minia, Florus 4, 9, 4. *De. etiret in potest. em. a gladio suo impetra-  
 uit.* Thucydides tamen 7, 16, 20. vna Niciam & Demosthenem à Sy-  
 racusanis necatos scribit: quem locum citat & negat Platæchus  
 in Nicia sub finem.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

RIARVM.

LIBER V.

CAP. I.

**D**um Athenienses in Sicilia bellum per bien-  
 nium cupidius, quam felicius gerunt, inter-  
 rim concitor & dux eius (a) Alcibiades absens  
 Athenis insimulatur, (b) mysteria Cereris Initi-  
 orum sacra, nullo magis quam (c) silentio sole-  
 2 mnia, enuntiauisse. || Reuocatusque à bello ad iu-  
 dicioꝝ, siue conscientiam, siue indignitatem rei  
 non ferens, tacitus in exilium Elidem profectus  
 3 est. || Inde ybi non damnatum se tantum, verum  
 etiam diris, per omnium (d) sacerdotum religio-  
 nes (e) devotum cognouit, Lacedæmonia se con-  
 4 tulit: || ibique regem Lacedæmoniorum impel-  
 lit, turbatis Atheniensibus aduerso Siciliae præ-  
 5 lio, vltro (f) bellum inferre. || Quo factò, omnia

Græciæ regna, (g) velut ad extinguendum commune incendium, concurrunt. || TANTVM QVOD Iam Athenienses (h) immoderati imperii crudelitate contraxerant. || Darius (i) quoque rex Persarum, memor paterni auitique in hanc urbem odii, facta cum Lacedæmonis per Tissafernem præfectum Lydia societate, omnem sumptum belli pollicetur. || Et erat hic quidem titulus cum Græcis coeundi; re autem vera timebat, ne victis Atheniensibus ad se Lacedæmonii arma transferrent. || Quisigitur miretur, tam florescentes Athenienfium opes ruisse, cum ad opprimendam vnam urbem, totius Orientis vires concurrerent? || Non tamen inertes, neque incruento cedere bello: sed præliati ad vltimum, victores etiam interterdum, et consumpti magis fortuna varietate, (k) quam victi sunt. || Principio belli omnes ab his etiam (l) socii deficiuerant, vt fit: QVO SE fortuna, eodem etiam fauor hominum inclinat.

## NOTÆ AD LIBRUM V.

Num. 1. (a) Alcibiades ab sine] Thucydides g. 10. Diodorus 13. 5. Plutarchus & Probus in Alcibiade: A. Ijan 13. 38. Accusatur & de Hermis aut truncatis, vt Thucyd. g. 5. aut deiectis, vt Probus. B. Initiatorum enunciatorum, crimine purgat Alcibiadem, in orat. de Bigis, præco laudum ipsius slocorates.

Ibid. (b) Mysteria Cereris Initiatorum sacra] Persuasum habeo, mysteria Cereris, certe quidem mysteria, obrepisse textui, (vt in auctore plura) cum esset adscriptum explicandi causa, quid sint Initiatorum sacra.

Ibid. (c) Silentio solemnia] Ouid, in Arte lib. 2. sub fin.

Quis Cereris ritus audeat vulgare profanus?

Et Horat. 3. od. 2. *verabo, qui Cereris factum*

*Vulgaris arcanis, sub iisdem*

*Sic trahitur.*

Antonius Paulino.

*Sed tu, iurati velut alta silentia sacra*

*Deorum tenes, perseras in lege tacendi.*

Proinde Imp. Augustus Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, ac secretoria quædam proponerentur, dimisso concilio solus audiit discipulantes, ne videlicet profanis Initia vulgarentur. Suet. August. 53. Causam in finitui tradit Laëtantius 2. 20. hinc: *Fida silentia sacris infiruta sunt ab hominibus callidis, vt populus neficiat quid colat.* Ipsa porro mysteriorum symbola, quibus initiati se inuicem internoſcebant, petenda sunt ex Armbio lib. 5. Clement. Alexandr. orat. exhortator. ad Græc. Eusebio lib. 1. de præparat. Euangel. & Materno Firmico lib. de errore profanar. relig.

3 (d) Sacerdotum] Eumolpidarum & Kerycum, Thucyd. 8. 9. 2. Proh. in Alcib.

Ibid. (e) Deutorum] Et bonis exutum. Deuotionis exemplum, quo testator esset memoria, in pila lapidea inci sum, atque in publico positum esse ait Probus in Alcib.

4 (f) Bellum inferre] Quod, munitis Lacedæmonis confilio Alcibiadis Decelia, Decelicum appellatum est. B.

5 (g) Velut ad ext. com. pnc.] Eadem supra 1. 7. 9.

6 (h) Immoderati imperii crudelitate] Fastus & asperitas Athenienfium in eos, quos et sociis subditos fecerunt, è Thucydides ac Diodori non vno loco perspicitur. Verumtamen cum infra demum n. 11. de sociis, hic de cæteris Græcis sit fermo; dubites, an non pro crudelitate (quod Modius etiam in duobus Mss. optimis haberi scribit) reditio sit legere cum aliis editionibus, cupiditate. Sed tum immoderata, non rī, scribendum fuerit. Vtrique lectio fauet Thucydides 2. 2. 12. & 8. 1. 9. cum seqq.

7 (i) Darius] Cognom. Nothus, quem Scaliger Hierosolymitani Templi restauratore esse sentit.

10 (k) Quam vixit] Vago vi vixit, Lucill. populus Rom. vixit vi, superat ut præliū. B.

11 (l) Socii deficiuerant] Diuersus fuit Rom. Imperii status, cuius locos Annibal Pœnus, cum omnia bello flagrant, fide tamen dimouere non potuit: videlicet quia iusto & moderato regebantur in persequente aduſebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere, inquit Lilius 22. 13. rī. Cypiani, leni (an leni) imperio haberi, & ob ea fidelissimi. Sallust. Jug. 89. 5.

## CAP. II.

Alcibiades quoque motum aduersus patriam bellum, non gregarii militis opera, sed (a) imperato.

peratoris virtutibus adiuuat. || Quippe acceptis 2  
 quinque nauibus in Asiam contendit, & tributarias Athenensium ciuitates, auctoritate nominis sui, ad defectionem compellit. || Sciebant enim 3  
 domi clarum, nec exilio videbant factum minorem; nec tam ablatum Atheniensibus ducem, quam Lacedæmonis traditum; (b) partaque cum amissis imperia pensabant. || Sed apud Lacedæmonios (c) VIRTUS Alcibiadis plus inuidiæ quam gratiæ contraxit. || Itaque cum principes 5  
 velut æmulum gloriæ suæ interficiendum in insidiis mandassent, cognita re Alcibiadis (d) per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, (e) ad Tiffasfernem (f) præfectum Darii regis profugit; cui se celeriter officii comitate, & obsequendi gratia insinuauit. || Erat enim & ætatis flore, & 6  
 formæ veneratione, nec minus (g) eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis: || sed in conciliandis amicitiarum studiis, quam in retinendis vir melior: quia (h) morum vitia sub vmbra eloquentiæ primo latebant. || Igitur (i) persuadet 8  
 Tiffasferni, ne tanta stipendia classi Lacedæmoniorum præberet. || Vocandos enim in portionem (k) muneris 9  
 Ionios, quorum pro libertate, cum tributa Atheniensibus penderent, bellum susceptum sit. || Sed nec auxilium 10  
 nimis enixe Lacedæmonios iuandos; Quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam instruere; Et catenis Persarum susinendum, ne inopia deseratur. || Nam regem Persarum, dissentientibus Græcis, arbitrum pacis ac belli fore; & quos suis non possit, ipsorum armis victurum. perfecto autem bello, statim ei cum victoribus dimicandum. || Domesticis itaque bellis Græciam obtinendam, ne externis vacet; exaquantasque vires 1 2  
 partium,

1 3 partium, & inferiores auxilio leuandos. || Non enim quieturos post hanc victoriam Spartanos, qui vindices se  
 1 4 libertatis Græciæ professi sint. || Grata oratio Tiffasferni fuit. Itaque commeatu maligne præbere: (l) classem regiam non totam mittere; ne aut victoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret.

Num. 1. (a) Imperatoris] Forte rectius imperatoris, vt respondeat præcedenti m. i. i. Seb.

3 (b) Partaque cum amissis imperia pensabant.] hoc est, Quamuis apud Athenienses imperio excidisset Alcibiadis, apud Spartanos tamen æque magnum factum cogitabant. Pertinet hoc ad explicandum id quod modo dictum: nec exilio videbant factum minus. Hispanus interpretes aliter, & nisi fallor, absurde.

4 (c) Virtus Alcib. plus inuidia &c.] Vide de Xantippi sapiente factum prudens dictum Polybii l. 36.

5 (d) Per uxorem Agidæ] Tuxam, Plutarch. in Alcib. c. 42. & de tranquill. an. c. 10. Athenæus 13. 4. Sic infra 43. 4. 11.

Ibid. (e) Ad Tiffasfernem] Thucydides 8. 8. 1. & alii supra notati ad num. 1. B.

Ibid. (f) Profectum] Quem Persica voce Satrapam vt plurimum appellati auctores, Plinius, Curtius, Probus, Terent. alii: Curtius etiam, vt & Cicero, Prætorum. Porro regnum Persarum, eiusmodi Satrapis seu præfectis 127. constituisse docet Iosephus Antiq. Iud. 11. 4. & 6. Quod & Sacris literis, Esdræ 3. 2. & Ethertis 1. 1. & 8. 9. confirmatur.

6 (g) Eloquentia, etiam inter, Athen. inf.] Propter omissam in vulgatis editionibus interfectionem, vocabulo etiam sua emphasis, & proinde dicto gratia perit. Sic apud Senecam, si recte meminim, est qui dicatur vt magnus, etiam si cum maximo comparatur. At inter cæcos luscus rex est. Alcibiadis eloquentiam celebrat & Demosthenes orat. contra Midiam. Probus neminem ei, dicendo potuisse resistere scribit. Certe bellis Siculi suator & autor fuit, frustra disuadente Nicia. Thucyd. lib. 6.

7 (h) Morum vitia] Probus, Constat, inquit, inter omnes, qui de Alcibiade memoria prædiderunt, nihil illo fuisse excellentium vel in virtutibus, vel in vitiis. Eiusmodi temperatam ex aduersis moribus tribuit quoque Catiliæ Cicero in Cæliana cap. 5. & 6. & Licinio Muciano Tacitus histor. 1. 10.

8 (i) Persuadet] Videpud Thucydides 8, 8. 1.

9 (k) *Muneru* ] Seb. *eneru* legit.

14 (l) *Classem regiam* ] quæ Phœnicum nauibus centum quadraginta septem contabat. Thucyd. 8, 15, 3.

## C A P. III.

Interea Alcibiades hanc operam ciuibus vendi-  
 1 tabat : || ad quem cum legati Atheniensium ve-  
 2 nissent, pollicetur his amicitiam regis, si respub.  
 à populo translata ad senatum foret ; || sperans, 3  
 vt aut concordante ciuitate, dux belli ab omni-  
 bus legeretur ; aut discordia inter ordines facta,  
 ab altera parte in auxilium vocaretur. || Sed A-  
 theniensibus, imminente periculo belli, (a) MA-  
 1 O R salutis quam dignitatis cura fuit. || Itaque 5  
 permittente populo, (b) imperium ad senatum  
 transferetur. || Qui cum insita genti superbia cru-  
 6 deliter in plebem confuleret, singulis tyrannidis  
 sibi impotentiam vindicantibus, ab exercitu Al-  
 cibiades exul (c) reuocatur, (d) duxque classi con-  
 7 stituitur. || Statim igitur Athenas mittit, ex  
 8 *continenti se cum exercitu venturum, receptorumque à*  
*quadringentis iura populi, nisi redderent.* || Hac de-  
 nuntiatione optimates territi, primo vrberem pro-  
 dere Lacedæmonis tentauerunt : dein cum id ne-  
 9 quissent, in exilium profecti sunt. || Igitur Al-  
 cibiades, intestino malo patria liberata, summa  
 cura classem instruit ; atque ita in bellum aduer-  
 sus Lacedæmonios pergit.

Num. 4. (a) *Maior salutis quam dignitatis cura* ] Liuius 23. 14. 4.  
*Rebus extremis, honesta utilibus oporuit.* Val. Max. 7. 6. *Cedit inter ceterum*  
*generosus spiritus ut uti sit, & fortuna viribus succumbit, ubi, nisi tu-*  
*toria elegerit consilia, spectata sequenti concedendum est.* Sapienter in  
 hanc mentem Thucydides 5, 16, 47.

5 (b) *Imperium ad Senatum* ] Ad quadringentos, quorum  
 memi-

meminit & Strabo lib. 9. B. Adde Thucydidem 8, 11. & Diodo-  
 rum 13, 34.

6 (c) *Reuocatur* ] Annitente præcipue Thrasibulo. Thucyd.  
 8, 13, 13. & Prob. in Alcib.

Ibid. (d) *Dux* ] Prob. *Prator*. *Στρατηγός*, Plutarch. in Al-  
 cib. B. vt & Thucyd. 8, 13, 12.

¶ Hucusque Thucydides ; quem excipit Xenophon.  
 Eam *επιχειρησιν* notat & Diodor. 13, 42.

## C A P. IV.

Iam (a) Mindarus & (b) Pharnabazus, Lacedæ-  
 1 moniorum duces, instructis nauibus expe-  
 2 ctabant. || Prælio commisso, victoria penes A-  
 thenienses fuit. In eo bello maior pars exercitus,  
 & omnes ferme hostium duces capti : naues LXXX.  
 3 captæ. || Interiectis quoque diebus, cum bellum  
 Lacedæmonii à mari in terram transfulissent, ite-  
 4 rato vincuntur. || His malis fracti, pacem petie-  
 re : QUAM ne acciperent ; opera eorum effectum  
 5 est, (c) quibus ea res quæstum præstabat. || Interea  
 & Syracusanorum auxilia, (d) illatum à Car-  
 thaginiensibus Siciliæ bellum, domum reuoca-  
 6 uit : || quibus rebus destitutis Lacedæmonii, Alci-  
 biades cum classe victrici Asiæ vastat : multis lo-  
 cis prælia facit : vbiq; victor recipit ciuitates,  
 quæ defecerant : nonnullas capit, & imperio A-  
 7 theniensem (e) adiicit : || atque ita prisca nauali  
 gloria vindicata ; adiecta etiam laude terrestribus  
 8 belli, desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur.  
 9 || His (f) omnibus præliis ducentæ naues hostium,  
 & præda ingens capta. || Ad hunc redeuntis ex-  
 ercitus triumphum, effusa omnis multitudo ob-  
 uiam procedit : & vniuersos quidem milites, præ-  
 cipue



cipite tamen Alcibiadem (g) mirantur: || in hunc 10  
oculos ciuitas vniuersa, in hunc suspensa ora con-  
tertit: hunc quasi (h) de cælo missum, & vt ipsam  
Victoriam conuentur; || laudant quæ pro pa- 11  
tria, nec minus admirantur quæ exul contra gef-  
ferit, excusantes ipsi, iratum prouocatumque fe-  
cisse. || Enimvero (i) TANTVM IN VNO VIRO 12  
fuisse momenti, vt maximi imperii subuerfi, &  
rursum recepti auctor esset; & vnde steteret, eo se  
victoria transferret: fieretque cum eo mira qua-  
dam fortunæ inclinatio. || Igitur omnibus non 13  
humanis tantum, verum & diuinis eum honori-  
bus (k) onerant: certant secum ipsi, vtrum con-  
tumeliosius eum expulerint, an reuocauerint hon-  
oratus. || Ipsos (l) illi deos gratulantes tulere 14  
obuiam, quorum execrationibus erat deuotus.  
|| Et cui paulo ante omnem humanam opem in- 15  
terdixerant, eum; & queant, in cælo posuisse cu-  
piunt. || Explet contumelias honoribus, detri- 16  
menta numeribus, execrationes precibus. || Non 17  
Sicihiæ illis aduersa pugna in ore est, sed Græciæ  
victoria: non classes per illum amissæ, sed acqui-  
sitæ: nec Syracusarum, sed Ioniæ, Hellepontique 18  
meminerunt. || Sic Alcibiades nunquam  
mediocribus, nec in offensa, nec in favore studiis  
suorum exceptus est.

Nun. E. (a) *Mindarus* Ita Græci, & hie vulgati libri. Mss. *Zestromidareus*. Is naualis ad Cyzicum pugna perit. Xenoph. hist. Græc. lib. 1. Diodorus 4. 51. Plutarchus Alcibiade c. 53. à quibus historiæ huius fusior explicatio petenda. B.

Ibid. (b) *Pharnabazus* Persicum hunc Satrapam nescio quare ducem Lacedæmon. appellat auctor: socium rethias & amicum dixisset.

4 (c) *Quibus ea res quam præst.* Diodorus 13. 53. pr. hac ipsa dicit: *Asiaticum suum modestissimum ad pacem animi inclinabant: ut*

bellu

*bellu serenus & ducendus aduersi, & ex publicis tumultibus quæstum facientes, bellum præferbant.* Sic apud Liuium 3. 66. 3. vt Æqui & Volsci contra Romanos arma caperent, persuaserant eis duces cupidus prædaram. Hirtales nimirum, tanquam artifices improbi, opus querant: qui & semper ægri aliquid esse in Repub. volunt, vt sit ad cuius curatiohem adducantur. Liu. 5. 3. 6.

5 (d) *Illatum à Carthag.* De quo vide Diodorum lib. 13. 43. & seqq. B.

6 (e) *Adicit* Retum hoc: sed Mss. alii *addicit*, alii *adicit*: quod posterius è veterum pronuntiatione est, & extendi à vocalem consuetudine, de qua Agellius 4. 17. Sic Martialis, idem verbum scripsit 10. epigr. 82.

*Si quid nostra tuus adicit venatio rebus.*  
Hæc Acidalius ad Vell. 2. 130. 8.

8 (f) *Hu omnibus prælia* Quinque terrestribus, & tribus naualibus. Probus. B.

9 (g) *Mirantur* per Synthesin. Modii tamen Mss. *miratur*.

10 (h) *De cælo missum* Minutius Felix in Octauian. & ex eo Lactantius 1. 11. *Virtute nobilitatos & inspinato visos, cælo lapsos nominamus.* Cicero epist. ad Q. Fratrem cap. 2. *Graci se te ita videntem intuebantur, vt è cælo diuinum honorem esse in pronuntiam delapsum putent.* Similime nostro Marcelinus 22. 8. *Effundebatur atas omnis & sexus, tanquam de missis aliquem visura de cælo.* Lips. ant. lect. 2. hoc dicitur putat imitatione Homeri Odys. 8. 173.

12 (i) *Tantum in vno viro &c.* Ifocrat. orat. ad Philippum. B. Sic Liuius 6. 8. 1. de Camillo: *Quæcumque se intulisset, victoriam se eum haud dubiam traheret.*

13 (k) *Onerant* Quod è Mss. in variantibus lectionibus adfertur *honerant*, esse legitimum, & pro *honerant* antiquè dictum, pertendit Acidalius ad Vell. 2. 124. 5.

14 (l) *Ipsos illi* Forte rectius, *ipso illis*. Freinsheim.

## CAP. V.

**D**um hæc aguntur, à Lacedæmonii (a) Lysander classi belloque præficitur, & in locum Tissafernis, Darius rex Persarum filium suum Cyrus Ioniæ Lydiæque præposuit; qui Lacedæmonios

monios auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris erexit. ¶ Auerti igitur viribus, Alcibiadem 2 cum centum nauibus in Asiam profectum, dum agros longa pace diuites, securius populatur, & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparfos milites habet, repentino aduentu (b) oppressere: ¶ tantaque cædes palantium fuit, vt plus vulneris 3 eo prælio Athenienses acciperent, quam superioribus dederant: ¶ & tanta desperatio apud Athe- 4 nienfes erat; vt ex continenti Alcibiadem ducem Conone mutarent: ¶ arbitantes victos se non 5 fortuna belli, sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa vauisset, quam recentia beneficia. ¶ Vicissè autem cum priore bello ideo tan- 6 tum, vt ostenderet hostibus, quem ducem spreuissent, & vt carius (c) eis ipsam victoriam venderet. ¶ Omnia enim credibilia in Alcibiade, vi- 7 gor ingenii, & morum luxuria faciebat. ¶ Veri- 8 tus itaque multitudinis impetum, denuo in voluntarium exilium proficiscitur.

Num. 1. (a) *Lysander*] post Xenophontem, vide Plutarchum & Probum in eius vita: Diodorum lib. 13. 70. qui eum Sardis ad Cyrum profectum scribit. Cicero in Cat. maiore c. 17. ex Xenoph. Oeconom. B.

2 (b) *Oppressere*] Non Alcibiadem, sed Antiochum, qui erat homo nauitæ quidem rei admodum peritus, cætera tamen imprudens & importunus. Plutarch. Alcib. c. 66. & Pausanias Bœoticis. F. Adde Diodorum 13. 71.

6 (c) *Ei*] Hoc referendum ad Athen.

### C A P. VI.

Itaque (a) Conon Alcibiadi suffectus, habens 1 ante oculos cui duci successisset, classem maxima industria exornat: ¶ sed nauibus exercitus de- 2 erat,

erat, fortissimis quibusque in Asia populatione 3 amissis. ¶ Armantur tamen senes, aut impuberes pueri, & numerus militum sine exercitus robore 4 expletur. ¶ Sed non magnam bello moram ætas fecit imbellis: cæduitur passim, aut fugientes capiuntur; tantaque strages, aut occisorum, aut captiuorum fuit, vt (b) Atheniensium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur. ¶ Quo prælio perditis & desperatis rebus, ad tantam inopiam rediguntur, vt consumpta militari ætate, peregrinis ciuitatem, (c) seruis libertatem, damnatis impunitatem darent. ¶ Ex (d) qua colluione hominum, conscripto exercitu, domini antea Græciæ, vix libertatem tuebantur. 7 ¶ Iterum tamen fortunam maris experiendam 8 decernunt. ¶ Tanta virtus animorum erat, vt cum paulo ante salutem desperauerint, nunc non 9 desperent victoriam. ¶ Sed neque is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque ea vires, quibus vincere consuerant; neque ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra contiu- 10 nuerant. ¶ Itaque omnes aut capti, aut occisi. Cum dux Conon eo prælio superfuisset (e) solus, crudelitatem ciuium mettens, (f) cum octo nauibus ad regem Cyprum concedit Euagoram.

Num. 1. (a) *Conon*] Eius vitam descripsit Probus, qui cum prælio ad Ægos potamos, quo Atheniensium imperium concidit, non interfuisse scribit, contra quam Xenophon. lib. 2. hist. Græc. Plutarchus Lysandro, Diodorus 13. 106. B. Quibus testis accedit Isocrates in Euagora & ad Philippum: item Aristor. Rhetor. 2. 23. In oratione Demofthenis aduersus Leptinem, in rebus Cononis præcipue commemorantur.

4 (b) *Atheniens.*] Hinc Atheniensis tes eladibus exstinctos criminatur Piso apud Tacitum annal. 2. 55.

5 (c) *Seruis libert.*] Supra, l. 5. 6.

6 (c) Ex qua &c.] Ita Ms. rectius, opinor, quam quomodo Bong. & alii ediderunt, *causa*. Sequentia verba ordini suo restitui, cum in aliis editionibus ita confunderentur: *Enagora col. banti. nunti. dom. an. Gracia, conf. exercit. vix lib. tuch.*

10 (e) Solus] Scilicet de duobus ac trierarchis.

Ibid. (f) Cum esse no[n]imus] Plutarchus. At Diodorus 13, 106. *Trierarchum atque eos, seruit, quatuor cum una Canon, desperata, Athenas uenit, ad Enagoram Cypr Regem profugit.* B. Hanc pugnam, præter Diodorum, egregie describit Xenophon hist. Græc. lib. 2.

## CAP. VII.

At dux Lacedæmoniorū rebus feliciter gestis, 1  
 fortuna hostium insultat; || captiuas naues 2  
 cum præda bellica, in triumphi modum ornatas,  
 mittit Lacedæmona: || ac tributarias Athenien- 3  
 sium ciuitates, quæ a metu dubia belli fortunæ  
 in fide tentærat, voluntarias (a) recipit; nec aliud  
 ditionis Atheniensium præter urbem ipsam reli-  
 quit. || Quæ cuncta cum Athenis nunciata ef- 4  
 sent, omnes relictis domibus, per urbem discurrere  
 pauidi: alius alium sciscitari; auctorem nuntii  
 requirere: || non pueros inprudencia; non senes 5  
 debilitas; non mulieres sexus imbecillitas domi  
 tenet; adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus  
 penetrauerat. || In foro deinde coeunt, atque ibi 6  
 perpeti nocte fortunam publicam questibus ite-  
 rant. || Alii fratres, aut filios; aut parentes de- 7  
 flent, cognatos alii; alii AMICOS cognatis cha-  
 riores, & cum priuatis casibus quereiam publi-  
 cam miscunt: || iam se ipsos, iam ipsam patriam peri- 8  
 turam, miseriori inque incolumiam, quam amissorum  
 fortunam iudicantes: || sibi quisque ante oculos obfi- 9  
 dionem sibi mem, & superbum victoremque hostem pro-  
 ponentes: || iam ruinam urbis & incendia, iam omnium 10  
 capti-

*captiuitatem & miserrimam seruitutem recordantes:*

- 1 1 || *feliciores prorsus priores urbis ruinas ducentes, quæ  
 incolumibus filiis parentibusque, telorum tantum rui-  
 na (b) taxata sunt* || *Nunc autem non classem, in quam,  
 sicuti (c) pridem, confugiant, superesse; non exerci-  
 tum, cuius virtute seruati pulchriora possent mœnia ex-  
 truere.*

Num. 3. (d) *Kreepis*] Melius, *recipit*: & mox, *relinquit*: vt congruat præcedenti, *mittit*. Fr.

4. 5. 6. &c.] Epitomatorem professo minime conueniens, & affectatione prope putida hyporiposis

11 (b) *Taxata sunt*] hoc est, *confiscantur*, *assimata fuerint*. Senec. consol. ad Marciam c. 19. *Tanti quodque malum est, quanti illud taxauerunt.*

12 (c) *Pridem*] Supra 2, 12, 16.

## CAP. VIII.

- 1 Sic (a) destitæ ac prope perdita urbi hostes su-  
 2 perteniunt, & obsidione circumdata obsessos  
 fame vrigent. || Sciebant enim neque ex aduectis  
 copiis multum superesse, & ne nouæ aduehi pos-  
 3 sent, prouiderant: || quibus (b) malis Athenien-  
 ses fracti, post longam famem, & assidua suorum  
 funera, pacem petiuere: quæ an dari deberet, diu  
 4 inter Spartanos, sociosque deliberatum. || Cum  
 (c) multi delendum Athenensium nomen, vr-  
 bemque incendio consumendam censerent; ne-  
 garunt se Spartanis, (d) ex duobus Græcia oculis  
 5 alterum eruturos: || pacem polliciti, (e) si demis-  
 sa Pytæum versus muri brachia deicerent, (f) na-  
 uesque quæ reliquæ forent, traderent; resque pub-  
 lica (g) ex semetipsis xxx. rectores acciperet.  
 6 || In has leges traditam sibi urbem, Lacedæmoniis  
 G 2 for-

formandam Lyfandro tradiderunt. ¶ Insignis 7  
(b) hic annus & expugnatio Athenarum, &  
morte Darii regis Perfarum, & (i) exilio Diony-  
fii Siciliæ tyranni fuit. ¶ Mutato ftatu Athenarum, etiam ciuium conditio mutatur. ¶ Trigin-  
ta (k) rectores reipublicæ conftituuntur, qui  
fiunt tyranni: ¶ quippe à principio tria millia fi-  
bi fatellitum ftatuunt, quantum ex tot cladibus  
prope nec ciuium fuperferuat: ¶ & quafi paruus  
hic ad continendam civitatem exercitus effet, fe-  
ptingentos milites à victoribus accipiunt. ¶ Cæ-  
des (l) deinde ciuium ab Alcibiade aufpicantur;  
ne iterum reipublicam fub obtentu liberationis  
inuaderet. ¶ Quem cum profectum ad Artaxer-  
xem Perfarum regem comperiffent, citato itinere  
miferunt, qui eum interciperent: fà quibus occu-  
patus, cum occidi aperte non poffet, viuum in  
cubiculo in quo dormiebat, crematus eft.

Num. 1. (a) *Deflecte* ] Ea notione vox vfurpata, vt apud Sueton. Callig. c. 8. *Diplomata vt vetera & obfoleta deflebat*: vbi male referunt alii, *diffabat*. Ita Seneca confol. ad Marciam cap. 26. princ. Curtius d. 6, 10. Velleius 2, 119, f.

3 (b) *Quibus malis Ath. fracti* ] Ita Mss. & autor etiam alibi, vt 3, 7, 2. & 5, 4, 4. Bong. & alii, *Quibus malis rebus Ath. fr.*

4 (c) *Multi* ] Lyfander & Agis. Paufan. in Laconicis. B. Præcipue vero Corinthiis ac Thebanis, alique Græci non pauci. Xenophon. lib. 2. hift. Græc.

Ibid. (e) *Ex duobus Græcia oculis* ] Ne fcilicet illa fieret *ἰνὸς φθαλαμῶν*, iulca, vt notat Plutarch. in præc. politicis. Ea dere confultus etiam Apollo refpondit, *τὸ καὶ κοινῆς ἰστίης τῆς Ἐλλάδος μὴ κινῆσθαι*. Aelian. var. hift. 4. 6. Haud abfimili figura Cimón Spartanis fubueniendum arbitrabatur contra Mellenios, *adhortatus eos, ne Græciam eleuandam reddi, nec Vrbein fociam defertis finerent*. Plutarch. in eius vita.

5 (e) *Si demiffa &c.* ] *Vr longa Piræi brachia muroque defruerent*, inquit Diodorus 13, 107. Plutarchus Lyfandro, quos vido, &

Xenoph. hift. Græc. lib. 2. Et ita bello Peloponnetico finis impofitus, quod Thucydides 1, 1, 1. fuperioribus memorabilis & longiffimum vocat. In annum enim XCVI L protractum eft. B.

Ibid. (f) *Naves quæ vel. for. trad.* ] Exceptis decem, quas, nec plures, ipfis poffidere licuit. Diodorus 13, 107.

Ibid. (g) *Ex femeripfis* ] hoc eft, Athenienfibus. Quod non putaffent notauit dignum, nifi hic etiam Hifpanicus autoris interpres impugillet. Poffet autem & aliis accidere, quod illi potuit.

7 (b) *Insignis hic annus* ] Is fuit quartus Olympiadis XCIII. ab V. C. 348.

Ibid. (i) *Exilio Dionyffii* ] Orbis litterarii Phœnix Iof. Scalliger infiguitur Autore & tempore & perfona hic errare demonftrat lib. 5. de emend. temp. pag. 224. Tempore, quod 48. annis illud exilium poffit accidere: perfona, quod non Dionyfius fenior Hermocreatis filius in exilium adus fit, fed Dionyfius iunior filius. Sed Iulianus habebat in animo, eo anno Dionyfium victum à Carthaginienfibus fuiffe: propterea cladem acceptam illius Dionyffii cum filii exilio confuderi.

9 (k) *Triginta rectores* ] Præter citatos ad num. 5. e. vide Diodorum initio libri 14. B.

12 (l) *Cades d. e. ab Aleib.* ] De morte Alcibiadis, ad cuius cædem XXX. tyranni Lyfandrum impulerunt, vide Plutarchum, Diodorum, Probum, Ciceronem de Diuinat. 2, 69. Val. Max. 1, 7. B.

14 (m) *Viuus in cubic. & e. crematus* ] Non viuus, fed mortuus iam, & barbarorum telis confixus, iuxta Probum & Plutarch. in Alcib.

## CAP. IX.

- 1 Liberati hoc vltoris metu tyranni, miferas vr-  
bis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt.
- 2 Quod cum difplicere vrbi ex numero fuo (a) The-  
rameni didiciffent, ipfum quoque ad terrorem
- 3 omnium interficiunt. ¶ Fit igitur ex vrbe paffim  
omnium fuga; repleturque Græcia Athenien-  
fium exulibus: ¶ quod etiam ipfum auxilium  
cum miferis eriperetur, (nam Lacedæmoniorum  
edicto, ciuitates, exules recipere prohibebantur)



omnes se Argos & Thebas contulere: || ibi non solum tutum exilium egerunt, verum etiam spem recuperandæ patriæ receperunt || Erat inter exules (b) Thrasylbulus, vir strenuus, & domi (c) nobilis, qui audendū aliquid pro patria & pro salute communi, (d) etiam cū periculo ratus, ad unitatis exilibus, (e) castellum Phlyen Atticorum finiu occupat: || nec deerat quarundam ciuitatum tam (f) crudeles casus miserantium fauor. || Itaq; Isme-8 rias Thebanorum princeps, etsi publicis non poterat, priuatis tamen viribus adiuuabat: || & (g) 9 Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium (h) patriæ communis eloquentia misit. || Fit itaque 10 asperum prælium; sed c v m hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione (i) securius pugnaretur, tyranni vincuntur: || victi in 11 urbem (k) refugerunt, quam exhaustam cadibus suis, etiam armis spoliant. || Deinde cum omnes 12 Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex vrbe iubent, & in brachii muri, quæ diruta fuerant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes. || Post hæc Thrasylbulum 13 corrumpere, imperii societatem pollicentes, conantur: || quod cum non contigisset, auxilia à 14 Lacedæmonis petiuere: quibus (l) accitis, iterato præliantur. || In eo bello (m) Critias & (n) Hippo- 15 lochus, omnium tyrannorum seuissimi, cadunt.

Num. 2. (e) *Therameni* ] De hoc vide Xenophon. hist. Græc. lib. 2. & Ciceron. Tulcul. l. 40. B. item Plutarchum in Nicia, & consolat. ad Apollonium, cap. 9.

6 (f) *Thrasylbulus* ] Cognomen *Tyriæ*. Diodorus 14, 33. Vide Xenophontem hist. Græc. lib. 2. Pausaniam Atticis. B. Huic *no minen præferre se fide, constantia, magnitudine animi, in patria* *æmore*, scribit in eius vita Probus.

Ibid.

Ibid. (c) *Nobilis* ] Probus: multi cum nobilitate præcurrerunt. B.

Ibid. (d) *Etiã cum periculo* ] Δεσπονας τις κινδυνύσας δει. Thucyd. l. 4, 5. & 3, 9, 4. Quod dictum ad ancipitem febri hæticæ curam accommodat Galenus method. medendi 10. 10. Et prouerbio iactatum patet ex Æschilo Choephoris, v. 303

ὄργανον παίδων.  
Τεργίγον μὲν τὰς τὰς φωνῶν.

Ibid. (e) *Castellum Phlyen* ] Stephanus de urbibus. Χαρίων vocant Xenophon & Diodorus. B.

7 (f) *Crudeles* ] Bong. & alii *crudeles* ediderunt. Fratuli, quod Mss. codices, ipso referente Bongario probant: cum præsertim autor alibi quoque *miserari* cum Accus. iungat: vt S. 5, 13. 12, 18. 27, 1, 5. 28, 4, 32.

9 (g) *Lysias* ] Paulo aliter Plutarchus in vitis Rhetorum. quem vide. B.

Ibid. (h) *Patria communis eloquentia* ] Cicero de Oratore 1, 44. *Atheni summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta*. Idem in Bruto cap. 10. *In ea vrbe & nata & alia est eloquentia*. Adde Yellicium extremo libro primo, & Nostri supra 2. 6. 6.

10 (i) *Securius* ] Accurata illa Sichertii editio Basil. habet *incurtus*, ex quo Ficinshem. facit *incuriosus*.

11 (k) *Refugerunt* ] Schif. *refugient*, vt Tempora congruant. Sed autorem talium incuriosum passim deprehendas.

14 (l) *Accitis* ] Idem accepti legit.

15 (m) *Critias* ] Τῶν ὑπερβολῶν ἕξων. Diodorus 14, 34. dux tyrannorum. Probus. *Crudelissimum omnium tyrannorum* vocat Laëtantius lib. 3. de falsa sap. B.

Ibid. (n) *Hippolochus* ] Ita habent Mss. veteres omnes. Eius Diodorus & Probus non meminerunt. Xenophon. lib. 2. hist. Græc. *Hippomachus* vocat, quomodo habet editio vniuersa. B.

## C A P. X.

Cæteris victis, cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, (a) magna voce Thrasylbulus exclamat: *Cur se victorem fugiant, potius quam vt vindicem communi*

G 4 munis

munis libertatis adiuent? || *Civium illam memi- 2*  
*nerint aciem, non hostium esse; nec se ideo arma*  
*cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut adempta re-*  
*stituatur: xxx. se dominis, non civitati bellum infer-*  
*re.* || Admonet deinde cognitionis, legum, (b) sa- 3  
 corum communium; tum vetusti per tot bella  
 commilitii; orat miserentur exulum civium, si tam  
 patienter ipsi serviant: reddant sibi patriam, accipiant  
 libertatem. || His vocibus tantum promotum est, 4  
 ut reuersus in urbem exercitus, xxx. tyrannos  
 emigrare Eleusina iuberet, (c) substitutis decem  
 qui republ. regerent: || qui, nihil exemplo prio- 5  
 ris dominationis terri, eandem viam crudelita-  
 tis aggressi sunt. || Dum hæc aguntur, nuntiat 6  
 Lacedæmone, in bellum Athenienses exarsisse:  
 ad quod comprimendum, (d) Pausanias rex mit-  
 titur: || qui misericordia exulis populi permo- 7  
 tus, patriam miseris civibus restituit, & decem  
 tyrannos ex vrbe Eleusina migrare ad cæteros iu- 8  
 bet. || Quibus rebus cum pax statuta esset, inter-  
 iectis diebus, repente tyranni non minus restitu- 9  
 tos exules, quam se in exilium actos indignantes,  
 Q V A S I vero aliorum libertas, sua seruitus esset;  
 bellum Atheniensibus inferunt: || sed ad collo- 10  
 quium, veluti dominationem recepturi, progres-  
 si, per insidias comprehensi, ut pacis victima tru-  
 cidantur; populus quem emigrare iusserant, in  
 urbem reuocatur. || Atque ita per multa mem- 11  
 bra ciuitas dissipata, in vnum (e) tantum corpus  
 redigitur; & ne qua dissensio ex ante actis nasce- 12  
 retur, omnes iureiurando obstringuntur, (f) dis-  
 cordiarum obliuionem fore. || Interea Thebani  
 Corinthiique legatos ad Lacedæmonios mit-  
 tunt;

tunt; qui ex manubiis, portionem prædæ com-  
 1; munis belli periculique peterent. || quibus ne-  
 gatis, non quidem aperte bellum aduersus Lacedæ-  
 monios decernunt: sed tacitis animis tan-  
 tam iram concipiunt, ut subesse bellum intelli-  
 gi posset.

Num. 1. (a) *Magna voce Thraſybulus* ] Non Thraſybulus, sed Cleocritus, Myſtarum præco vocaliſſimus. Xenoph. hiſtor. Græc. lib. 2. b. quo loco refertur hæc oratio.

3 (b) *Sacerotum communium* ] Ita Curtius 9, 10, 28. *Sacerotum ſocietatem* vocat Plinius panegy. c. 37, pr.

4 (c) *Subſtitutis decem* ] Prætoribus. Probus in Thraſybul. B.

6 (d) *Pauſanias* ] Et ante eum Lyſander cum XL nauibus. Diodor. 14, 24. Hic autem pacem fecit non miſericordia, ſed ſimul quod Lyſandro inuideret, ſimul etiam quod Spartani male apud Græcos auiate intellexeret. Diodorus ibid. quem vide, & Xenophonem hiſt. Græc. lib. 2. B.

10 (e) *Tantum* ] An forte tandem legendum? Fr.

11 (f) *Discordiarum obliuionem* ] *Ἀμνηſίας*. Cicero Philipp. 7. c. 1. Val. Max. 4, 1. Plutarchus Cicerone. *Μη μνηſτικῶν*. Xenoph. hiſt. Græc. lib. 2. Et ita Siculus inter fe pacem feciſſe refert Thucyd. 4, 12, 33. *ut poſiti arma, ſinguli qua tuum haberent in poteſtate, retinerent*. B. Itemque Lacedæmonios cum Athenienſibus. Idem 4, 23, 7. In Dione Caſſio lib. 44. extat oratio Ciceronis, qua Thraſybuli exemplo. Romanis Annethian ſeu Oblinonum legem (ita Probo in) Thraſ. vocatam, Floro 4, 6, 4. *Abolitionem* iuſiſit. Adde Sueton. Claud. c. 11. princ. Velleium 2, 8, 4. Florum ſine libri 3, Vopifcum in Aureliano cap. 39.

## CAP. XI.

1 **E**odem fere tempore (a) Darius rex Perſarum  
 moritur, (b) Artaxerxe & Cyro filiis reli-  
 2 ctis. || Regnum (c) Artaxerxi, Cyro (d) ciuita-  
 tes, quarum præfectus erat, teſtamento legauit.  
 3 || Sed Cyro (e) iudicium patris, iniuria videba-  
 tur. Itaque occulte aduerſus fratrem bellum pa-  
 4 rabat. || quod cum nuntiatum Artaxerxi eſſet,  
 accerſitum ad ſe fratrem, & innocentiam diſſi-

mulatione belli simulantem, (f) compedibus au-  
 reis vinxit; interfecissetque, ni mater prohibuif-  
 set. ¶ Dimissus igitur Cyrus, iam non occulte 5  
 bellum, sed palam; nec per dissimulationem, sed  
 aperta professione parare cœpit: auxilia vndique  
 contrahit. ¶ Lacedamonii memores Athenien- 6  
 si bello enixe se eius opera adiutos, velut igno-  
 rantes contra quem bellum pararetur, decernunt  
 auxilia Cyro mittenda, vbi res eius exegisset:  
 ¶ quarentes apud Cyrum gratiam, & apud Ar- 7  
 taxerxem, si vicisset, veniæ patrociniâ, cum nihil  
 aduersus eum aperte decreuissent. ¶ Sed cum in 8  
 bello (g) fors prælii vtrunque fratrem pugna  
 obtulisset, prior Artaxerxes à fratre vulneratus;  
 ¶ quem cum equi fuga periculo subtraxisset, Cy- 9  
 rus à cohorte regia oppressus, interficitur. Sic vi-  
 ctor Artaxerxes, & præda fraterni belli, & exer-  
 citu potitur. ¶ In eo prælio decem millia Græco- 10  
 rum in auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu, in  
 quo steterant, vicerunt; & post mortem Cyri, ne-  
 que armis à tanto exercitu vinci, neque dolo capi  
 potuerunt; ¶ reuertentesque inter tot indomitas 11  
 nationes, & barbaras gentes, per tanta itineris  
 spatia virtute se vsque terminos patriæ defende-  
 runt.

Num. 1. (a) *Darius*] Diodorus 13, 108. De Cyri (cognomen  
 minoris) *ἀνακτορα*, id est, vt Hieronymus loquitur, *ascensu*, Xe-  
 noph. Diodor. 14, 20, & seqq. Plutarch. in Artaxerx. B. Oro-  
 sius 2, 18.

Ibid. (b) *Artaxerxes*] Qui ante regnum *Arseus*, vel vt Cte-  
 sias *Arseus* dicebatur: post *Mæmon* est cognominatus. B. Alius  
 supra 3, 1, 4.

2 (c) *Artaxerxi*] Quippe natu maiori, etsi patre adhuc pri-  
 uato genitus esset. Contra Xerxes supra 2, 10, 2. vbi citatis auto-  
 ribus in primis adde H. Grotium de iure belli & pacis, 2, 7, 28.

Ibid. (d) *Ciuitates*] Lydiam & maritimas ciuitates. Plut.

3 (e) *Iudicium*] hoc est, Testamentum, quod & *supremum iu-  
 dicitum* dicitur in libris iuris, vt etiam apud Suetonium in Aug.  
 66, 8. *amicorum supremæ iudicia morose sume persequitur*. Causa est,  
 quod si inquam homo, tunc certe quando testamentum condidit,  
 ad iurandi lancem omnia exigit. Quam in rem videatur egregius  
 locus apud Senecam lib. 4. de Benef. cap. 11. item in fine libri 1.

4 (f) *Compedibus aureis*] Ne scilicet familiaris regis honos non  
 haberetur. Qua causa quoque Darium Bessi & Nabarzanis conspi-  
 ratione prehensum, aut eis compedibus catenisque vinctum fuisse  
 scribit Curtius 5, 12, 26, & Noster II, 15, 1. Vide Dionis Chryso-  
 st. orationem vltimam.

5 (g) *Ferris prælii*] Η' τὴν Diodorus 14, 24, B.

POMPEII TROGI  
 EPITOMA HISTO-  
 Riarum.  
 LIBER VI.  
 CAP. I.

Lacedamonii MORE ingenij humani, (a) quo  
 plura habent, eo ampliora cupientes, non  
 contenti accessione Atheniensium opum vires sibi  
 duplicatas, totius Asiæ imperium affectare cœpe-  
 runt: sed maior pars sub regno Persarum erat.  
 2 ¶ Itaque (b) Herculides dux in hanc militiam  
 electus, cum videret sibi aduersus duos præfectos  
 Artaxerxis regis, Pharnabazum & Tissafernem,  
 maximarum gentium viribus succinctos, dimi-  
 3 candum, (c) pacificari cum altero statuit. ¶ Aptior  
 visus Tissafernes, vir & industria potior, & mili-  
 4 tibus (d) Cyri quondam regis instructor, in col-  
 loquium vocatur, & statutis conditionibus, ab  
 armis dimittitur. ¶ Hanc rem Pharnabazus apud

communem regem (e) criminatur, ut Lacedæmonios Asiā ingressos non repulerit armis, sed impensis regis aluerit; merceturque ab his ut differant bella, (f) quam gerant, || tanquam non ad vnius summam imperii detrimentum omne perueniat. || INDIGNVM ait bella non perfici, sed redimi; hostem precio, non armis summoueri. || His vocibus regem Tissafertum alienarum (g) hortatur, ut in locum eius, naturalis belli ducem eligat Conona Atheniensem, qui amissa bello patria Cypri exulabat: || quippe Atheniensibus, etsi fractæ sint opes, manere tamen naualem usum, nec seligendus sit ex vniuersis, meliorem alium esse. || Acceptis igitur vniuersis talentis, 9 insus est Conona classi præficere.

## NOTÆ AD LIBRVM VI.

1 Nam. (a) Quo plura &c.] Senec. de Benef. 2. 27. Eo maior est expensis, quo maiora veniant: multoque concitator est auaritia in magnarum opum congestu collocata, ut flamma in infinito acrior vis est, quo ex maiore incendio emicuit.

2 (b) Hercyliades] Dercyllidas Xenoph. lib. 3. Diodoro 14. 39. Plutarcho in Artaxerxe, quos vide. Huc spectat Trogi Pompeii fragmentum apud Priscianum lib. 6 cuius etiam Mss. habent, ab Herculide. Orosius 3. 1. vocat Hercyliadem. Dercyllidæ meminit & Plutarchus in Apophth. Lacon. B.

3 Ibid. (c) Pacificandam cum altero] Prudentia huius exempla alia vide infra 7. 6. 5. & 29. 2. 8. Thucyd. 1. 10. 18. Pachymer. hist. Byzant. t. 3. Apophthegma Imp. Rudolphi I. Quisquam tres literas habet, duas, si poterit, componat, refertur a Lipsio Miscell. epist. 3. 77.

4 (d) Cypri quondam regu] Mala hæc aut lætio, aut scriptio. Ficinshen.

5 (e) Criminatur] Orof. 3. 1. desert ut proditorem. Ms. P. Danielus, desert. Vide Nonium. Tacit. annal. 3. 4. Pars multo maxima turmanes dominos variis rumoribus differebant. Petronius: Aliquando ille causanos quoridie collident, & per totam urbem rumoribus differunt. Ita malo, quam deserere. Hæc Bongarsius. Ita Tacit. annal. 3. 12. & 4. 25. Differri per externos, per manipulos. Sueton.

Aug.

Aug. 14. 2. Rumore ab obreftatoribus dilato. Planissime nostrati responderi Auftragen] hoc est, diiulgare. in illo tamen Orofii loco retinendum desert, non dubito.

Ibid. (f) Quam gerant] Plauto familiaris locutio: subintelligendum potius, quod in vno codice refertur, aut magis, Plaut. Rud. 4. 4. 70. Tacita bona si mulier semper, quam loquens. Terent. Eunuch. Prolog. Qui placere se fideat boni, Quam pluribus. B. Sallust. Catil. 5. 1. Fortuna rei causam esse lubricitatem quam ex vero celebrat. Tacit. annal. 3. 32. Nobilitatem sine probro actam, honori quam ignominiam habendam ducere. Græcismus est. Ita Thucyd. 2. 18. 10. Τῆ δουάμει πέντοι ἢ τῆ γνάμει πείρησιαι. Nazianzenus: θία τύχης παλαμύων, ἢ φεγάθ πείθων.

7 (g) Hortatur, ut in locum] Ita & Diodorus 14. 40. Pausanias Atticis id Euagora Cyprio regi tribuit. Vide Probum Conone. B.

## CAP. II.

1 His cognitis, Lacedæmonii & ipsi à rege Egypti (a) Hercynione auxilia naualis belli per  
2 legatos petunt, || à quo centum triremes, & sexcenta millia modiorum frumenti missa: à ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta sunt.  
3 || Sed (b) tanto exercitui, & contra tantum ducem, deerat dignus imperator. || Itaque postulantibus sociis Agefilaum ducem, & regem tunc Lacedæmoniorum: propter (c) responsum oraculi Delphici, diu Lacedæmonii, an eum summæ  
4 rei præponerent, deliberauerunt: || quibus futurus imperii finis denuntiabatur, cum regium claudicasset imperium: erat enim pede claudus.  
5 || Ad postremum statuerunt, & MELIUS esse necessu regem, quam imperio regnum claudicare.  
6 || Posteaquam Agefilaum cum ingentibus copiis in Asiā miseret: non facile dixerim quod aliud  
7 par ducum tam bene comparatum fuerit: || quippe ætas, virtus, consilium, sapientia utrique prope  
8 una:



vna: gloria quoque rerum gestarum eadem: || qui- 9  
 bus cum paria omnia fortuna dederit; invictum  
 tamen ab altero vtrunque setrauit. || Magnus 10  
 igitur amorum apparatus belli, magnæ res ge-  
 stæ fuerunt. || Sed Cononem seditio militum in- 11  
 uadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soli-  
 ti erant, eo instantius debita poscentibus; quo  
 grauiorem sub magno duce militiam præsume-  
 bant. || Itaque Conon diu rege per epistolas fru- 12  
 stra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit:  
 || à cuius aspectu & colloquio prohibitus est; 13  
 quod eum more Perfarum (d) adorare nollet:  
 || agit tamen cum eo per internuntios, & queri- 14  
 tur opulenti sumi regis bella inopia (e) dilabi, & qui ex-  
 ercitiū parem hostibus habeat, pecunia vincit, qua præ-  
 flet; inferioremque eum ea parte virium inueniri, qua 15  
 longe superior sit. || Postulat dari sibi (f) ministrum  
 impendæ, quia pluribus id mandare perniciosum 16  
 sit. || Dato stipendio, ad classē remittitur: nec  
 moram agendis rebus facit: multa fortiter, mul-  
 ta feliciter agit: agros hostiles vastat: vrbes expu-  
 gnat; & quali tempesta quædam cuncta proster-  
 nit. || Quibus rebus territi Lacedæmonii, ad pa- 17  
 triæ subsidium, reuocandum ab Asia Agefilæum  
 decernunt.

Num. t. (a) *Hercyniæ*] Veteres hic variant: quidam *Mercyni-  
 æ*: alii *Mercymoni*: alii *Inercymoni*. *Hercyniæ* habet etiam Oro-  
 sus 3, 1. Diodoro 14, 30. est *Νεφγεία*. B. Quomodo fere Eusebi-  
 in Chron. *Nepherici*.

1 (b) *Tanto exerc.*] Ita supra 2, 10, 27.

4 (c) *Responsum oracule*] Quod extat apud Pausaniam Laco-  
 nicis, & Plutarchum Agefilæo. Vide etiam Xenoph. lib. 3. histor.  
 Græc. & in Agefil. Vide & Probum ibidem. B.

13 (d) *Adorare*] Probus in Conone, *υενεταρικη* quæ *προσκυνωσις*  
 illi

illi vocant. B. Adde Curtium 6. 6, 3. & 8, 5, 11. & 8, 5, 42 De Persi-  
 co hoc adorationis ritu plura Brisson lib. 1. de regno Pers.

14 (c) *Dilabi*] Bong. *delabi*. *Fractuli* quod etiam in Mss. ex-  
 tar. Ita Sallust. Ing. 10, 8. *Discordia res maxima dilabuntur*. hoc est  
 sensim dissolubuntur, pessum eunt.

15 (f) *Ministrum impendæ*] *Taxiar*. Diodorus 14, 82. B. Male  
 alii *Μαθηριον*, & ad ipsum Cononem referant.

## CAP. III.

- 1 **I**nterim (a) Pisandrus ab Agefilæo proficiscen-  
 te dux patriæ relictus, ingentem classē sum-  
 mis viribus instruit, fortunam belli tentaturus.  
 2 Necnon & Conon tunc primum cū hostium exer-  
 citu concursurus, (b) magna cura ordinat suos.  
 3 Summa igitur (c) non tam ductum in eo prælio,  
 4 quam militum æmulatio fuit. || Nam & ipse dux  
 Conon non tam Persis, quam patriæ studebat;  
 5 & sicut afflictiis Atheniensium rebus, auctor a-  
 missæ dominationis fuerat: sic volebat idem ha-  
 beri reddita, patriamque vincendo recipere,  
 quam victus amiserat: || eo (d) speciosius, quod ne  
 6 ipsorum quidem Atheniensium, sed alieni imperii  
 viribus dimicet; pugnaturus periculo regis, vi-  
 cturus præmio patriæ; gloriæque diuersis arti-  
 7 bus, quam priores ciuitatis suæ duces consecutu-  
 rus: || quippe illos vincendo Persas, patriam defen-  
 disse: se Persas victores faciendo, restitutum pa-  
 8 triam esse. || Porro Pisandrus pro (e) coniunctio-  
 ne Agefilæi, etiam virtutum æmulator erat; con-  
 tendebatque ne à rebus gestis eius, & gloriæ  
 splendore decederet; nevetor bellis ac seculis  
 9 uerteret. || Eadem [militum] & omnium (f) reg-  
 gū cura erat, (g) quos maior sollicitudo cruciabat,

non tam ne ipsi quæsitæ opes amitterent, quam ne pristina Atheniensis reciperent. ¶ Sed quantum maius prælium fuit, tanto & clarior victoria Cononis. ¶ Victi (b) Lacedæmonii fugam capessunt; præsidia hostium Athenis deducuntur: ¶ populo restituta dignitate conditio servilis eripitur: multæ quoque ciuitates recipiuntur.

Num. 1. (a) *Pisandrus*] Ita Mss. omnes vulgo *Lysander*, contra historiam. Græcis est Πισανδρος. Xenoph. lib. 4. Plutarch. Agefilao, & Probus. Diodoro 14, 24. est Πισιστος. & v. alii notarunt mendose. B.

2 (b) *Magna*] Non male Mss. ex magna. Ita Florus 1, 9, 5.

3 (c) *Non tam ducum in eo prælio quam militum*] Freinshemio, hæc ita transponenti, non tam militum in eo prælio quam ducum, suffragatur num. sequens, & magis antecedens duo. Er. Modius, cum omnes & sui & hongiariani Mss. habeant, non ducum tantum in eo prælio, quam &c. & videtur illud tantum adiectum ab eo, qui alioqui parum plenam hanc locutionem putabat. legendum censeret, non ducum in eo prælio, quam militum, vt subaudiatur *vt tam*. Quomodo Curtius 7, 7, 39. *Nec me ars mea, quam benevolentia perturbat. Et Ausinius ipse 27, 3, 10. Non ausinus debito, quam hosti sit illis.* Cum omnia exputo, mens auctoris, quicquid ipse scripserit, ita legi postulat: tam ducum in eo prælio, quam militum. vel, non tantum ducum i. e. p. sed & militum. Nam ecce mox subiicitur assertionis ratio primum de vtroque duce, Conone & Pisandro: deinde num. 9. de militibus ipsis.

6 (d) *Es speciosus*] Tacit. Agric. cap. 35. *Ingens virtute decus, citra Romanum sanguinem bellare.*

8 (e) *Coniunctione Agefilai*] Erat vxoris eius frater. B. Coniunctionem pro affinitate cognationeue sumit & Corn. Nepos in vita Pomp. Attici: *ipsum Pompeium coniunctum non offendit.* Quam lætionem infeliciter alii læcessunt, assentam à Iano Ruzgeffio var. lect. 2, 2.

9 (f) *Eadem [militum] & omnium regum cura erat*] Quinam sunt isti reges? Spartanorum? an Pælarum, aut alii? Nuga. Torfit me, fateor, hic locus, donec ingeniosissimus Sebifius suggestit, pro regum, legendum esse, *remigum*. Ita rursus autor infra 6, 9, 5. *militæ & remigæ coniungit.* Confirmat emendationem Orosius 3, t. vbi Nostrium, vt solet, lectus, hæc ipsa de re, *militæ, inquit, & remigæ, ipsique ductores, vno pariter in nauium eadem ardore rapiuntur.* Gem.

Geminus huic mendum detexit Lipsius in Velleio 2, 24, 2. *Vigebat in hac parte miles atque imperator: illa marcebant: (ita Freinshemius optime, cum esset antea, illam arcebant) omnia. hinc remigæ (male, reges) firmissimi: illinc inopia affectissimi.*

Ibid. (g) *Quos maior &c.*] Scribendum vel, quos maior sollicitæ, ne ipsi: vel potius, quos sollicitæ, erant, non tam ne ipsi &c. aut male cohærebit oratio.

ii (b) *Victi Lacedæm.*] Ad Cnidum. B.

## C A P. I V.

1 Hoc initium Atheniensibus resumendæ potentia, & (a) Lacedæmonii habendæ finis  
2 fuit. ¶ Namque VELVT cum imperio etiam  
3 virtutem perdidissent, contemni à finitimis ce-  
4 pere. ¶ Primi igitur (b) Thebani auxiliantibus  
5 Atheniensibus, bellum his intulere: ¶ quæ ciui-  
6 tax ex (c) infimis incrementis, virtute (d) Epami-  
7 nondæ ducis, ad spem imperii Græciæ erecta est.  
8 ¶ Fit itaque terrestre prælium, eadem Lacedæmo-  
9 niorum fortuna, qua pugnatum aduersus Cono-  
10 na nauali prælio fuerat. ¶ In eo bello (e) Lysan-  
11 der, quo duce Athenienses victi à Lacedæmonii  
12 fuerant, interficitur. ¶ Pausanias quoque alter  
13 dux Lacedæmoniorum conditionis acculatus, in  
14 exilium abiit. ¶ Igitur Thebani potius victoriam,  
15 vniuersum exercitum ad urbem Lacedæmonio-  
16 rum ducunt, facilem expugnationem rati, quo-  
17 niam deserti à sociis omnibus erant: ¶ quod me-  
18 tuentes Lacedæmonii, regem suum Agefilatum  
19 (f) ex Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defen-  
20 sionem patriæ arcessunt. ¶ Occiso enim Lysan-  
21 dro, nullius alterius fiduciam ducis habebant.  
22 ¶ Cuius quoniam serus aduentus erat, conscri-  
23 pto exercitu, ubi iam hosti procedunt. ¶ Sed  
H (g) VI.

(g) VICTIS, aduersus paulo antevictores, nec animus, neque vires pares fuere. Prima igitur congressione funduntur. || Deletis iam suorum I 3  
copiis, superuenit rex Agefilus, qui restituito praelio, non difficulter, recenti & multis expeditionibus induratus milite, hostibus victoriam eripuit, ipse tamen grauius laucitur.

Num. 1. (a) *Lacedæmonij habenda*] Iocrosates orat. ad Philip-pum, de Conone: *Lacedæmonij, nauanti praelio victor, aduenit imperium* &c. Orolius 3, 1. Magnitudine atque atrocitate belli istius, insulnatus ex hoc sempiternum Lacedæmoniorum statum. *Præna namque ex illo fuere, & retro sublapsum referri spes Spartanorum usque est.* Ita locus ille ex Mss. P. Danielis legendus est. B.

3 (b) *Thebani*] Et alii ad id pecunia Persarum inducitur. Fau-san. lib. 4. B.

4 (c) *Infiniu*] Ita quidam impressi, recte: alii *infiniu*. Mss. *fin-nitium*. B.

Ibid. (d) *Epaminonda*] De quo præter cæteros Plutarchus in Pelopida, & Probus in eius vita. Non vult Iustinus eum praelio interfuisse, quod Orolius 3, 2. putat: sed eius virtute auctam rem Thebanam. B.

6. (e) *Lyfander*] Apud Haliartum. Xenoph. 3. P. Plutarch. & Probus Lyfandro: Diodorus 14, 32. Pausanias Laconicis. B.

9 (f) *Ex Asia, qui ibi*] Pausan. lib. 3. & 4. De pugna ad Coronæam, vide supra citatos auctores: qui Agefilam non superue-nisse pugna, sed ab initio interfuisse referunt. B.

12 (g) *Sed velle* &c.] Sic infra 117, 3. Tacit. hist. 4, 2. *Quar-quam atrociter loquuntur, minor est apud victos animus.* Et *annal.* 14, 36. *hostes statim cessatos* Paullinus ait, *vbi ferram virtutemque vincuntium toties se se agnoscissent.* Adde eundem histor. 5, 16. Sal-lust. Jug. 106, 3. Liuium 2, 6, 15. 2, 65, 10. 4, 32, 3. 3, 16, 6. 34, 20, 7. Vi-de tamen quomodo Nicias suos ex clade confternatos erigat apud Thucyd. 7, 11, 9.

## C A P. V.

Quibus rebus cognitis, Athenienses verentes, I  
ne iterum Lacedæmonij victoribus, in pri-  
stinam sortem seruitutis redigentes, exercitum  
con-

2 contrahunt, || eumque in auxilium Bæotiorum  
per (a) Iphicratem, viginti quidem annos natum,  
3 sed magna indolis iuuenem, duci iubent. || Huius  
adolescentis supra ætatem virtus admirabilis  
4 fuit; || nec vnquam ante eum Athenienses, in-  
ter tot tantosque duces, aut spei maioris, aut in-  
5 dolis maturioris imperatore habuerunt; || in  
quo (b) non imperatoriæ tantum, verum & ora-  
6 toriæ (c) artes fuere. || Conon quoque, audito  
reditu Agefilai, & ipse ex Asia ad depopulandos  
7 Lacedæmoniorum agros reuertitur: || atque ita,  
vndique belli formidine circumstreperente, clausi  
Spartani ad summam desperationem redigun-  
8 tur. || Sed Conon vastatis hostium tertis, Athe-  
nas pergit: vbi magno ciuium gaudio exceptus,  
plus tamen tristitiæ ipse ex incensa, & diruta à  
Lacedæmonij patria, quam lætitiæ ex recupera-  
9 ta post tantum temporis, cepit. || Itaque quæ in-  
censa fuerant, prædarum sumptu & exercitu  
10 Persarum restituit: quæ diruta, reficit. || Fatum  
illud Athenarum fuit, vt ante à Persis cremata,  
(d) manibus eorum; & nunc à Lacedæmonij diru-  
ta, ex spoliis Lacedæmoniorum restitueren-  
11 tur: || verâ quoque vice, nunc haberent socios,  
quos tunc hostes habuerant; & hostes nunc pate-  
rentur, cum quibus iuncti tunc arctissimis societatis  
vinculis fuerant.

Num. 2. (a) *Iphicratem*] De quo præter superiores, Probus in eius vita. Hoc autem bellum quia circa Corinthum gerebatur, Corinthium est appellatum. *Κορινθιακός πόλεμος*. B.

3 (b) *Non imperatoriæ tant. ver. & orator.*] Talis Alexandri Magni pater infra 9, 8, 12. Cato apud Plin. 7, 27. Cæsar apud Suet. cap. 51. Plures alios eloquentia huius ac imperatoris artibus excellentes memorat auctor dialogi de Oratoribus cap. 37. & Ammian. Marcellin. 30, 11. Rara copula. Nam fere *virinatus militiæ*.

falsi sunt magni: ad verborum linguaque certamina rudes. Lilius 10. 22. 6. Auctoritas viro militari pro facundia. Tacit. annal. 13. 26. Huc respicit Hercules, Quid. Metam. 9. v. 29.

*melior mihi dextera lingua est.*

Ibid. (c) *Artes fuerit* ] Modii Ms. *artis magna fuerunt.*

10 (a) *Manibus eorum* ] recte vulgo *manibus*, contra libros & mentem auctoris. Orosius *Perfis adificantiibus*. Legendus Xenoph. 4. Diodo. us 14. 85. Pausanias Atticis. B.

## CAP. VI.

Dum hæc geruntur, (a) Artaxerxes rex Persarum, legatos in Græciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum: ciuitatis libertatem suaque omnia restituit: || quod non Græcia laboribus, assiduisque bellorum interneciuus odiis confulens fecit: || sed ne occupato sibi (b) Ægyptio bello, quod propter auxilia, aduersus præfectos suos Lacedæmonii missa, susceperat, exercitum sui in Græcia detinerentur. || Felli igitur tot bellis Græci, cupide paruere. || Hic (c) annus non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Græcia facta est: sed etiam eo quod eodem tempore (d) vrbs Romana a Gallis capta est. || Sed (e) Lacedæmonii securis insidiantes, absentiam Arcadum speculati, (f) castellum eorum expugnant, occupatoque præsidium imponunt. || Itaque armato instructoque exercitu, Arcades adhibitis in auxilium Thebanis, amissa bello repetunt. || In eo prælio Archidamus dux Lacedæmoniorum vulneratur: || qui cum cædi suos iam vt victos videret, per præconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. || Hoc (g) est enim signum apud Græcos victoriæ traditæ. Quæ confessione contenti Thebani, signum parcendi dedere.

Num.

Num. 1. (a) *Artaxerxes* ] Pax Antaleida dicta, quod esset eius opera impetrata. Xenoph. 5. Diodorus 14. 111. Plutarchus in Agefillo & Artaxere. B. Similiter, sed effectu dissimili, Tarentinorum legationem retret Lilius 9. 14. 1.

3 (b) *Ægyptio bello* ] Cypricum bellum commemorat Diodorus, in quod pace constituta incubuerit Artaxerxes. Nisi hæc de ea pace accipias, qua de Diodorus 35. 38. *Artaxerxes Ægyptium bellum illustrat*, quia magnam preceperit exercitus roborem conturbare cupiebat, dirimendum in Græcia bellorum contraxisset animum intendit &c. quæ compara cum Iulii verbis. Sed de Ægyptio bello vide Gemistum, & Plutarchum Artaxere. B.

5 (c) *Hic annus* ] Is fuit secundus Olympiadis nonagesimæ octauæ, ab V. C. 366.

Ibid. (d) *Vrbs Roma* ] Strabo extremo lib. 6. B. Polybius 1. 6. Lilius 3. 41. Florus 1. 39. Plutarchus Camillo, & plures.

6 (e) *Lacedæmonii securis* ] Lubet ex Ms. voces aliquot Orosio 3. 2. restituere. *Lacedæmonii*, inquit, *iniquissimi magis quam præconi*; & *furore potius quam virtute intolerabiles*, post bello posita, tentant furta bellorum. B.

Ibid. (f) *Castellum* ] *Κεφάλαιον*. Xenoph. hist. Græc. 6. Ciuitas est Peloponnesi. Stephan. De hoc bello vide Xenophontem. B.

10 (g) *Hoc est enim signum* ] Diodorus 17. 68. *ἀνθρώπων τὸν θεράπον, αὐτὸν περιτρέφοντες ἰσὺς ὀρεοδόξους*. B. Idem 19. 31 *Eumenes ad casus regressi proposuerat, tollere eos matronas, vt anteipsum hædæmus vitiosissimas certa sibi affereret*, vnde laudandi Nicia sumpta materia Plutarcho in eius vita cap. 13. Nam licet in more posuim esse, vt qui exoriam corpora per inducias receperant, renouare victoriæ viderentur, adeoque ne trophæum quidem erigere ite possent: (victores enim sunt qui prævalent: nec præualere videntur, qui petunt quod suis viribus capere non possunt) maluisse tamen Niciam profundere laurcam & decus, quam duos ciues, inhumatos relinquere, Quale quid eximie de Atheniensibus memorat Thucydides 4. 9. 8.

## CAP. VII.

Paucis deinde post diebus, neutris quicquam hostile facientibus, cum quasi (a) tacito consensu induciæ essent, Lacedæmonii alia bella aduersus finitimos gerentibus, Thebani Epami-

H 3 non



nonda duce, occupandæ urbis eorum spem ceperunt. || Igitur (b) principio noctis, taciti Lacedæmonia proficiscuntur: non tamen aggressi incautos potuerunt. || Quippe senes, & cetera imbellis ætas, cum aduentum hostium præsensissent, in ipsis portarum angustiis armati occurrunt; || & aduersus quindecim milia militum, non amplius centum iam effœta ætatis viri, pugna se offerunt. || TANTVM animorum virumque, patriæ & penatium conspectus subministrat; tantoque præsentia, quam recordatione sui, maiores spiritus largiuntur. || Nam vt videre, inter quæ, & pro quibus starent, aut vincendum sibi, aut moriendum censuerunt. || Pauci igitur sustinuerunt senes aciem, cui par ante diem vniuersa iuuentus esse non potuit. || In eo prælio duo duces hostium cecidere. || Cum interim, Agesilai aduentu nunciato, Thebani recesserunt: (c) nec bellum diu dilatatum: || siquidem Spartanorum iuuentus, sehum virtute & gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continenti, acie decerneret. || Cum victoria Thebanorum esset, Epaminondas, dum non ducibus tantum, verum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauius vulneratur. || Quo audito, his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor iniicitur; || atque ita veluti ex (d) placito consensu à prælio disceditur,

Num. 1. (a) *Tacito consensu inducia* ] Que inducia tacite dicuntur Liiuo 2. p. 14. 2. 64. 9. & 23. 46. 5. B. Ex sunt, quæ sine pacto, mutuo velut consensu fiunt.

2 (b) *Principio noctis* ] Vide Plutarchum Agesilao: Frontinum 1. 11. B.

9 (c) *Nec bellum diu dilatatum* ] Prælium ad Mantineam, de quo Xenophon lib. 7. Diodorus 15. 84. & seqq. Plutarchus Agesilao & apophth.

apophth. Lacon, Probus Epaminonda; Pausan. Bœoticis: Strabo lib. 8. præter quos de Epaminonda morte legendus Cicero fam. epist. 5. 12. Val. Max. 3. 2. Ælian. 12. 9. Pausanias Atticis & Arcadicis, quem sequitur Orofius 3. 7.

13 (d) *Plecto* ] forte *taçite*, vt est & supra hoc ipso cap. num. 1.

¶ Hucusque Xenophon, cuius historiam prosequitur Diodorus 15. & Gemistus Plecto. B.

## CAP. VIII.

Post paucos deinde dies Epaminondas decedit, (a) cum quo vires quoque reipubl. ceciderunt. || Nam SICVTI telo si primam aciem (b) præfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo velut mucrone telis ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt: vt non tam illum amisisse, quam (c) cum illo interiisse omnes viderentur. || Nam neque hunc ante ducem vllum memorabile bellum gessere; nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere: vt manifestum sit, patriæ gloriam & natam, & extinctam cum eo fuisse. || Fuit autem incertum, (d) vir melior, an dux esset. || Nam & imperiû (e) non sibi semper, sed patriæ quaesivit: || & pecuniæ adeo parcus fuit, vt (f) sumptus funeri de fuerit. || Gloria quoque non cupidior quam pecuniæ: quippe (g) recusanti, omnia impéria ingesta sunt: || honoresque ita gessit, vt ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videretur. || Iam (h) litterarum studium, iam philosophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde tam insignis militia scientia homini inter literas nato. || Neque ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit. || Nam vt relatus in castra semiamimis, vocem spiritumque collegit, (i) id vnum à circum-

cumstantibus requisivit, num cadenti sibi scurum ademisset hostis. || Quod vt seruatum audiuit, allatumque, velut laborum gloriaeque focium osculatus est. || Iterum quaesivit, *vti visisset.* Vt audiuit Thebanos, Bene habere se rem, dixit: atque ita velut gratulabundus patriae, exspiravit.

Num. 2. (a) Cum quo vires ] Adeo vere Tacitus Germ. cap. 30. plus reponendum in duce quam exercitu. Curtius 10, 6, 13. Militari sine duce turba, corpus est sine anima, Florus 2, 18, 15. Tantus est exercitus, quanti imperator.

2 (b) Praefegerit ] Ita Ms. rectius opinor, quam haecenus editi, *perfrugerit.*

Ibid. (c) Cum illo interisse ] Unus homo pluri, quam ciuitas fuit, Probus Epam, in fin.

4 (d) Vir melior an dux esset ] Quae duo iuncta non nimis frequenter inuenias. Antonius Primus, pace pessimus; bello non spernendus, inquit Tacitus hist. 2, 86. Tarquinus, vniusq; in pace rex; dux belli non praeuus. Linius 1, 53, 1. C. Marius, vt si examinaret eum virtutibus vitia, haud facile sit dixit, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit, Idem epit. 80. Et quidem Arriololes Politic. 1, 9. in legendo duce, militaris peritiae maiorem quam virtutis aut morum rationem habendam esse tradit.

5 (e) Non sibi semper ] Sibi semper non sibi, alio & vero sensu.

6 (f) Vt sumptus suauis des ] Idem de Aristide Plutarchus in eius vita cap. 52. & de P. Valerio Linius 2, 16, 7. deque Mennio 2, 33, 13.

7 (g) Recusanti imperia inegit ] Imper. Traianus Praefectum praeatorum non exingerentibus, sed ex subtrahentibus legit. Plin. paneg. c. 86. Sed & de ipso Traiano cap. 5. Recusati aut enim imperare, recusabat; quod bene erat imperatori. Adde Lamprid. in Alex. Seuero c. 19. item 1, 31. C. de Episc. & Cler. Saepe tamen recusare, ambigam, ac potius illam interpretationem habet, tanquam mmorem (hoc est, muneri imparem te) patet. Plin. ibid. c. 19.

9 (h) Litterarum studium ] In quo praetorem habuit Lyfidem Tarentinum Pythagorem. Cicero de Oratore 3, 34. Diodor. 16, 2. Diogenes Laert. in Pythagora: Probus in Epam.

11 (i) Id unum &c. ] De Philopomene non dissimilia Linius 39, 50, 9.

## CAP.

## CAP. IX.

1 Huius morte etiam Atheniensium virtus in-  
2 tercidit. || Siquidem (a) AMISSO cui amu-  
3 lari consueuerant, in segnitiam torporemque re-  
4 soluti, || non (b) vt olim in classem exercitus-  
5 que, sed in dies festos apparatusque ludorum, re-  
6 ditus publicos effundunt; || & cum actoribus  
7 nobilissimis poetisque theatra celebrant, fre-  
8 quentius scenam quam castra visentes; verfica-  
9 toresque meliores, quam duces laudantes. || Tunc  
10 vctigal publicum, quo antea milites & remiges  
11 alebantur, (c) cum urbano populo diuidi ceptum  
12 est. || Quibus rebus effectum est, vt inter otia  
13 Graecorum, sordidum & obscurum antea, Mace-  
14 donum nomen emergeret: || & (d) Philippus  
15 obfes triennio Thebis habitus, (e) Epaminonda  
16 & Pelopida virtutibus eruditus, regnum Mace-  
17 doniae, Graeciae & Asiae (f) ceruicibus, velut iugum seruitutis imponeret.

Num. 2. (a) Amisisti cui amulari cons. ] Ea nimiam de causa Scipio Nafica Carthaginem seruandam, nec ex seuentia Catonis excidendam pronunciauit, ne metu ablato amula urbis, luxuriari scilicet al' Vrba inciperet. Florus 2, 15, 2.

3, 4, 5 ] Iunge Plutarch. lib. de Gloria Atheniens. cap. 10. & 11.

3 (b) Non, vt olim, in classem ] Hae delicias tam arte sunt amplexi, vt capitis poenam indicerent, si quis de pecunia publica ad militiam prisum vsum reuocanda, verba facere inquam auderet, quod Libanius refert in Argumento Olynth. 1. Demosth. Conatum tamen esse Demosthenem, apparet ex prima eius tertiaque Olynthiaca.

5 (c) Cum urbano pop. diuidi captum est ] Sibi, urbano pop. diuidi captum, in casu dandi. Bene, Cicero ad Attic. lib. 1. numquam vobis diuidere solebat, hoc est, distributa. Διυιδιμω το ζεχμωλω inquit Libanius modo citato loco.

7 (d) Philippus obfes ] ab Alexandro fratre datus. Orofius 3, 12.

Ibid. (e) Epaminond. ] Diodorus 16, 2.

Ibid. (f) Ceruicibus. ] Ita Curtius 7, 7, 1.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-

RIARVM.

LIBER VII.

CAP. I.

Macedonia (a) ante nomine (b) Emathio- 1  
nis regis, cuius prima virtutis experimenta  
in illis locis extant, Emathia cognominata est.  
¶ Huius sicuti incrementa modica, ita termini 2  
perangusti fuerunt. ¶ Populus Pelasgi, regio Bæo- 3  
tia dicebatur. ¶ Sed. postea virtute regum, & 4  
gentis industria, (c) subactis primo finitimis, mox  
populis nationibusque, imperium vsque extre-  
mos Orientis terminos prolatum. ¶ In regione 5  
(d) Pæonia, quæ nunc portio est Macedonia, re-  
gnasse fertur (e) Pelegon pater Asteropæi, cuius  
Troiano bello, inter clarissimos vindices vrbis,  
nomen accepimus. ¶ Ex alio latere in Europa reg- 6  
num (f) Europus nomine tenuit. ¶ Sed & (g) 7  
Cæranus cum magna multitudine Græcorum, se-  
des in Macedonia responso oraculi iussus quære-  
re, cū in Emathiam venisset, vrbem (h) Ædeslam,  
non sentientibus oppidanis, propter imbrium &  
nebulæ magnitudinem, gregem caprarum, im- 8  
brem fugientium, secutus occupauit; ¶ reuoca- 8  
tusque in memoriam oraculi, quo iussus erat, du-  
cibus capris imperium querere, regni sedem statuit;  
¶ religioseque postea obseruauit, quocumque 9  
agmen moueret, ante signa easdem capras habue-  
rat

10 rat auctores. ¶ Vrbem Ædeslam, ob memoriam  
muneris (i) Ægeas, populum Ægeatas, vocauit.  
11 ¶ Pulso deinde Mida (nam is quoque portionem  
Macedonia tenuit) aliisque regibus (k) pulsus, in  
12 locum omnium solus successit; ¶ primusque  
adunatis gentibus variorum populorum, (l) velu-  
ti vnum corpus Macedonia fecit; crescentique  
regno, valida incrementorum fundamenta con-  
stituit.

NOTÆ AD LIBRUM VII.

Num. 1. (a) Macedonia] Diſta à Macedone Oſiris filio.  
Diodor. lib. 1. alijs Iouis filio & Deucalioni nepote. Steph. de vr-  
bib. Solinus cap. 14. Eustath. in Dionys. apud quem & Helychium  
Mæceria dicitur, & Mæceab. 1. 1. 1. terra Cethim. Est autem Cethim  
Genes. 10. 4. filius Iauan, & Danielis 11. per Iauan Græci in-  
telliguntur. Inde Mæceia sunt Macedones. Aufon. in clar. vrbib.  
Mæceronque atollite nomen. B. Macedonia descriptionem am-  
plioiorem vide 2. apud Plinium. 6. 10. quo auctore illa olim complexa  
fuit populos CL. Adde Liuium 41. 29.

Ibid. Antea nominis] Mss. antea nom. quod Seb. recte diuidit  
ante a nom.

Ibid. (b) Emathionis] Ita Probus 1. Georg. Virgillii. Emathium  
vocat Solinus cap. 9. quem facit genuinum terra, id est *αὐτὸ γένος*  
10. B.

4 (c) Subactis pr. fin.] Ita Ninus supra 1. 1. §. & Romani,  
Flor. 1. 9. 11.

5 (d) Pæonia] A qua olim Macedonia Pæonia dicebatur. Li-  
uius 40. 3. 2. B.

Ibid. (e) Pelegon] vel Pelegonus. Monitu Pauli Leopardi  
emendation. 17. 10. & Ioan. Hartungi locor. memorabil. decur.  
2. 2. 3. reddidi auctori suam vocem. Is enim est pater Asteropæi, teste  
Homero Iliad. 21. 140. & Strabone epitome octaua. Veteres  
Mss. omnes (teste Bong.) & hætenus editi, Telegonus habent,  
quod est Vlyssis filii nomen, alienum ab hoc loco.

6 (f) Europus nomine] Sic amat loqui noster: vt 1. 9. 2.  
13. 2. 7. 21. 1. 1. Vell. 7. 5. 2. Ita nomen ducenta numero, sup. 2. 10. 10.  
Cæteum Europus ille Macedonia filius fuit, à quo Europus Macedo-  
nia

doniz vrbis. Stephan. in vrbib; & Thucyd. 2. 27. 36. At Eustathius in Lycophronem, eundem cuiusdam Himeri facit filium, à quo nominatam Europam credibile est. Quamquam etymon Europæ, mortalium nemini compertum tradit Herodotus 4. 45.

7 (g) *Ceramus* ] Solinus cap. 9. & ita emendandus Eusebius, ex Mss. B. apud quem est *Cramus*. Velleius 1, 6, 5. hunc generum regis fuisse dicit: Suidas tantum *ορανον* ex *Herculu* posteru.

Ibid. (h) *Medesam* ] Ptolemæus lib. 3 c. 13. *μεδισσας* commemorat. B.

10 (i) *Ægæa* ] *Ægæa* vocat Plinius 4. 10. & Solinus cap. 9. Ptolemæo 3, 13 est *αιγαια*. B. Salmastius ad Solin. 136. A. 1. tradit, in Plinii libris Mss. haberi *Ægiæ*, quod est Græcæ *Αιγιάς*, nam utroque modo dici, & *Αιγιάς*, & *Αιγίας*. Latine *Ægiæ* vel *Ægæa*, quasi *Capræ* dixeris: & à dissyllabo quidem esse gentile *Αιγιάων*: à trissyllabo *Αιγιάων*, quomodo & hic referimus, *Ægeatæ*, (quomodo & Tacit. annal. 2, 47.) cum hæcenus editi omnes *Ægeatæ* habeant.

11 (k) *Pulsis* ] Abundare videtur.

12 (l) *Velut unius corpus* ] Florus 1, 4, 16.

## CAP. II.

Post hunc (a) Perdicca regnavit, cuius & vita  
 illustris, & (b) mortis postrema, veluti ex ora-  
 culo præcepta, memorabilia fuere: || siquidem  
 senex moriens, (c) Argæo filio monstravit lo-  
 cum, quo condi vellet; ibique non sua tantum,  
 sed & succedentium sibi regum ossa poni iussit;  
 || præfatus, quoad ibi conditæ posterorum reli-  
 quia forent, regnum in familia mansurum: || cre-  
 duntque hac superstitione extinctam in Alexan-  
 dro stirpem, quia locum sepultura mutaverit.  
 || Argæus moderate, & cum amore popularium  
 administrato regno, successorem filium Philip-  
 pum reliquit: qui immatura morte raptus, (d) Eu-  
 ropum parvulum admodum instituit heredem.  
 || Sed Macedonibus assidua certamina cum Thra-  
 cibis

cibus & Illyriis fuere: (e) QUORVM armis  
 veluti quotidiano exercitio indurati, gloria belli-  
 cæ laudis finitimos terrebat. || Igitur Illyrii in-  
 fantiam regis pupilli contemnentis, bello Macedo-  
 nas aggrediuntur: || qui prælio pulsi, (f) rege  
 suo in cunis prolato, & pone aciemposito, acrius  
 certamen repetiunt: || TANQVAM ideo victi  
 fuissent antea, quod bellantibus sibi regis sui au-  
 spicia defuissent; || futuri vel propterea victores,  
 quod ex superstitione animum vincendi cepe-  
 rant: || simul & miseratio eos infantis tenebat,  
 quem, si victi forent, (g) captivum de rege factu-  
 ri videbantur. || Conferto itaque prælio, magna  
 cæde Illyrios fudere, offenseruntque hostibus  
 suis, priore bello regem Macedonibus, non virtu-  
 tem defuisse. || Huic (h) Amyntas succedit, &  
 propria virtute, & Alexandri filii egregia indole  
 insigniter clarus: || cui Alexandro tanta omnium  
 virtutum natura ornata extitere, vt etiam  
 Olympio certamine, (i) vario ludicrorum genere  
 contenderit.

Num. 1. (a) *Perdicca* ] Herodotus 8, 139. *Περδικκας*, ὁ πρῶτος ἐστὶν ἡγεμὼν τῶν Ἰλλυρίων, inquit, quia primus rex in Macedonia nominatus est. Solinus cap. 9. Eusebius hunc quartum facit. Quomodo hic ad regnum perveniret, vide Herodotum 8, 137. Meminit & Thucydides 2, 21, 8. B.

Ibid. (b) *Mortis* ] Forte *morientis*. Freinshem.

2 (c) *Argæo* ] Eusebio *Αρχαῖος* est: Herodoto 8, 139. *Αρχαῖος*. B.

5 (d) *Europum* ] Herodotus 8, 139. *Αἰρεππον* vocat. vt Diodorus 14, 38. Et ita in Eusebio legendum ex vestigiis veteris scripturæ, non *Europi*. B.

6 (e) *Quorum armis* &c. ] Ita Florus, verum longe venustius 2, 1, 5.

8 (f) *Rege suo in cunis prolato* ] Marcellinus 26, 26. B. Panegy.



gyr. Nazarii c. 20. Illyrici quondam, deficientes Eropi (scrib. Euro-  
pi) regi infantiam, Macedones bello lacefferunt. Et prima qu-  
dam congressio secundum illos fuit: verum Macedones cum bellum  
reficerent, regem suum in curia ad aciem detulerunt. Cum illos ira, hoc  
miseratio; illos signorum cantus, hos pueri vagitus accenderet; mutata  
est ratio certaminis: vicerunt qui amore pugnabant. Eodem ex-  
emplo Franci pro Clothario contra Childebertum strenue pu-  
gnarunt, cum viderent Clotharium adhuc in cunis, & a matris  
Fredegundis vberibus pendente, agmen præcedere. Aimoinus  
de gestis Francor. lib. 3. cap. 81.

11 (g) *Capitulum de rege fæduri* Ita Florus 2, 6, 50. *fecerant  
de seruitute Romanos. Et.*

13 (b) *Hinc Amyntas* Alcetam interponit Herodotus 8, 139.  
& Eusebius in Chron. B. Mira est auctororum dissensio super suc-  
cessionem regum Macedonum. Vide omnino Scaligeri Canonum  
Isagogorum librum tertium.

14 (i) *Vario ludis. gen.* Puta cursu, saltu, iactu disci, iaculatione,  
& luctatione. Πύρκαλος quinquaginta vocant.

## CAP. III.

Cum interim Darius rex Persarum, turpi ab  
Scythia fuga summotus, ne vbiq; deformis  
militiæ damnis haberetur, mitit cum parte co-  
piarum (a) Megabazum ad subigendam Thra-  
ciam, ceteraque eius tractus regna: quibus pro  
ignobili momento erat accessura Macedonia.

Qui breui tempore exsecuto regis imperio, le-  
gatis ad Amyntam regem Macedonia missis, ob-  
sides in pignus futuræ pacis dari sibi postulabat.

Sed legati benigne excepti, inter epulas ebrieta-  
te crescente, rogant Amyntam, vt apparatus epula-  
rum adiciat ius familiaritatis, (b) adhibitis in con-  
iuium suis ac filii vxoribus: (c) id apud Persas ha-

beri pignus ac fædus hospitii. Quæ vt venerunt, pe-  
tulantius Persis eas contrectantibus, filius Amyn-  
tæ Alexander rogat patrem, respectu ætatis ac  
grauitatis suæ abiret coniuuium, pollicitus se ho-  
spitem temperaturum iocos. Quo digressio, me-  
liores

liores quoque paululum è coniuuium euocat, cul-  
tius exornaturus, gratioresque reducturus. In  
quarum locum matronali habitu exornatos iu-  
venes supponit; eosque petulantiam legatorum,  
ferro, quod sub veste gerebant, compefcere iubet.  
Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Me-  
gabazus, parte legati non redirent, mittit eo cum  
exercitus parum (d) Bubarem, vt in bellum facile  
& mediocre: dedignatus ipse ire, ne dehone-  
staretur prælio tam fædæ gentis. Sed Bubares  
ante bellum, amore filiz Amyntæ captus, omisso  
bello nuptias facit, depositisque hostilibus ani-  
mis, in affinitatis iura succedit.

Num. 1. (a) *Megabazum* Herodotus 5, 17. est *Megabazus*, à quo  
hæc narratio petenda est. B.

(b) *Adhibitis in coniuuium suis ac filii vxoribus* Ita disertim  
in duobus optimis suis Mss. legi scribit Modius, & vero legen-  
dum coniecit in libello variantium lectionum Bongartius: qui  
tamen edidit: *adhibitis in coniuuium suum filii & vxoribus*: & *filii  
sui esse pro filiabus*: sicut & diu pro deabus legitur. Priscian. lib.  
7. Sed quod est in seq. num. 5. & 6. *mulieres*, & *matronalis habitus*,  
ad filias virgines aptari non potest.

Ibid. (c) *Id apud Persas &c.* Contrarium Plutarctus adstrue-  
re videtur lib. 1. Sympoticor. cap. 1. *Persas scilicet non cum vxori-  
bus, sed pellicibus, inire coniuuium solere.* Nosteriple 41, 3, 2. de Par-  
tho- Persarum moribus: *Femina non coniuuium tantum vitiorum,  
verum etiam conspectum interdant.* Ita Valte ab Astero ad eorum  
proceribus Persis instruatam euocat, venire delectauit. Persi-  
cum morem causata, quo mulieres viribus coniuuiis arceban-  
tur, vniuse que coniugum oculis conspiciendas præbebant. Io-  
seph. antiq. Iud. 11. sub initium capituli 6. Vid. Curt. 5. 1. 67.

(d) *Bubares* *Βυβαρης.* Herodotus filiam Amyntæ vocat  
Gygram lib. 5. & 8. B.

## CAP. IV.

Post discessum à Macedonia Bubaris, Amyntas  
rex decedit, cuius filio & ( ) successori Alexan-  
dro, cognatio Bubaris non Darii tantum tempo-  
ris pacem præstitit: verum etiam Xerxem adeo  
con-

conciliauit, vt cum Græciam veluti tempeſtas  
quædam occupaffet, inter Olympum Hamum-  
que montes totius regionis eum imperio dona-  
uerit. ¶ Sed nec virtute minus, quam Perfarum 2  
liberalitate regnum ampliavit. ¶ (b) Per ordinem 3  
deinde ſucceſſionis, regnum Macedonia: ad A-  
myntam fratris eius (c) Menelai filium peruenit.  
¶ Hic quoque inſignis induſtria, & omnibus im- 4  
peratoris virtutibus inſtructus fuit: ¶ qui ex Eu- 5  
rydice (a) tres filios ſuſtulit, Alexandrum, Perdic-  
cam, & Philippum Alexandri Magni Macedoniaſis  
patrem, & filiam Euryonem: Ex Cygnæa autem  
Archelaum, (c) Archideum, Menelaum. ¶ Cū Illy- 6  
riis deinde, & cum Olynthiis grauiâ bella gēſſit.  
¶ Inſidiis autem Eurydices vxoris, quæ nuptias 7  
generi pacta, occidendum virum, regnumque  
adultero tradendum ſuſceperat, occupatus fuiſ-  
ſet, ni filia pellicatum matris, & ſceleris conſilia  
prodidiſſet. ¶ Functus itaque tot periculis, ſe- 8  
nex deceſſit, regno, maximo ex filiis Alexandro,  
tradito.

Num. 1. (a) *Successori Alexandro* ] Solinus tamen cap. 9. Perdicæ ſucceſſiſſe vult hunc Alexandrum: cuius errorem conuin-  
cit in abſolutiſſimis ad illum autorem exercitationibus Cl. Sal-  
maſius 136 A. 2.

3 (b) *Per ordinem* ] Eum ordinem vide apud Eufebium. Len-  
gendus ad hunc locum Solinus c. 9. & in primis Diodorus lib. 14.  
& 15. quorum varietatem explicare non eſt huius loci. B.

Ibid. (c) *Menelai* ] Eufeb. *Archelai*.

5 (d) *Tres filios* ] Duorum Perdicæ & Philippi meminit Pro-  
bus Iphicrate. legendus Georg. Gemiſtus. B.

Ibid. (e) *Archideum* ] *Archideum* legunt Eufeb. & Oroſius.

## C A P.

## C A P. V.

1 Igitur Alexander inter prima initia regni, bel-  
lum ab Illyriis pacta mercede, & Philippo fra-  
2 tre dato obſide, redemit. Interiecto quoque tem-  
pore per eundem obſidem cum Thebanis grati-  
am pacis reconciliat: qua re Philippo maxima  
3 incrementa egregiæ indolis dedit. ¶ Siquidem  
Thebis triennio obſes habitus, prima pueritiæ  
rudimenta, in urbe ſeueritatis antiquæ, & (a) in  
domo Epaminondæ, ſummi & philoſophi & im-  
4 peratoris, depoſuit. ¶ Nec multo poſt Alexander  
(b) inſidiis Eurydices matris appetitus occumbit:  
5 ¶ cui Amyntas in ſcelere deprehenſæ, propter  
communes liberos, ignarus eiſdem quandoque  
6 exitioſam fore, pepercerat. ¶ Frater quoque eius  
7 Perdicca patri inſidiarum fraude decipitur. ¶ IN-  
DIGNUM proſus, libidinis cauſa liberos à matre  
vita privatos, quam (c) ſcelerum ſuorum ſuppli-  
8 cius liberorum contemplatio vindicaverat. ¶ Per-  
diccæ hoc indignior cædes videbatur, quod ei a-  
pud matrem miſericordiam nec paruulus qui  
9 dem filius conciliauerat. ¶ Itaque Philippus diu  
non regem, ſed tutorem pupilli egit. ¶ At vbi gra-  
10 uiora bella imminebant, ſerumq; auxilium in ex-  
ſpectatione infantis erat, compulſus à populo re-  
gnum ſuſcepit.

Num. 3. (a) *In domo Epaminondæ* ] Diodorus 16. 2. *Thebanis*, in-  
quit, Epaminondæ patri adoleſcentulum commiſerunt. à quo diſſen-  
tit Plutarchus in ſelopiada cap. 47. Vide præter hos Gemiſtam. B.

4 (b) *Inſidiis Eurydices* ] Intereſſectus à Ptolemeo Aſorite, qui  
poſt eum regnavit annos tres. Diodorus 15. 77. mendose habet  
*in regnoſis*. legendum enim *in regno*. Eum deinde interemit  
Perdicca: cui, cum aduerſus Illyrios cecidiſſet, ſucceſſit Philip-  
pus, cum adhuc Thebis eſſet, vt Diodorus. Iuſtinus enim quem  
ſequi.

sequitur Oroſius 3, 12. triennium tantum obſidem fuiſſe ſcribit. accurate hæc Gemiſtus. B.

7 (c) *Scelerum*] Seb. à *ſclerum*.

C A P. VI.

Vt eſt ingreſſus imperium, magna de illo ſpes omnibus fuit; & propter ipſius ingenium, quod magnum ſpondebat virum; & propter vetera Macedonia fata: || quæ cecinerant, vno ex Amyntæ filiis regnante, florentiſſimum fore Macedonia ſtatim: cui ſpei ſcelus matris hunc reſiduum fecerat. || Principio regni, cum hinc cædes fratrum indigne peremptorum, inde hoſtium multitudo: hinc inſidiarum metus, inde inopia continuis bellis exhausti regni, immaturam ætatem tyronis vrgerent; || bella, quæ velut conſpiratione quadam ad opprimendam Macedonia, multarum gentium ex diuerſis locis vno tempore conſuebant, quoniam omnibus par eſſe non poterat, (a) diſpenſanda ratus; alia interpoſita pacto componit, alia redimit, || facilis quibusque aggreſſis, quorum victoria & militum trepidos animos firmaret, & (b) contemptum ſibi hoſtium demeret. || Primum illi(c) cum Athenienſibus certamen fuit: quibus per inſidias victis, metu belli grauioris, cum interficere omnes poſſet, incolumes ſine pretio dimiſit. || Poſt hæc bello in Illyrijs translato, (d) multa millia hoſtium cædit. Vrbem nobiliſſimam (e) Lariffam capit. || Hinc Theſſaliam, non prædæ cupiditate, ſed quod exercitui ſuo robur Theſſalorum equitum adiungere geſtiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improuiſus expugnat:

|| vnum-

- 9 || vnumque corpus equitum pedeſtriumque copiarum inuicti exercitus fecit. || Quibus rebus feliciter prouenitibus, Olympiadem, (f) Neoptolemi regis Molofforum filiam vxorem ducit; 10 || conciliante nuptias (g) fratre patruele, alto re virginis (h) Arruba rege Molofforum, qui ſororem Olympiadis Troadam in matrimonium habebat: quæ cauſa illi exitii, malorumque (i) omnium initium fuit. || Nam dum regni incrementa aſſinitate Philippi acquiſiturum ſperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio conſenuit. || His ita geſtis, Philippus iam non contentus ſummouere bella, vltro etiam quietos laceſſit. || Cum (k) Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris ſagittata iacta, (l) dextrum oculum regis eſodit. || Quo vulnere nec ſegnius in bellum, nec iracundior aduerſus hoſtes factus eſt: adeo vt interiectis diebus, pacem deprecantibus dederit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis aduerſus victos fuerit.

Num. 3. & 4. ] Planus intellectus locus, quem in vulgatis editionibus interſtinctio praua, & bellaque pro bella qua poſitum, obſcurauit.

4 (a) *Diſpenſanda*] Supra, Not. ad 6, 1, 2.

5 (b) *Contemptum ſibi hoſtium demeret*] Malim, *contemptum ſui hoſtibus demeret*. B.

6 (c) *Cum Athenienſibus certamen*] Diodorus 16. 2. Regem Macedonia Argæum facere volebant Athenienſes, miſſo Mantia ducem cum exercitu. De victis Illyrijs vide eundem ſub anno ſecundo Philippi. B.

7 (d) *Multa millia*] Vltra ſeptem millia. Diodorus 16, 4.

Ibid. (e) *Lariſſam capit &c.*] Veteres *Lariſſam*. Lariſſas plures reſceniſent lib. 9. & 13. Strabo, & Stephanus de vrbibus: nullam quæ huic loco conueniat: niſi legas, *Lariſſam in Theſſalia*, & ea lectio vno Ms. confirmatur. habet is, *Lariſſam ſane in Theſſaliam*. Cæteri, *Lariſſam capit*, hic in *Theſſaliam*. Glareanus *Lariſſam* legit,

quæ est vrbs Illyria. Ptolem. Stephan. Thessaliam aggressus est Philippus, contra tyrannos vocatus. Diodorus 16, 14. B.

10 (f) *Neoptolemi* ] *Eurucha* habet Orofius 3, 12.

11 (g) *Fratre patruæ, altere* ] *Veteres auctores: forte tutore. De hoc loco dicam lib. 17, 3, 9. B.*

Ibid. (h) *Arraba* ] Hunc infra 8, 6, 4. *Arrybam regem Epiri* vocat autor: quomodo *Sulla* & *Sylla*, *Pavlos* & *Pyrros* indifferenter dixerunt.

Ibid. (i) *Omnia in initium fuit* ] Ita Fr. Modius in duobus Fuldenibus libris membranaceis absque vlla litina scriptum ait: eaque lectio non longe discedit à velligiis aliorum Mss. quos variantium libellus exhibet. Bongardus & aliorum editiones, *Omnia in fuit*.

14 (k) *Methonam* ] *Veteres, Methanam. Methana Straboni lib. 3. auctor est Methana. B. In Prologo lib. 7. historiae Trogi Methone* est, atque ita Latinus huius vrbs nomen scripsisse, plane sibi constare dicit Salmast. ad Solin. 153. A. 2. quomodo quæ Graecis *Κίρκουρα* & *Βερούκη*. Latinis *Cercyra* & *Beronice* dicitur.

Ibid. (l) *Sagitta iacta* ] ab Asiere Olynthio, teste Plutarcho parall. min. c. 5. & Solin. c. 8. Hunc versum inscriptum habuit *Agitia*: *Ἀστὴρ Φιλίππου Φατάσιμον πτερυγία βέλτε*:

*Aster ierbale Philippo mittit ieuulium.*

Plutarch in Alexandro cap. 3. tradit, ab oraculo Delphico, Philippo nunciatam, ideo ipsum amisisse oculum alceram, quod eum ritum officii admonens, Iouem Ammonem conspexisset, serpentis figura cum Olympiade vxore sua concubantem. Commemorabilis hic adulator Clisophi, qui in Philippi gratiam, altero priuati oculo, ipse etiam alterum de suis oculum deligare voluit. *Ælian. hist. animal. 9, 7. Athenæus 6, 12.*

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARUM  
LIBER VIII.  
CAP. I.

Græcia ciuitates dvm imperare singulae cupiunt, imperium omnes perdidit: quippe (a) in mutuum exitium sine modo ruentes, (b) OMNI-

- (b) OMNIBVS perire quod singulae amitterent, 3 non nisi oppressa ferentur. ¶ Siquidem Philippus rex Macedonia, velut è specula quadam, libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, (c) auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam feruitutem coegit. ¶ Causa & origo huius mali (d) Thebani fuere: qui cum rerum potirentur, (e) SECUNDAM fortunam imbecillo animo ferentes, victos armis Lacedæmonios & Phocenses, quasi parua supplicia cædibus & rapinis luisse, apud commune (f) Græciæ concilium superbe accusauerunt. ¶ Lacedæmonis crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent: Phocensibus, quod Bœotiam depopulati essent: ¶ prorsus QVA SI post arma 6 & bellum, locum (g) legibus reliquissent. ¶ Cum iudicium arbitrio victorum exerceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exsolui non possent. 8 ¶ Igitur Phocenses, cum agris, liberis, coniugibusque priuarentur, desperatis rebus, Philomelo quodam duce, velut deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. ¶ inde auro, & pecunia diuites, conducto mercenario milite, bellum Thebanis intulerunt. ¶ Factum Phocensium, tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, P L V S tamen inuidiæ Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, 11 quam ipsis intulit. ¶ Itaque auxilia his & ab 12 Atheniensibus, & à Lacedæmonis missa. ¶ Prima igitur congressione Philomelus Thebanos 13 castris exiit. ¶ Sequenti prælio primus inter confertissimos (h) dimicans cecidit, & sacrilegii pœ-



nas impio sanguine luit. || In huius locum dux 14  
(i) Onomarchus creatur.

NOTÆ AD LIBRVM VIII.

LIBER VIII.] Iustini omnium optimus & castigatissimus. Freinsh.

Num. 2. (a) *In mut. exitium*] De hac ciuili Græcorum discordia Callisthenes apud Plutarchum in Alexand. cap. 95.

*Εἰ δὲ θεοσοσμένη καὶ ἀπώγκαν ἔχουσα τριπένη.*

*At per diuidium vel pestimum est in honore :*

Cum diceret, illam Philippo magnitudinis & potentia occasione & causam exiitisse. B.

Ibid. (b) *Omnibus perire quod*] Praua distinctio, & quid pro quod positum fecit, ut hunc locum ( planum utique, modo syntaxis attendas ) infelici curiositate viri magni tentarent. Nam quod pridem Gruterus suspicio. 2. 12. monuit, hoc dicit autor, Græcia ciuitates non ante perlesisse, omnes admittere quod singulis peribat, quam cum iam oppressa essent. Idem de Britannis Tacitus affirmat in Agric. c. 12. *In commune non consulunt, rarus duabus tribusue ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conueniunt, ita dum SINGVLI pugnant, VNIVERSI vincuntur.* Hinc motum Hemerocratis ad Siculos suos apud Thucyd. 4. 12. 31. *Alienigenas arma nobis intendant, vniuersi, si sana mentis sumus, communi consensu propulsabimus, quippe dum singulis cladibus afficiuntur, vniuersi in periculo sumus.* Adde Nostrum infra 15. 2. 15. *Acumen Senecæ in re dissimili simillimum epit. 90. n. 8. Societatem auaritia distinxit, & paupertatis causa etiam his quos fecit locupletissimos, fuit. Desiderant enim omnia possidere, dum volunt propria. Et num. 81. Auaritia dum seducere aliqui cupit atque in suam vertere, omnia sequi aliena: & multa concupiscendo, omnia amittit.*

3 (c) *Auxilium inferioribus fer.*] Ita supra 5. 2. 12. & Philippus III. apud Liuium 39. 23. 12.

4 (d) *Thebani*] Hoc est initium belli Sacri seu Phocici, quod in annum nouum da ruuit, Diodorus 16. 23. sub anno sexto Philippi. decennium durasse scribit Pausanias in Bœoticis & Phocicis. Vide & Gemist. B. Initium eius incidit in Olympiadis centesimæ quintæ annum quartum.

Ibid. (e) *Secundam sort. imbecille an. fer.*] Thucyd. 3. 6. 25. *Prope facilius est dixerim propulsare aduersa, quam tutari secunda.* Tacit. hist. 1. 15. 7. *Secunda rei acrioribus simul animum explorant: quia misera tolerantur: felicitate corrumpuntur.* Ouid. de arte 2. 438.

*Non facile est aqua comoda mente pati.*

Adde

Adde Sallust. Catil. 10. 2. Senec. epist. 51. 8.

Ibid. (f) *Græcia concilium*] Amphictyonum. Diodor. 16. 60. & 61. Pausanias Phocicis: Ælianus 12. B.

6 (g) *Legibus*] C. Marii dictum, se pro armorum strepitu leges exaudire non posse. Plutarch. apophtheg. Rom. c. 29. Et Cæcilius: *Non idem armorum ac legum esse tempus.* Idem in Cæf. c. 53.

13 (h) *Dimicans cecidit*] Diodorus 16. 31. & Pausanias Phocicis, in fuga præcipitem se è rupe dedisse tiberit. B.

14 (i) *Onomarchus*] Ita Græci. in Vett. est *Oenomenaus*, aut *Oenonauus*, ut in Orofio Ms. B. Sichardus, *Oenomenaus* ad oram libri notauit.

CAP. II.

1 **A**duersus quem Thebani Theffalique non ex ciuibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent, sed Philippum Macedoniae regem  
2 ducem eligunt; || & (a) externæ dominationi,  
3 quam in suis timuerunt, sponte succedunt. || Igitur Philippus, quasi sacrilegii, non Thebanorum vltor esset, omnes milites coronas laureas fumere iubet, atque ita veluti deo duce in prælium per  
4 git. || Phocenses (b) insignibus dei inspectis, conscientia delictorum territis, abiectis armis fugam capellunt, pœnasque violatæ religionis sanguine & cædibus suis pendunt. || Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo  
5 gloriæ dedit. || *illum vindicem sacrilegii, illum (c) vltorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret exiitisse dignum.* || Itaque diis proximus habetur, per quem deorum maiest  
6 tas vindicata sit. || Sed Athenienses audito belli euentu, ne in Græciam Philippus transfiret, (d) angustias Thermopylarum pari ratione (e) fi

I 4

cuti

cuti antea aduenientibus Persis, occupauere; sed nequaquam simili aut virtute, aut causa: ¶ si- 9 quidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro sacrilegio publico; tunc à rapina hostium templa vindicatorum, nunc aduersus vindices, templorum raptores defensuri: ¶ aguntque propugnatores 10 sceleris, cuius turpe erat alios vindices fuisse: ¶ im- 11 memores prorsus, quod in dubiis rebus suis, (f) illo deo etiam consiliorum auctore vsi fuerant: quod illo duce tot bella victores inierant: tot vrbes auspiciato condiderant: tantum imperium terra marique quæsierant: quod nihil sine maiestate neminis eius aut priuatae vnquam, aut publica rei gesserant. ¶ TANTVM facinus admi- 12 sisse ingenia omni doctrina exulta, pulcherri- mis legibus institutisque formata, vt quid post- hac succensere iure barbaris possent, non habe- rent.

Num. 2. (a) *Externe domin.* In discordia ciuili, pars qua domes- tica certamine inferior vsi, externe potius se applicat, quam ciuis cedit, Lilius 34. 48. II.

4 (b) *Insignibus dei* quia laurus Apollini sacra. Plin. 12. 1. pr. Quid. Meram. 1. fab. 14. &c.

6 (c) *Vitorem religionum* De magno quodam Principe, qui colore Religionis, quam omnibus actionibus suis semper præsebat, ad ambitionem & inexplebilem propagandi imperij cupiditatem, mira, & huic Philippicæ simillima calliditate fuit abusus, omnino videndi. Thuanus lib. 1. Guicciardin, lib. 12. Machi- gelli Princeps cap. 21.

8 (d) *Angustis Thermopyl.* Ad quas occupandas Philippus pontendebat. Diodor. B.

Ibid. (e) *Sicut antea* Supra 2. 11. 2. Diodorus 11. 4.

11 (f) *Illo deo* Apolline, cuius oraculum consuluerunt, supra 3. 12. 13.

CAP.

## CAP. III.

- 1 Sed nec Philippus melioris fidei aduersus so-  
2 cios fuit: ¶ quippe veluti timens, ne ab ho-  
stibus sacrilegij scelere vinceretur, (a) ciuitates  
quarum paulo ante dux fuerat, quæ sub auspiciis  
eius militauerant, quæ gratulata illi sibi que vi-  
ctoriam fuerant, hostiliter occupatas diripuit:  
3 ¶ coniuges liberosque omnium sub corona ven-  
4 didit: ¶ non deorum immortalium templis, non  
adibus sacris, non diis penatibus publicis priua-  
tisque, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter  
5 fuerat, pepercit: ¶ prorsus vt non tam sacrilegij  
vltor extitisse, quam sacrilegiorum licentiam  
6 quæsisse videretur. ¶ Inde veluti rebus egregie  
gestis, (b) in Cappadociam traicit: vbi bello pari  
perfidia gesto, captisque per dolum & occisio-  
nitimis regibus, vniuersam prouinciam imperio  
7 Macedonia adiungit. ¶ Deinde ad abolendam  
(c) inuidia famam, qua insignis præter ceteros  
tunc temporis habebatur, per regna mittit, &  
8 opulentissimas ciuitates, ¶ qui opinionem fere-  
rent, regem Philippum magna pecunia locatæ, &  
muros per ciuitates, & fana, & templa facienda;  
& vt per præcones (d) susceptores sollicitarent:  
9 ¶ Qui cum in Macedonia venissent, variis dil-  
tationibus frustrati, vim regia maiestatis timentes,  
10 taciti proficisciebantur. ¶ Post hæc (e) Olynthios  
aggreditur: Receperant enim per misericordiam,  
post eadem vnus, duos fratres eius, quos Philip-  
pus ex nouerca genitos, veluti participes regni in-  
11 terficere gestiebat. ¶ Ob hanc igitur causam  
(f) urbem antiquam & nobilem exscindit; &

I s fra-

fratres olim destinato supplicio tradit; prædaque ingenti pariter & parricidii voto fruitur. || Inde 1 2  
 (g) quasi omnia, quæ agitasset animo, eicerent,  
 (h) auraria in Thessalia, argenti metalla in Thra-  
 cia occupat. || Et ne quodius vel fas inuiolatum 1 3  
 prætermitteret, piraticam quoque exercere insti-  
 tuit. || His ita gestis forte euenit, vt eum fratres 1 4  
 (i) duo, reges Thraciæ, non contemplatione iu-  
 stitiæ eius, sed inuicem metuentes ne alterius vi-  
 ribus accederet, disceptationum suarum iudicem  
 eligerent. || Sed Philippus, more ingenii sui, ad 1 5  
 iudicium veluti ad bellum, inopinantibus fratri-  
 bus, instructo exercitu superuenit: & regno  
 vtrunque (k) non iudicis more, sed fraude latro-  
 nis ac scelere (l) spoliavit.

Num. 1. 2. 3. Sec.] Philippi scelera suis coloribus depingit Demosthenes Olynthiaca 2.

2 (a) *Cinivates*] Vide supra 4. 3. 5. Notam e.

6 (b) *In Cappadociam*] Hellepontii vrbes Micybernam & Toronem Philippum anno XIII. occupasse refert Diodorus 16. 54. Putauit aliquando, legendum, *Chalcidem*, ex eodem Diodoro 16. 53. B.

7 (c) *Inuidia famam*] Aut *perfidia famam*, aut *inuidiam famam* scribendum, iudicio Freinshemii. Sic *inuidiam obreptationis* dixit autor præfat. n. 6.

8 (d) *Receptores*] qui & *redemptores*, & in l. vn. C. de monop. argelabi dicuntur. *Magistri Comaceni* esse videntur in legibus Longobardicis.

10 (e) *Pessiac Olynthias*] Præter Diodorum 16. 54. Vide Demosthenis Olynthiacas, & Libanii argumenta. B.

11 (f) *Vrbem excindit*] Non quidem vi captam, sed venditam & proditam sibi à Laesthene & Euthycrate. Diodor. 16. 54. Vnde *callidus emptor Olynthi* Philippus dicitur Iuuenali 12. 47. Vide Scruuium ad illa Virgilii 6. 621.

*Vendit hic auro patriam, dominumque potentem  
 Impesuit.*

12 (g)

12 (g) *Quasi omnia, quæ agitasset animo*] Vienn. editio *Ca-  
 mertis, quasi, quæ agitasset, omnia.*

Ibid. (h) *Auraria in Thess.*] Circa Pydnam fuisse aurifodinas, auctor est Diodorus 16. 8. è quibus Philippus annua talenta mille colligebat. De iis & Gemistus, B. Cæterum confirmat Modius, esse in suis *Mss. aurin Thesi*. vt sequenti respondeat, *argentis*, me quidem iudice, rectius. Quamquam *auraria metalla* dixit & Plinius 37. 12. 1.

14 (i) *Duo reges*] Cotys Thraciæ rex, filios tres Berisaden, Amadocum & Cersobleptem reliquit. Berisades mature obiit. Videtur igitur Iustinus de duobus illis loqui. Vide Demosth. in Aristocratem. Diodorus sub anno quinto refert, Philippum reges Thraciæ, Illyriæ & Pæoniæ imparatos oppressisse: & de Cersoblepte sub anno VIII. & XVIII. B.

15 (k) *Non iudicis more, sed fraude latronis*] Philippus in dirimenda lite similis leoni A. sopico in partienda præda. *Quadruplatores & interceptores litæ alienæ* vocat Lilius 3. 72. 6. vbi simile populi Rom. de Aricinorum Ardeatiumque controuersis finibus iudicium.

Ibid. (l) *Spolianus*] Etiam vita priuatos scribit Orofius 3. 12.

## CAP. IV.

- 1 **D**um hæc aguntur, (a) legati Atheniensium  
 2 petentes pacem ad eum venerunt. || Quibus  
 auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis condi-  
 tionibus misit: ibique ex commodo utrorumque  
 3 (b) pax facta. || Ex cæteris quoque Græciæ ciui-  
 tatibus, non pacis amore, sed belli metu legatio-  
 4 nes venere. || Siquidem crudescente ira, (c) Thes-  
 sali, Bæotique orant, vt profectum aduersum  
 5 Phocenfes ducem Græciæ exhibeat: || TANTO  
 odio Phocenmium ardentes, vt obliti cladium sua-  
 rum, perire ipsi, quam non perdere eos præopta-  
 rent; expertamque Philippi crudelitatem pati,  
 6 quam parcere hostibus suis mallent. || Contra  
 Phocenmium legati, adhibitis Lacedæmonius &  
 Athe-

Atheniensibus, bellum deprecabantur, cuius ab eo dilationem ter iam emerant. ¶ FOEDUM pro- 7  
 fus miserandumque spectaculum, Græciam (d) etiam nunc & viribus, & dignitate orbis terrarum principem; regum certè gentiumque semper victricem, & multarum adhuc vrbium dominam, alienis excubare sedibus; aut rogamem bellum, aut deprecâtem: ¶ in alterius ope omnem 8  
 spem posuisse orbis terrarum vindices, (e) vt adulentur vltro fordida paulo ante clientelæ suæ partem: ¶ & hæc potissimum facere The- 9  
 banos Lacedæmoniosque, (f) antea inter se imperii, nunc Græciæ imperantibus amulos. ¶ Philip- 10  
 pus, venditione gloriæ suæ, tantarum vrbium fastidium agitat; atque vtros potius dignetur, æstimat. ¶ Secreto igitur auditis vtisque legationibus, his veniam belli pollicetur, iureiurando adactis, responsum nemini prodituros: illis contra venturum se, auxiliumque laturum. Vtrosque vetat parare bellum, aut metuere. ¶ Sic variato responso securis omnibus, Thermopylarum angustias occupat.

Num. 1. (a) *Legati Athen.*] De hac Atheniensium ad Philippum legatione pro pace petenda. Demosthenes in oratione *περί τῆς φιλίας*.

2 (b) *Pauc facta*] De qua passim in orationibus Demosthenes. B.

4 (c) *Thessaliæ Emozique*] Anno Philippi XIV. Vide Diodorum lib. 16, qui hæc latius persequitur. B.

7 (d) *Eriam nunc*] Sebis. etiam nunc. Nam de Græcia, Iustini quidem ævo, ista predicari non possunt. Cicero iam tum suo tempore *Græcos diuina seruitus e ad nimiam assentationem eruditior sit*, ad Quintum frat. epist. x. c. 5. Nisi forte nunc eam, sem hic vim habet quam tunc: vt etiam infra mun. 9.

8 (e) *Vt adulentur vltro fordida p. a. c. f. partem*] Modius suos Mss. plane antiquarios hic habere scribit, vt adulent vltro fordida p. a. c. f. partem. Sic Lucretius lib. 3. *gannit vocis adulant*, Accius Prometh. ——— *sublime adulant*

*Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.*

Quo tamen loco posteriore non significat blandiri, sed lambere inlar canis. Quin & recentiores ita. Ausonius gratiar. act. ad Gratianum: *centuria non adulant*.

9 (f) *Antea inter se imperii, n. Gr. imp.*] Latet hic ὄρασιον aliquod ulcusculum, alio indigne Æsculapio. Hispanicus interpretres cauto silentio transmisit.

## CAP. V.

- 1 Tunc primum Phocenses captos se fraude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma  
 2 confugiunt. ¶ Sed neque spacium erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia: & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio.  
 3 ¶ Victi igitur necessitate, (a) pacta salute se derunt. ¶ Sed pactio eius fidei fuit, cuius antea  
 4 fuerat deprecati belli promissio. ¶ Igitur cadunt passim rapiunturque; non liberi parentibus, non coniuges maritis, non deorum simulacra  
 5 templis suis relinquuntur. ¶ Vnum tantum miseris solatium fuit, quod, cum Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum  
 6 apud inimicos viderunt. ¶ Reuersus in regnum, (b) vt pecora pastores nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traiciunt, sic ille populos & vrbes, vt illi vel replenda, vel derelinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem suam (c) transferret.  
 8 ¶ Miseranda vbique facies, & excidio similis erat:  
 9 ¶ Non quidem pavor ille hostilis, nec discursus per vrbem militum erat: non tumultus armorum, non bonorum atque hominum rapina: ¶ sed  
 10 taci-



tacitus mœror & luctus, (d) verentibus (e) ne ipsa lachrymæ pro contumacia haberentur. **CRESCIT** (f) diffimulatione ipsa dolor, hoc 1 1  
 altius demissus, quo minus profiteri licet. || Nunc 1 2  
 sepulcra maiorum, nunc veteres penates, nunc  
 tecta, in quibus geniti erant, in quibusque ge-  
 nuerant, considerabant: || miserantes nunc vi- 1 3  
 cem suam, quod in eam diem vixissent; nunc fi-  
 liorum, quod non post eam diem nati essent.

Num. 3. (a) *Paſſa salute se ded.* ] Ita huic decennali bello impositus est finis. Diodorus 16, 60. Pausanias Phocicis, anno quarto Olympiadis centesima octava: quo anno Demosthenes orationem de *falsa legatione* scripsit, sed non habuit: in qua suadet, ut Athenienses patientur Philippum victorem, locum Phocensium occupare in conuentu Amphictyonico, id quod euenit. C.

7 (b) *Vt pecora pastores* ] Hac similitudine utitur & Flo-  
 rus 3, 10, 4.

Ibid. (c) *Transfert* ] Ad subtrahendam scilicet rebellionis materiam. Idem de Philippo III. L. Liuius 40, 31, 2. affirmat: de Helene eiusque libicis Thucydes 1, 1. 13. de Romanis Tacitus annal. 4, 46, 4. & 12, 39, 5. de Carolo Magno Cranzius lib. 2. Sa-  
 xon. c. 4. Adde Lipsi. Admitand. 13, 7. & eruditus Chr. Forstneri ad Tacit. Notas pag. 324. vbi plura traiectionis & quasi transplanta-  
 tionis populorum exempla.

9. 10. 11. &c. ] Locus hic ex Liuiio 1, 29. expressus, & partim *de volage* descriptus, vbi de Albanis Romam traductis. Similem imaginem in re simili proponit Ammianus 25, 30. fin.

10 (d) *Verentibus* ] Sebif. *Verentium*.

Ibid. (e) *Ne ipsa laer.* ] Nulla stendi maior est causa, quam fieri non possit. Senec. lib. 4. controv. 1.

11 (f) *Crescit diffimulat.* ] Velleius 2, 130, 3. de Tiberio, ab-  
 vrusa, quod miserrimum est, peccus eius flagrant incendis.

## CAP. VI.

**A**lios populos in finibus ipsis, hostibus oppo-  
 nit: alios in extremis [regni] terminis ] sta-  
 tuit:

tuit: quosdam bello captos (a) in supplementis  
 2 urbium diuidit. || Atque ita ex multis gentibus  
 nationibusque vnum regnum populumque con-  
 3 stituit. || Compositis ordinatisque Macedoniae  
 rebus, Dardanos, ceterosque finitimos fraude ca-  
 4 ptos expugnat. || Sed nec à proximis manus abs-  
 tinet. Siquidem Arrybam regem Epiri, vxori  
 suae Olympiadi arctissima cognatione iunctum,  
 5 pellere regno statuit; || atque (b) Alexandrum  
 priuignum eius, vxoris Olympiadis fratrem, pue-  
 rum honestae pulchritudinis, in Macedonia  
 6 nomine sororis arcescit, || omnique studio solici-  
 tatum speregni, simulato amore ad stupri con-  
 suetudinem perpulit, maiora in eo obsequia ha-  
 biturus, siue conscientiae pudore, siue regni be-  
 7 neficio. || Cum igitur ad viginti annos peruenis-  
 set, ereptum Arrybæ (c) regnum puero admo-  
 8 dum tradit, scelestus (d) in vtroque. || Nam nec  
 in eo ius cognationis seruauit, cui ademit re-  
 gnum; & eum cui dedit, (e) impudicum fecit  
 ante quam regem.

Num. 1. (a) *In supplementis* ] Forte *in supplementa*. Freins-  
 hem.

5 (b) *Alexandrum priuignum* ] Quomodo Arrybæ priuignus  
 sit Alexander, non video. Lege quæ notauit ad lib. 17, 3, 9. & Dio-  
 dorum sub anno XIX. Bong. Olympiadis vxoris Philippi fra-  
 trem vocat Orofius 3, 14.

7 (c) *Regnum tradit* ] In mercedem perpetrati stupri. Oro-  
 fius ibid.

Ibid. (d) *In vtroque* ] Rectius, *in vtrumque*, Seb.

8 (e) *Impudicum* ] hoc est, pathicum, muliebria passum. Tacit.  
 annal. 11, 38. *in illem*, verbo D. Pauli Corinth. 1, 6, 10. Vide Suetoni-  
 um in Vespasiano cap. 13, 3. Nisi forte fatius est, hæc ignorari  
 penitus.

# POMPEII TROGI

## EPITOMA HISTO-

RIARVM.

LIBER IX.

CAP. I.

In Græciam Philippus cum venisset, sollicitatus 1  
paucarum ciuitatum direptione; & ex præda  
modicarum vrbiū, quantæ opes vniuersarum  
essent, animo prospiciens, bellum toti Græciæ in-  
ferre statuit. ¶ Ad cuius (a) emolumentum egre- 2  
gie pertinere ratus, si (b) Byzantium, nobilem &  
maritimam vrbem, (c) receptaculum terra ma-  
ricque copiis suis futuram, in potestatem redegit.  
¶ Et eandem claudentem sibi portas, (d) obsidione  
cinxit. ¶ Hæc (e) namque vrbs (f) condita 3  
primo à Pausania rege Spartanorum, & per vii.  
annos possessa fuit: deinde variante victoria,  
nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium  
iuris habita est. ¶ Quæ incerta possessio effecit, vt 4  
(g) nemine quasi suam auxiliis iuuante, libertatem  
constantius tueretur. ¶ Igitur Philippus lon- 5  
ga obsidionis mora exhaustus, pecunia commercium  
de piratica mutuatur. ¶ Captis itaque cen- 6  
tum septuaginta nauibus, mercibusque distra-  
ctis, anhelantem inopiam paululum recreauit.  
¶ Deinde, ne vnus vrbs oppugnatione tantus 7  
exercitus tereretur, profectus cum fortissimis,  
multas Cherfonensium vrbes expugnat. ¶ Fi- 8  
liumque (h) Alexandrum decem & octo annos  
natum, vt sub militia patris tyrocinii (i) rudi-  
menta deponeret, ad se arcessit. ¶ In Scythiam 9  
quoque

quoque prædandi causa profectus est, more negotiantium, impensas belli alio bello resecturus.

### NOTÆ AD LIBRUM IX.

Num. 2. (a) *Emolumentum* ] Ian. Melleus Palmerius spicilegior. fol. 220. b. hic reponendum censet *molimentum*, qua voce vtuntur etiam Lilius 37. 14. s. Casar lib. 1. bell. Gall. Sifenna apud Nonium. Verum contra libros omnes omnino tam typis quam manu expressos, nihil ausim hic mutare, maxime cum *emolumentis* vox apprime huc conueniat.

Ibid. (b) *Byzantium* ] Id tentauit Philippus, quod Perinthiis quos obsessos tenebat, Byzantini auxilia misissent. Cum ergo arbitraretur optinos quoque Perinthum missos, cum parte copiarum ipse subito Byzantium inuasis. Diodorus 6. 77. De Byzantii appellatione vide Eustathium in Dionys. & Stephanum de vrbib. *Ante Lygos* dictum. Plin. 4. 11. Cassiodorus in Chron. Tulli Hostilii temporibus conditum scribit. Vide & Tecit Annal. 12. 63. B.

Ibid. (c) *Receptaculum*] Ita supra 2. 15. 3. Græcis apposite dicitur *ἀποθήκη* quæ voce Diodorus 20. 105. & alii vtuntur. *Vrbs enim belli* vocat Florus 3. 10. 42.

2 (d) *Obsidione cinxit* ] Ad opem Byzantii ferendam Demosthenes hortatur Athenienses oratione Philippica quarta.

3 (e) *Namque* ] Delendum. Seb.

Ibid. (f) *Condita pr. à Pausania*] Consentit Isidorus origin 15. 1. Alii non conditam à Pausania, sed solum expugnatam tradunt: inter quos est Thucydides 1. 15. 29. *Æm. Probus* in Paus. At Tacitus generatim annal. 12. 63. *Byzantium in extrema Europa posuere Græci*. Ioan. Saresberienis de nugis Curial. 1. 5. *Spartanorum vrbs constructa Byzantio elarescebat*. Claudianus à Byzante quodam exstructam non obscure vult, in Eutropium 1. 43.

— *hec Byz. Constantinique videbunt?*

Hæc serc. Lipsius Not. 149. ad Tacit. 12. annal.

4 (g) *Nemine quasi suam aux. iuuante*] *Nemo sumo dicere potest, quomodo peruenit in content. pfr. l. vnusquisque. C. de infant. expof. Adde Thucyd. 1. 8. 10.*

8 (h) *Alexandrum decem & octo*] Decem & sex annos natum fuisse Alexandrum, cum Byzantium oppugnaret Philippus, scribit Plutarchus in Alex. c. 16. B.

Ibid. (i) *Rudimenta depon.*] Ita 7. 5. 3.

K

Erat

## CAP. II.

**E**rat eo tempore rex Scytharum (a) Atheas, qui  
 cum bello Istriarum premeretur, auxi-  
 lium à Philippo per Apolloninenses petit, in suc-  
 cessionem eum regni Scythia adoptaturus. ¶ Cum  
 interim Istriarum (b) rex decedens, & metu  
 belli, & auxiliorum necessitate Scythas soluit.  
 ¶ Itaque Atheas remissis Macedonibus renuntia-  
 ri Philippo iubet, neque auxilium eius se petisse, ne-  
 que adoptionem mandasse. ¶ Nam neque vindicta Ma-  
 cedonum egere Scythas, quibus (c) meliores forent: ne-  
 que heredem sibi incolumi filio deesse. ¶ His auditis  
 Philippus legatos ad Atheam mittit, impensæ ob-  
 fidionis portionem petentes, (d) ne inopia defe-  
 rere bellum cogatur. ¶ Quod eo promptius eum  
 facere debere, quod missis à se in auxilium eius  
 militibus, ne sumptum quidem viæ, (e) non mo-  
 do officii pretia dederit. ¶ Atheas inclementiam  
 cæli, & terræ sterilitatem causatus, quæ non pa-  
 trimoniis ditet Scythas, sed vix (f) alimentis exhi-  
 beat, respondit nullas sibi opes esse, quibus tantum re-  
 gem expleat; ¶ & T V R P I V S putare paruo defungi,  
 quam totum abnuere: ¶ Scythas autem virtute animi,  
 & duritia corporis, (g) non opibus censeri ¶ Quibus  
 derisus Philippus, soluta obsidione Byzantii, Scy-  
 thica bella aggreditur, præmissis legatis, quod secu-  
 riores faceret; qui nuntiant Atheæ, dum Byzan-  
 tium obsidet, voti esse se statuam Herculi: ¶ ad quam in  
 ostio Istri ponendam se venire, pacatum accessum ad re-  
 ligionem dei petens, amicus ipse Scythis venturus. ¶ Il-  
 le, si voto fungi vellet, statuam sibi mitti iubet; non mo-  
 do ut ponatur, verum etiam ut inuiolata maneat, pol-  
 lice-

licetur: Exercitus autem fines ingredi negat se passu-  
 1 3 rum. ¶ Ac si inuitis Scythis statuam ponat; eo digresso  
 1 4 rum. ¶ His vtrinque irritatis animis, prælium  
 committitur. Cum virtute & numero præsta-  
 1 5 rent Scythæ, (h) astu Philippi vincuntur. ¶ Vi-  
 ginti millia puerorum ac foeminarum capta, pe-  
 coris magna vis, auri argenticque nihil. Ea pri-  
 1 6 mum fides (i) inopiæ Scythicæ fuit. ¶ Viginti  
 millia nobilium (k) equarum (l) ad genus fa-  
 ciendum in Macedoniam missa.

Num. 1. (a) *Atheas*] Ita & Mss. vnius, & Orofius Ms. 5. 13. &  
 Frontinus 2, 4, 20. Ceteri partim *Mattheas*, partim *Mattheas*, vitio  
 librorum, qui litteram m ex vocis *Scythiarum* extremo addide-  
 runt. Straboni lib. 7. est *Attheas*, & Plutarcho in Apophtheg. c. 15.  
 & de fort. Alexandri orat. 2. 2. B. & rursus in commentar. non  
 posse sequi utriusq. Epicur. o. 29. ubi refertur, illum Scythia-  
 rum regem iuasse, hincittum equi, cantu præstantissimi tibicinis  
 Ismeniz, sibi iucundiorum videri.

2 (b) *Rex decedens*] *Veni, veni recedens*. Vulgatam lectionem  
 & sequentia comprobant: & Orofius 5, 13. sequitur. *Istriarum*  
*rege mortuo*, inquit, &c. B.

4 (c) *Meliores*] hoc est, fortiores. Horat. l. od. 15. *Tydidem*  
*melioris* patre, Sallust. histor. 1, 31. *fertuna meliores* sequitur. Et in Lu-  
 garth. 92. 10. *Optimus* quique cadere, aut sauciari. Græci eodem  
 modo suum *καταδύς* & *καταδύς* usurpant.

5 (d) *Ne inopia deser. bell.*] Ita 5, 10. & 6, 2, 14.

6 (e) *Non modo*] *Pro non modo non*. Vide notam ad 2, 1, 6.

7 (f) *Alimentis exhibeat*] Exhibere est alere, & alimenta præ-  
 stare. Infra 11, 10, 9. & 22 1, 3. L. 1. §. 1. de offi. præf. vrb. L. Nescen-  
 tius 36. de negot. gest. L. si quis à liberis, in princip. de liber.  
 agnosc. B.

9 (g) *Non opibus censeri*] Des. Heraldus ad Martial. 2. epigr.  
 62. notat, censeri hic non vulgata, sed elegantiori significatione  
 accipi. Censentur Romani ope suo, ut ait ille, quibus facultates  
 suppetebant: quibus contra nihil præter paupertatem iherat, ca-  
 pite censentur. Unde vox ad alia transferitur. Ut Val. Max. 5, 2.  
*Aristides*, quo totum *Circæ* iustitia censetur. L. 1. ff. de hær. & Tur.

Videmus cetera quoque animalia istius iuri perizia censeri. Pulchre Seneca de Benefic. 7, 3. *Quum animum sapientia intrinsecus, potentem omnium, & per vniuersa diffusum; omnia illius esse dicimus: quum ad hoc ius quotidianum, si ita res tulerit, capite censetur. hoc est, Sapiens ille, secundum philosophos, rerum omnium dominus, si ius commune respiciamus, nihil in centum fortasse præter caput adferet, & inter proletarios censetur. Erant qui hunc locum aliter exponunt. Adde Tacit. Agric. 45, 2. Nocturnum infra 11, 11, 3.*

14 (h) *Astu Philippus* qui *παράγρη*. veteratur ex codicibus à Demosthene Olynth. 1. princ.

15 (i) *Inopia* Propter quam *Abii* dicti Scythæ. *Βί* enim vt vitam, ita victum facultatesque significat.

16 (k) *Equarum* His enim vii per bella Scythæ malunt, quoniam vrinam cursu non impedito reddunt. Plinius 9, 42, 25.

Ibid. (l) *Ad genus faciendum* Γενῆς ἕνεκα. (hoc est, geniturae fetusque suscipiendi gratia) vt est in l. 52, §. 10. ff. de furtis.

## CAP. III.

Sed reuertenti ab Scythia, Triballi Philippo  
 1 occurunt: negant se transitum duros, ni  
 2 portionem accipiant prædæ. || Hinc iurgium, &  
 3 mox prælium; in quo ita in femore vulneratus  
 4 est Philippus, vt per corpus eius equus interfice-  
 5 retur. || Cum omnes occisum putarent, prædæ  
 6 amissa est. Ita Scythica, velut deuota, spolia penè  
 lucuosa Macedonibus fuere. || Vbi vero ex vul-  
 nere primum conualuit, diu dissimulatum (a) bel-  
 lum Atheniensibus infert: || quorum causâ The-  
 bani se iungere, metuentes, NE VICTIS Athe-  
 niensibus, veluti vicinum incendium belli ad se  
 transiret. || Facta igitur inter duas paulo ante  
 infestissimas ciuitates societate, legationibus  
 Græciam fatigant; (b) COMMVNEM hostem  
 putant communibus viribus summuouendum:  
 || ne-

7 || neque enim cessaturum Philippum, si prospere  
 prima successerint, nisi omnem Græciam do-  
 8 muerit. || Motæ quædam ciuitates Atheniensibus  
 9 se iungunt: quasdam autem ad Philippum  
 10 belli metus traxit. || Prælio (c) commisso, cum  
 Athenienses longe maiore militum numero præ-  
 starent, assiduis (d) bellis indurata virtute Mace-  
 11 donum vincuntur: || non tamen immemores  
 pristina gloria cadere: quippe (e) aduersis vul-  
 neribus, omnes loca quæ tuenda à ducibus acce-  
 perant, morientes corporibus texerunt. || Hic dies  
 vniuersæ Græciæ & gloriam dominationis, &  
 vetustissimam libertatem finiuit.

Num. 4. (a) *Bellum Atheniensibus*. Anno XXII Diodorus 16, 25. Iunxerunt (e) Atheniensibus Thebani. Demosthenis eloquentia persuasi. Diodor. 16, 26. Plutarchus in Demosthene c. 25. Gemistus lib. 2, B.

6 (b) *Communem hostem*. Thucyd. 6, 6, 12. & 13. *Belli periculum vicinis communia nobis sunt: & pro certo habendum est, si vni vicinis negligant, extemplo, postquam nos conflagrauerimus, ad eos in incendium trahentur*. Tacit. Agric. c. 29. *Commune periculum concordia propulandum*.

9 (c) *Prælio commisso* ] Ad Charoneam, urbem Bœotie, quo victor Philippus Græciam dominus euasit, Præter Diodorum 16, 27. & Plutarchum in Alex. c. 14. ac Demosth. c. 26. vide Strabonem lib. 9. Pausaniam Achaicis & Bœoticis, & Iulianum var. 6, 1, B. Hac clade cognita Iliocates inedia quadridui seipse necauit, cum Athenas quartum ab hoste occupatas aspiciere se posse negaret. Plutarch. in vitis Rhetorum.

Ibid. (d) *Bellis indurata virtus*. ] Ita de eadem pugna Frontinus 2, 1, 9. Noxer 6, 4, 13. & 7, 2, 6. Florus 2, 3, 5.

10 (e) *Aduersis vulneribus* ] Sallust. Catil. 61, 3. Tacit. hist. 3, 84, 7. Lucan. 6, 132. Silius Ital. 5, 669.

## CAP. IV.

1 Huius victoriæ callide (a) dissimulata latitia  
 est. Denique non solita facta Philippus illa  
 K 3 die



diefecit: non in conuiuio risit: non ludos inter epulas adhibuit: non (b) coronas aut vnguenta sumpsit; & quantum in illo fuit ita vicit, vt victorem nemo sentiret. ¶ Sed (c) nec regem se Græciæ, sed ducem appellari iussit. ¶ Atque ita inter tacitam læticiam & dolorem hostium temperauit, vt neque apud suos exultasse, neque apud victos insultasse videretur. ¶ Atheniensibus, quos passus infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit; & (d) bello consumptionum corpora sepulturæ reddidit; reliquiasque funerum vt ad sepulchra maiorum deferrent, vltro hortatus est. ¶ Super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his amicitiamque iungerent, Athenas misit. ¶ Thebanorum (e) porro non solum captiuos, verum etiam interfectorum (f) sepulturam vendidit. ¶ Principes ciuitatis alios securi percussit: alios in exilium redegit, bonaque omnium occupauit. ¶ Pulsos deinde per iniuriam, in patriam restituit; ex horum numero cccc. exules, iudices rectoresque ciuitatis dedit: ¶ apud quos cum potentissimi quique rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniuriam se in exilium egressent, huius constantiæ fuerunt, vt omnes se auctores faterentur, meliusque cum republica actum cum damnati essent, quam cum restituti, contenderent. ¶ MIRA admodum possunt, sententiam ferunt; contemnantque absolutionem quam dare inimici possunt: & quoniam rebus nequeunt vlscisci, verbis vsurpant libertatem.

Num.

Num. 1. (a) *Disimulata læticia* Lege Ælianum var. histor. 8. 35. B. Sic Epaminondas Lænticia victoria potius, postred processit iqualidus & humilis, quod diceret, castigare se immoderatum ex victoria gaudium, Plutarch apophitheg. c. 97. qui nec dissimilia de Annibale in vita Marcelli c. 13 refert. Præcipit hanc moderationem Onofander strateg. c. vlt.

Ibid. (b) *Coronas* Coniuuales intellige, de quibus Car. Passchalus Coron. 2. 3. & passim. Nam quod in Mss. quibusdam extat, coronam suam, haud dubie à manu interpolatoris est, qui veteris ritus ignatus hoc solum videbat. ista de rege dicit.

2 (c) *Nec regem sed ducem* Ista Solihenes infra 24. 5. 14. Factum id inuidie minuendæ causa. Quo sine etiam Imp. Augustus non regno, neque dicitur, sed Principi nomine constituit Rempub. Tacit. annal. 1. 9. 12. Et Imp. Fridericus I. teste Guntheto.

Verba remittebat casti odij superbia.

4 (e) *Bello consumptionum* hoc est prælio. Sic supra 2. 72. 23. Interpretos duces bellum acerrime ciebat. Qui tamen acerratus loquuntur, ista distinguunt. Lilius 9. 19. 10. Vos prælio victus Alexander, bello victus flet. Et 30. 35. 1. Non prælio modo, sed bello victus Annibal. Tacit. annal. 2. 33. 5. Armenius prælio ambiguus, bello non victus. Curtius 4. 14. 25. Bello viciorum, si vincimus prælio.

6 (e) *Porra* Forte vers, vt sit antithesis Athen. Vide tamen infra 14. 3. 7. & 43. 4. 22.

Ibid. (f) *Sepulturam vendidit* Emendandus est Orofius 1. 14. ex Ms. Mortuorum mortes, venditiones captiuitatesque vitiorum, vnus regis fraus, serocia, dominatus agitatur. à Ms. abest vox mortes, mortuorum venditionem hanc intelligit. B. Videtis adagium Erasmi, à mortuo tributum exigere.

## CAP. V.

- 1 Compositis in Græcia rebus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum cerum præsentium statum euocari Corinthum iubet.
- 2 Ibi pacis legem vniuersæ Græciæ pro meritis singularum ciuitatum statuit; conciliumque omnium, veluti vnum senatum, ex omnibus legit. ¶ Soli Lacedæmonii, (a) & legem, & regem contempserunt: SERVITUTEM non pacem rati, (b) quæ non ipsis ciuitatibus conueniret, sed

K 4

à victo-

à victore ferretur. || Auxilia deinde singularum ci-  
uitatum describuntur, siue adiuuandus ea manu  
rex oppugnante aliquo foret, seu (c) duce illo bel-  
lum inferendum. || Neque enim dubium erat, 5  
imperium Perfarum his apparatus peti. || Sum-  
ma auxiliorum ducenta millia peditum fue-  
re, & equitum quindecim millia. || Extra hanc 7  
summam & Macedoniae exercitus erat, & confin-  
is domitarum gentium barbaries. || Initio veris 8  
tres duces in Asiam Perfarum iuris præmittit,  
Parmenionem, (d) Amyntam, & Attalum, || cu- 9  
ius (e) sororem nuper (f) expulsa Alexandri ma-  
tre Olympiade, propter stupri suspicionem, in  
matrimonium receperat,

Num. 3. (a) *Et legem, & regem.* Bong. & *regem & leges.* Præ-  
tuli quod & veteres editiones habent, & in suis Mss. extare con-  
firmat Modius: cum sit nescio quomodo concinnior ea lætio,  
dixeritque præcedenti n. 2. *pacis legem, non leges.*

Ibid. (b) *Quæ non ipsi ciuit. conueniret* hoc est, de qua non  
inter ipsas ciuit. conueniret. Sichardus enim aliter hæc accipere  
videatur: vnde mox pro *victore* legit, pro à *victore*. non bene.

4. (c) *Duce illo* ] Erat enim declaratus *σεβαστης ἀπολοκράτωρ*  
*της Ελλάδος*. Diodorus 16. 90. Georgius Gemist. 2. B.

5. 6. 7. ] Filius Alexander cum multo paucioribus ad sub-  
uestendum imperium Persicum est profectus, infra 11. 6. 2.

8 (d) *Amyntam* ] Eius Gemistus nullam mentionem facit,  
neque Diodorus. B.

9 (e) *Cuius sororem* ] Attalum Cleopatras *θεῖον*, id est, a uuncu-  
lum aut paruum vocat Plutarchus in Alexandro c. 15. Diodorus  
16. 94. & Gemistus *ἐπιλαφίδου*, id est, *αδελφῆ ἄδρ.* pro quo forte  
Iustinius aut Trogus apud Græcum auctorem legerat *αδελφῆ*. B.

Ibid. (f) *Expulsa Olymp. propter stupri suspicionem* ] Eadem Cæ-  
sari vxoris repudiatæ causa, quod diceret, suos tam *suspicionem quam*  
*irimine carere oportere*. Sueton. c. 74. Multis illustribus dedecori fuit,  
aut inconsultius vxor assumptæ, aut retenti patientium. et a *seru clare*  
*domestica se seruebat in famia*; & ne maximi ciues haberentur, hoc ef-  
ferebat, quæ *mariti minores erant*. Plin. panegy. c. 43.

## CAP. VI.

- 1 I nterea dum auxilia à Græcia coeunt, nuptias  
2 Cleopatras filias, & Alexandri, quem regem  
2 Epiri fecerat, celebrat. || Dies erat pro magnitu-  
dine duorum regum, & collocantis filiam, &  
3 vxorem ducentis, apparatus insignis. || Sed nec  
ludorum magnificentia deerat: ad quorum spe-  
ctaculum Philippus cum sine custodibus, medius  
inter duos Alexandros, filium generumque con-  
4 tenderet, || Pausanias nobilis ex Macedonibus  
adolescens, nemini suspectus, occupatis angu-  
stis, Philippum in transitu obruncat; diemque  
lætitiæ destinatum, sædum luctu funeris facit.  
5 || Hic Pausanias primis pubertatis annis stu-  
prum per iniuriam passus ab Attalo fuerat: cuius  
6 indignitati hæc etiam sceditas accesserat: || nam  
(a) perductum in conuiuium, solumque me-  
rum Attalus, non suæ tantum, verum & conuiui-  
um libidini, velut scortum vile subiecerat, ludi-  
briunque omnium inter æquales reddiderat.  
7 || Hanc rem ægre ferens Pausanias, querelam Phi-  
8 lippo sæpe detulerat. || Cum variis frustrationi-  
bus non sine risu (b) differretur, & (c) honoratum  
insuper (d) ducatu aduersarium cerneat; (e) iram  
in ipsum Philippum vertit; vltionemque quam  
ab aduersario non poterat, ab iniquo iudice exe-  
git.

Num. 1. 2. 3. & c. ] De Philippi morte vide Diodorum sine li-  
bri 16. (qui nonnihil à nostro variat) Ciceronem de fato cap. 3.  
Ælianum extremo lib. 3. Valerium 1. 8. Plutarchum Alexandri  
c. 17. & Pausaniam Arcadicis. B.

6 (a) *Perductum* ] Ait Bong. in Ms. legi *produllum*, idque ver-  
bum ad rem accommodatissimum, ex Plauto & Petronio consti-  
t.

re. Modius autem *perduclum* longe accommodatius esse contendit. Hinc enim *perducltores* *περδύκτωρες*, qui hoc differunt à lenonibus, quod *lenones* sunt scortorum: *perducltores* etiam inuitarum personarum, ut tradit Afcionius in illud Ciceronis Verr. 1. 12. *lenonum, perducltorum*. In quo lepide lusit Plautus Mostell. 3. 2. 157. Nam cum senex senem inspecturientem ades suas interrogasset, *Vin' qui perducltus?* responderet alter: *Apago istum à me perduclto-rem? nihil moror ducltorer. errabo potius quam perduclt quippiam.* Adde Torrent. ad Sueton. Vespas. 12. & Pichzi aduersat. 2. 17.

§ (4) *Differitur*] hoc est, in aliud tempus reiiceretur. Ita Plin. panegy. c. 26. *Infantes ignari quid rogassent, donec plane sciverint differebantur.* *Man hat sic heissen wartet.*

Ibid. (c) *Honoratum*] Supra 9. 5. 8.

Ibid. (d) *Ducatum*] hoc est, dignitate ducis. Vitur autor hac voce supra 2. 15. 14. & infra 30. 7. 5. Suetonius Tiberio 19. 2. & Nezone 3. 13. Vitur & Suetonio antiquior Curtius: & in Glossario veteri *Ducatum* est *δυστομία*. B. Adde Liu. epit. 96. & 113. Alio fere sensu Florus 3. 21. 2. *ducatum secleri prabuisse.*

Ibid. (e) *Itam in ipsum Phil. vertit* &c.] Simile infortunium ex causa non dissimili Phalaris parum absuit quin incureret de quo insigniter bene Ælianus var. hist. 2. 4. Lycurgi dictum est in oratione contra Leocratem: *Delicta tantissyr dam iudicata fuerint, apud auctores suos manent, simulatque sententia ac iudicium de eis factum fuit; apud eos manent, qui ipsa iure non videscuntur ac vindicant.*

## CAP. VII.

Creditum est etiam (a) immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse; nec (b) ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse: quippe non minus Olympiadem repudium, & prælatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque, regni æmulum fratrem (c) [ex nouerca susceptum timuisse: eoque (d) actum, ut in conuiuio antea primum (e) cum Attalo, mox cum ipso patre iuraret: adeo ut etiam stricto gladio eum Philip-

pus confectatus sit, ægreque à filii cæde amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat: vixque reuocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum ægre redire compulsus. Olympias quoque fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat, peruicissetque ni filiæ nuptiis pater generum occupasset. His stimulis irarum utrique Pausaniam de impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus impulsisse creduntur. Olympias certe fugienti percussori, equos quoque præparatos habuit. Ipsa deinde, audita regis nece, cum (f) titulo officii ad exequias cucurrisset, in cruce pendentis Pausaniæ capiti, eadem nocte qua venit, coronam auream imposuit: quod nemo alius audere, nisi hæc, (g) superstitè Philippi filio, potuisset. Paucos deinde post dies, refluxum corpus interfectoris super reliquis mariti cremauit; & tumulum ei eodem fecit in loco, parentarique eidem quotannis, incussa populo superstitione, curauit. Post hæc Cleopatram, à qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius prius filia interfecta, finire vitam suspensio coëgit, spectaculoque pendentis vltionem posita est, ad quam per (i) parricidium festinauerat. Nouissime (k) gladium, quo rex percussus est, Apollini sub nomine Myrtalis consecrauit: hoc enim nomen ante Olympiadis paruula fuit. Quæ omnia ita palam facta sunt, ut timuisse videatur, (l) ne facinus ab ea commissum non probaretur.

Num. 1. (a) *Inmissum ab Olymp.* Sic & infra 26, 3, 6. in sub-  
fessorem alieni matrimonii percussoribus immisso. Ea vis nimirum  
est muliebris Zelotypiæ: quam furori Leonino recte comparat  
Ovidius de arte 2, 379. Et instar miraculi sunt habenda quæ  
Plutarchus viri. mul. c. 42. de Stratonica. Valer. Max. 5, 7. de Afri-  
cæ prioris vxore Æmilia, Suetonius Aug. 71, 3. de Augusti Livia,  
Saxo lib. 12. de Erici I. Danorum regis Botilda. maiorum ex-  
traneos amores iuuantibus, tantum abest vt impediuntibus, me-  
morant.

Ibid. (b) *Ipsam Alexandrum* Mss. Fr. Modii 70 *Alexandrum*  
non agnoscunt: & videtur posse abesse citra sententiæ detrimen-  
tum.

3 (c) *Ex nouerca* ] Quæ in lusa vides à n. 3. ad n. 10. absunt ab  
optimis libris: habentur tamen in vno Cuiacii codice, neque vi-  
dentur reiicienda. Ad ea vide Plutarchum in Alexandro. B.

Ibid. (d) *Alsum* ] Rectius est *fallum*. Seb.

Ibid. (e) *Cum Attalo* ] Plutarchus Alex. c. 15. refert, Alexandrum  
in ista contentione scyphum in Attalum conficisse.

10 (f) *Titulo officii ad eque. coc.* ] Infra 23, 1, 8. est, *exequiarum*  
*officium implere*. Tacitus absolute annal. 3, 3, 2. *officio fungi*,  
*jur Reich diem*. Aliàs *Officii* vox generatim ea significat, quæ  
cultus, honoris & studii causa superioribus aut amicis exhibe-  
mus. Eius genera Tertullianus in lib. de idololatria, plura simul  
enumerans, circa officia, inquit, *privatarum & communium solenni-  
tarum, vt iuge pura, vt sponsalium, vt nomenclium, nullum putem*  
*periculum*. Et post inter officia refert *deductionem magistratum,*  
*candidateum, funera: salutationes, item, recitationes, & alia.*

Ibid. (g) *Superstite Philippi filio* ] Quippe inquisituro, & vin-  
dicaturo.

12 (h) *Cleopatram* ] Pausanix in Arcadicis non conuenit cum  
hac narratione. B.

Ibid. (i) *Parricidium* ] hoc est, Philippi cædem. Fr.

13 (k) *Gladium &c. consecrauit* ] Sic & Alexander Phœzus  
(vt est apud Plutarchum in Pelopida cap. 53.) lanceam illam, qua  
anniculum suum Polyphronem confoderat, coronatam sacravit,  
eique vt deo rem diuinam fecit, *Tycho* nomem eam appellans: forte  
quod idem non fuisset frustratus, *καὶ τὸ τὸν γυμναστήν*. Atque hic  
mos à Græcis ad R.omanos transit. Sueton. Calig. 24, 10. *Tres gla-  
dias in necem suam preparatos, Marti vltori, addito elogio, consecra-  
uit*. Idem Vitellio 10, 3. *Pugionem, quo se Orho occiderat, in Agrip-  
pinem, em coloniam misit, Marti dedicandum*. Epitomatior Dionis  
in An-

in Antipino Caracalla sub fin. *Gladium quo fratrem interfecerat,*  
*des consecrare est ausus*. Huc respicit Tertullianus in de Resurre-  
ctione carnis: *Gladius bene de bello erantus, & melior homicida,*  
*laudem suam consecratione pensabit*. Hæc pleraque Lipsius Not.  
16. ad Tacit. annal. 15.

14 (l) *Ne facinus ab ea commissum non probaretur* ] Ex inter-  
punctione quam post vocem *commissum* inserunt editiones ple-  
raque, paucis intellectum hunc locum apparet. Verbum *probare*  
huius obscuritatis causa est, quod Iulianus pro *conuincere* accepit,  
hoc sensu, *Omnia ista palam egisse, quasi metueret, ne non ab ea*  
*commissum appareret*. Ceteri *probare* pro *approbare* intellexerunt.  
Freinshem.

## CAP. VIII.

1 **D**ecessit Philippus x l. & v i i. annorum, cum  
2 annis x x v. regnasset. ] Genuit ex Larissæa  
saltatrice filium Aridæum, qui post Alexandrum  
3 regnauit. ] Habuit & alios multos ex variis ma-  
4 trimoniis regio more susceptos, qui (a) partim  
5 fato, partim ferro periere. ] Fuit (b) rex armo-  
6 rum quam conuiciorum (c) apparatus studio-  
7 sior; ] cui maximæ opes erant instrumenta bel-  
8 lorum: ] diuitiarum quæstu, quam custodia  
9 solertior: Itaque inter quotidianas rapinas sem-  
7 per inopis erat. ] Misericordia in eo & (d) perfidi-  
8 a pari iure dilectæ. Nulla apud eum turpis ra-  
9 tio vincendi. ] Blandus pariter, & insidiosus al-  
10 loquio; (e) qui plura promitteret, quam præsta-  
9 ret: (f) in seria & iocos artifex. ] (g) Amicitias  
vilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in  
odio, instruere inter concordantes odia, apud  
vtrumque gratiam quærere, solennis illi consue-  
10 tudo. ] Inter hæc eloquentia, & (h) insignis ora-  
tio, acuminis & solertiæ plena; vt nec ornatu fa-  
11 cilitas, nec facilitati inuentionum deesset orna-  
tus. ] Huic Alexander filius successit, & virtute  
& vi-





## POMPEII TROGI

## EPITOMA HISTO-

## RIARVM.

## LIBER X.

## CAP. I.

Artaxerxi (a) regi Persarū (b) ex pellicibus cxv. 1  
 filii fuere, sed tres tantum iusto matrimo-  
 nio suscepti: Darius, (c) Ariarates, & Ochus. || Ex 2  
 his Darius contra morem Persarum, apud quos  
 rex non nisi morte mutatur, (a) per indulgentiam  
 pater (c) regem viuus fecit; || Nihil sibi ablatum 3  
 existimans, quod in filium contulisset; sincerus  
 usque gaudium ex procreatione capturus, si in-  
 signia maiestatis suæ viuus in filio conspexisset.  
 || Sed Darius post noua paternæ pietatis exem- 4  
 pla, interficiendi patris consilium cepit. || Sce- 5  
 leratus, si solus parricidium cogitasset; tanto  
 sceleratior, quod in societatem facinoris assum-  
 pto, quinquaginta fratres fecit parridas.  
 || OSTENTI prorsus genus. vbi (f) in tanto popu- 6  
 lo non solum sociari, verum etiam filieri parrici-  
 dium potuit; vt ex quinquaginta liberis nemo  
 inuentus sit, quem aut paternæ maiestas, aut ve-  
 neratio senis, aut indulgentia patris, à tanta  
 immanitate reuocaret. || ADEONE vile paternum 7  
 nomen apud tot numero filios fuit, vt quorum  
 præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debue-  
 rat, eorum insidiis circumuentus, tutior ab ho-  
 stibus, quam à filiis fuerit?

NOTÆ

## NOTÆ AD LIBRUM X.

Num. 1. (a) Artaxerxi] Qui Mnemon dictus est. Eius vitam scripsit Plutarchus, quem vide, & Ælianum sine libri 9. Iustitiam eum fama floruisse Probus & idem Plutarchus auctores sunt. B.

Ibid. (b) Ex pellicibus] Quarum sexaginta & trecentas Artaxerxi tribuit Plutarchus in eius vita c. 43. Totidem Dario Curtius 3. 3. 36. ipseque Alexandro Perficis moribus corrupto, idem 6. 6. 3. vt & Diodorus 17. 77. qui addit, hunc tantum numerum (Curtius 6. 2. 2. Gregem appellat) eos ideo affectasse, vt accederent ad numerum dierum anni. Cæterum Ioniam regi Perfico tot pellices suppeditasse tradit Maximus Tyr. ferm. 33.

Ibid. (c) Ariarates] Veteribus Ariaratus: Plutarcho in Artoc. c. 43. Ariaspes. B.

2 (d) Per indulgentiam] Simul etiam ne se mortuo regnum nouis bellis bellis quæ certaminibus implicaretur, Plutarchus in Artoc. c. 41. Cobitentur prauæ aliorum spes, si successerit non in certa sit. Tacit. annal. 3. 56.

Ibid. (e) Regem viuus fecit] Inconsulte. Vide sapientissimum Syracidem 33. 20. & seqq. Feliciore tamen successu Ptolemæus, infra 16. 2. 3.

6 (f) In tanto populo] hoc est, in tanta multitudo filiorum, audaci satis metaphora, qualis est etiam apud Gregotam 3. 1. οὐδὲ μὲν ἀπειροκαίμων. Ita Senec. Benef. 6. 33. populus amicorum. Florus 1. 1. 17. populus virorum. Audacius Manilius aerei populi de aëibus: & populus exponere capros de piscibus. Columella 9. 13. Duo populi coniungi debent, de apibus. Apuleius lib. 6. sepelium populorum vnda, de fornicis: de quibus & Prouerb. 30. 25. Formica, populus infirmus. Audacissime Sidonius 6. 1. Scelerum populus, pro copia peccatorum: vbi plura id genus exempla notauit Sauro.

## CAP. II.

1 Causa parricidii sceleratorum ipso parricidio  
 2 fuit. || Occiso quippe Cyro fraterno bello,  
 cuius mentio (a) supra habita est, Apsasiam pellicem  
 eius rex Artaxerxes in matrimonium rece-  
 3 perat. || Hæc patrem (b) cedere sibi, sicuti regnum,  
 (c) Darius postulauerat: qui per indulgentia sua in

L

li-

liberos primo facturum se dixerat: || mox pœni- 4  
tenta ductus, vt honeste negaret, quod temere  
promiserat, (d) Solis eam sacerdotio præficit,  
quo perpetua illi ab omnibus vitis pudicitia im-  
perabatur. || Hinc exacerbatus iuuenis, (e) in 5  
iurgia primo patris erupit: mox facta cum fratri-  
bus coniuratione, dum patri infidias parat, (f) de-  
prehensus cum sociis, P O E N A S parricidii diis  
paternæ maiestatis vltimis dedit. || Coniuges 6  
(g) quoque omnium cum liberis, ne quod vesti-  
gium tanti sceleris extaret, interfectæ. || Post hæc 7  
Artaxerxes morbo (h) ex dolore contracto dece-  
dit, (i) rex quam pater felicior.

Num. 2. (a) *Supra* ] Fine libri quinti.

3 (b) *Cedere* ] Richardus mallet credere, non bene. Vide No-  
tam ad 1, 10, 15.

Ibid. (c) *Darius postulantur* ] *Lex erat apud Persas, vt designa-  
tus rex donam peteret, & daret qui designauerat, modo fieri posset,  
quicquid esset petitiuum.* Plutarchus Artocērx. c. 42. B.

4 (d) *Solis eam sacer. prof.* ] Plutarchus Artocērx. c. 43. eam  
Dianæ qua Ecobatans colitur, quam *Anitios* vocant, sacerdotem  
Ictham scribit, quo reliquam vitam transigaret in exilatu. B. Simi-  
lissima ratione in India occidentali, toto Persuano tractu, prius-  
quam factis Christianis imbuerentur, *Arētia* & *magnum* templa di-  
cata *Sole*, & in illis *virgines* saepe ducenti an fuisse, Liplius Syr. tag. de  
Vesta cap. 15. refert: & quibus si qua corpus pollueret, morti libent, nisi  
tamen à Sole se conceperit (vide superstitioſam erudulitatem)  
sanctè adiuuisset.

5 (e) *In iurgia* ] Quidam Mss in iniuria. Iniuria etiam ver-  
bis fit, vt IC. docent. Tertull. *Omnia iniuria, seu lingua, seu manu  
missa*, B.

Ibid. (f) *Deprehensus* ] Coniurationem prodente quodam  
eunucho. Plutarch. Artoc. c. 45.

6 (g) *Coniuges q. o. cum liberis* ] Amittant. Marcellin. 23, 37.  
*Leges apud Persas impendios formidat: inter quas vitare exape-  
rari: lat. & contra ingratos & uelerosos, & abominanda alia, per quæ  
o. novam vitam omnium propinquitas petri.* Exempla sunt apud He-  
rodotum

rodotum 3, 119. & in epistola Artocērxis apud LXX. Interpretes  
cap. 3, 11. Esther. Neque mitior lex Macedonum, qua cautum erat,  
vt propinquis eorum, qui regi infidiaty essent, cum ipsi necarentur.  
Curtius 6, 11. 28. Quomodo & Imp. Arcadii & Honorii conti-  
nitione, pœna in patrem ad filios extenditur, quorum parentes  
lex maiestatis reatum incurserunt. L. C. ad l. lul. maicf.

7 (h) *Ex dolore* ] ὄπι λύπης ἐν δυσθυμίαις. Plutarch. At-  
tocērx. c. vlt. B.

Ibid. (i) *Rex quam pater felicior* ] Ita de Augusto Sueton-  
ianus.

### C A P. III.

1 **H**ereditas regni (a) Ocho tradita, qui timens  
patrem coniurationem, regiam (b) cognato-  
rum cæde & strage principum replet, nulla non  
sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia  
permotus: scilicet ne intocentior fratribus par-  
2 ticipis haberetur. || Atque ita veluti purificato  
3 regno, bellum (c) Cadusius infert. || In eo cum  
aduersus prouocatore (d) hostium Codoman-  
nus quidam, omnium fauore processisset, hoste  
cæto, victoriam suis pariter, & prope amissam  
4 gloriam restituit. || Ob hæc decora idem Codō-  
5 manus præficitur Armeniis. || Interiecto dein-  
de tempore, (e) post mortem Ochi regis, ob me-  
moriæ pristinae virtutis, (f) rex à populo con-  
stituitur, Darii nomine, ne quid regie maiestatis  
6 desset, hofofatus; || bellumque cum (g) Alexan-  
dro Magno, (h) diu variante fortuna, magna  
7 virtute gessit. || Postremo victus ab Alexandro,  
& à cognatis occisus, vitam pariter cum Persa-  
rum regno hiniuit.

Num. 1. (a) *Ocho* ] Qui & ipse Artocērxes dicitur est, Bionda-  
rus extremo libro 15. B.

Ibid. (b) *Cognatorum* ] Barn. Briffonius fib. 4. de regno Persi-

co cenſet, auctori ſermonem hic eſſe de Cognatis Regis honorariis, qui hoc ſine re nomen tenuerunt. Et ſane tributum apud Perſas id nomen iſe quoque, qui nulla ſanguinis cognatione regem attingerent, apparet ex Eſdrae 3. 4. 42. & Iosepho antiquit. 11. 4. vbi rex Darius inter cætera victoriæ præmia, tribus ſatellitibus hoc quoque propoſuit: *Et Cognatus meus vocaberis.* Alexandrum etiam hoc honore Perſas quosdam affectiſe, Atrianus lib. 7. pag. 153. f. memorat. Adde Diodorum 17. 20. & Curtium 3. 3. 20. & 4. 11. 1. Inſtar motis huius & in aulam Imperatorum Orientis poſtea translatum eſt, vt quidam honoris cauſa Βασιλευσιν ἀδελφῶν. Imperatoris patres dicerentur. quo de Meurſii Gloſſarium. Verumtamen hoc loco de *agnatu* proprie diſiſſe eſſe ſermonem, apparet cum e ſubiecta voce *sanguinis*, tum quod addit auctor, *Ochus in nocentiorum fratribus patriciâ non fuiſſe, parimque conurinationem tenuiſſe.* Hæc enim ad honorarios illos cognatos referri non poſſunt: quales cum ſere pluriſim fuerint, (*decem & quinque millia Cognatorum Dario tribuit Curtius 3. 3. 20.*) quis tantam multitudinem, in quam conuratio cadere nulla poteſt, ab Ocho ſublata credat? Quæ tamen eorum ſublata, hos addita vox *principum* complectitur.

2 (c) *Cadufiu*] Ita Ms. vnus. ceteri *Aduſi*: alii *aduerſi*. Vulgo male *Armenis*, quia in ſequentibus legerant Codomanum Armeniis præfectum. Sed *Cadufiu* legendum conſtat ex Diodoro 17. 6. à quo hæc petenda. B.

3 (d) *Hoſtium*] Seb. non male *hoſtem*.

5 (e) *Poſt mortem Ochi*] ab eunucho Bagoa veneno necat, Diodor. 17. 5. Cadaver ipſius Bagoæ ſelibus obicit, & oſſa quædam illius exprobandæ crudelitatis cauſa, conuertit in manubria gladiatorum, Felian. var. hiſt. 6. 8.

Ibid. (f) *Rex à populo*] Cum prius fuiſſet *Αράνης*, id eſt, *ἡγεσθόλης*, vt Helychius interpretatur. Plutarchus Alexandro c. 29. & de fortun. Alex. orat. 1. 1. & orat. 2. 18. B.

6 (g) *Alexander Magnus*] Senec. epiſt. 91. 40. *Alexander Macedonum rex aſſerere Geometriam in ſelix ceperat, ſciuitus quam puſilla terra eſſet, ex qua minimum occupauerat. Ita dico inſelix ob hoc, quod intellegere debebat, falſum ſe gerere cognomen. qua enim iſſe M. A. G. N. V. S. in puſilla poteſt?*

Ibid. (h) *Diu variante fort.*] Imo ſere ſemper aduerſa.

P O M.

P O M P E I I T R O G I  
E P I T O M A H I S T O -

R I A R V M.

L I B E R X I.

C A P. I.

- 1 In exercitu Philippi, ſicuti variæ gentes erant, ita eo occiſo, diuerſi motus animorum fuerunt.
- 2 Alii quippe iniuſta ſeruitute oppreſſi, ad ſpem ſe libertatis erigebant: || alii cædido longinquæ militiæ, remiſſam ſibi expeditionem gaudebant:
- 3 nonnulli facem nuptiis filix accenſam, rogo patris ſubditam dolebant. || Amicos quoque, tam ſubita mutatione rerum, haut mediocriſ metus ceperat, reputantes nunc prouocataſ Aſiam:
- 4 nunc Europam nondum perdimam; || nunc Illyrios, & Thracas, & Dardanos, ceterasque (a) barbaras gentes fidei dubiæ, & mentis inſidæ: qui omnes populi ſi pariter deſiciant, reſiſti nullo modo poſſe. || Quis rebus (b) veluti medela quædam interuenturus Alexandri fuit; || qui pro concione, ita vulgus omne conſolatus, hortatusque (c) pro tempore eſt, vt & metum timentibus demeret, (d) & ſpe omnes impleret. || Erat hic annos x x. natus: in qua ætate (e) ita moderate de ſe multa pollicitus eſt, vt appareret plura eum
- 5 experimentis reſeruare. || Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, præter militiæ vacationem dedit: quo factò tantum ſibi fauorem omnium conciliauit, vt corpus hominis, non virtutem regis mutaffe ſe dicerent.

L 3

No-



## NOTÆ AD LIBRVM XI.

Duobus libris 11. & 12. Alexandri Magni, Philippi F. res gestæ continentur: quas libris octo Arrianus Nicomedienfis complexus est. Extat de iis etiam Q. Curtii Rufi historia manca & lacera. eam emendatam, & quantum potest ex veteribus codicibus restitutam edere in animo est. ero ideo in horum duorum librorum explicatione breuior. Legendus præter illos Diodori liber 17. & Plutarchi Alexander, & orationes dux de fortuna vel virtute Alexandri, & Aelianus lib. 3. Bong. Zoster commemoratos, Cicero, Plinius, Valerius Maximus, Zosimus, Apuleius, Orosius, alique multi, hinc inde de Alexandro Magno alius alia in litteras retulerunt. Galtorius etiam, poeta non contemnendus, hoc argumentum peculiari poemate tractauit. quod ad exemplum Mazonis & Statii, *Alexandridea* nominat.

Num. 6. (a) *Barbaros genti fides dub.* ] Liuus 22, 27, 7. Talia sunt barbarorum ingenia: cum fortuna mutant fidem. Et 28, 17, 5. Barbari ex fortuna pendet fides.

7 (b) *Veluti medela q. interu. Alex.* ] Adspæctum principis in calamitate populo solacium esse, suse Gruterus dissert. 21. ostendit, ad illud Taciti anal. 15, 16. Suetici aduersus fortuna adspæctum Principis reseruari.

8 (c) *Pro tempore* ] hoc est, pro conditione temporum, vt inquit Sueton. Cæli 16, 1. Ita Sallust. Catil. 30, 5. pro tempore atque periculo exercituum comparare. Tacitus anal. 12, 49, 4. pro tempore rebus turbida consulere. longe alio sensu quam hodie doctos etiam hæc vii phraſi videas.

Ibid. (d) *Et spe omnes impleret* ] Bong. edidit, & in spe omnes impelleret. Sequor scriptos libros. Veniuntur est oppositio, demerere, implere. Et spe implere phraſis est Iustini familiaris, Imprecſi quidam etiam addunt, spe sui.

9 (e) *Ita moderate &c.* ] De Agricola Tacitus in eius vita cap. 18, 10. Ipsa dissimulatione fama, famam auxit, astmantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

## CAP. II.

Prima (a) illi cura paternarum exequiarum fuit: in quibus ante omnia, cædis confcios (b) ad tumulum patris occidi iussit: || soli Alexandro (c) Lyncistarum fratri pepercit, seruans

in 99

in eo auspiciam dignitatis suæ: nam regem eum primus salutauerat. || Emulum quoque imperii Caranum fratrem ex nouerca susceptum, interfici curauit. || Inter initia multas (d) gentes rebellantes compescuit: orientes nonnullas seditiones extinxit. || Quibus rebus erectus, citato gradu in Græciam contendit: vbi (e) exemplo patris Corinthum euocatis ciuitatibus, dux in locum eius substituitur. || Inchoatum deinde a patre Persicum bellum aggreditur, || in cuius apparatu occupato nuntiatur, (f) Athenienses, & Lacedæmonios ab eo ad Perlas defecisse, auctoremque eius defectionis, (g) magno auri pondere à Persis corruptum, Demosthenem oratorem extitisse; || qui Macedonum deletas omnes cum rege copias (h) à Triballis affirmauerit, producto in concionem auctore, qui in eo prælio, in quo rex ceciderit, se quoque vulneratum diceret. || Qua opinione mutatos omnium ferme ciuitatum animos esse; præsidia Macedonum obſideri. || Quibus motibus occursurus, (i) tanta celeritate instructo paratoque exercitu Græciam oppressit, vt quem venire non senserant, videre se vix crederent.

Num. 1. (a) *Prima illi cura* ] Diodorus 17, 2. Ante omnia patris cædis paternæ auctoribus iussis. B. Causa traditur infra 11, 15, 12.

Ibid. (b) *Ad tumulum patris occidi* ] Imp. Augustus trecentos ex dedititio electos, ad aram D. Iulio (patris) extructam, Idibus Martiis (qua patra cædes eius) hostiarum mero uictauit. Sueton. Aug. 45, 2. Quo loco plura huc pertinentia Casaubonus.

2 (c) *Lyncistarum* ] Populus est Macedonia, qui Λυκιστῆς, Lyncestæ, dicitur Thucydidi 2, 21, 26. Plinio 4, 10. Regio ipsa Λυκιστῆς, Lyncestis, Ptolemaeo 3, 13. Straboni 11, 10. lib. 7. Λυκιστῆς, Lyncestæ, quomodo habeat hic vet. libri. B.

4 (d) *Gentes rebellantes compescit.* Barbarorum motus, & suscitatio inde bella compescit. Plutarch. Alex. c. 19. Multa sunt in hoc autore, quæ iustum commentarium scribenti, cum Græcis comparare operæpretium esset. Ea hic annotare non est instituti nostri. B.

5 (e) *Exemplo patrii* ] Supra 9, 5, 1.

7 (f) *Atheniensis & Lacedæm.* ] Hæc est veterum librorum lectio. ex historia & sequentibus pro *Lacedæmonis* legendum *Thebanis*. non enim defecerunt Lacedæmonii, qui Philippi & Alexandri pacem semper spreuerant: supra 9, 5, 3. & infra 12, 1, 7, B.

Ibid. (g) *Magno auri pondere* ] *Δωροδοκία & ἀργυροπύχη* Demosthenis ex Plutarcho in eius vita c. 35. Diodoro 17, 4. Agellio 11, 9. Dinarchi & Æschini oration. contra Demosth. & aliunde nota est. Excusat tamen cum Pausanias Corinthiacis.

8 (h) *Α Τυβαλλίη* ] Ab Illyriis, habet Arrianus lib. 1. B. A no- stro stat Plutarchus in vita Alex. c. 19.

## CAP. III.

**I**n transitu (a) hortatus Thessalos fuerat; beneficiorumque Philippi patris, maternæque suæ cum his sub (b) *Æacidarū* gente necessitudinis admonuerat. || Cupide hæc Thessalis audientibus, (c) exemplo patris dux vniuersæ gentis creatus erat, & vœtigalia omnia, reditusque suos ei tradiderat. || Sed Athenienses, sicuti primi defecerant, ita primi pœnitere cœperunt: || contemptum hostis in admirationem vertentes, (d) pueritiamque Alexandri spretam antea, supra virtutem veterum ducum extollentes. || Missis itaque legatis, bellum deprecantur; quibus auditis & grauius increpatis, Alexander bellum remisit. || Inde Thebas exercitum conuertit, eadem indulgentia vsurus, si parem pœnitentiam inuenisset. || Sed Thebani armis, non precibus nec deprecatione

vñ

usi sunt. Itaque victi, grauissima quæque supplicia miserimæ captiuitatis experti sunt. || In consilio cum de excidio vrbis deliberaretur, Phocenses, & Plataenses, & Thespenses, & Orchomenii, Alexandri (e) socii, victoriæque participes, excidia vrbium suarum, crudelitatemque Thebanorum referebant: || studia in Persas non præsentia tantum, verum & vetera aduersus Græciæ libertatem increpantes. || *Quamobrem* (f) *odium eos omnium populorum esse: quod vel ex eo manifestari, quod iureiurando se omnes obstrinxerint, vt victis Persis Thebis diruerent.* || Adiciunt & scelerum priorum fabulas, quibus omnes scenas repleuerint, vt non præsentia tantum perfidia, verum & veterem infamia inuisi forent.

Num. 1. (a) *Hortatus Th. fuerat* ] Peculiari notione, pro excitate: cui quodammodo affinis est infra 11, 9, 13. vbi *hortari* pro *consolari* sumitur. Vtrumque nostris est. Euenim vsus præcæ.

Ibid. (b) *Æacidarum gente* ] Diodorus 17, 4. *Ἰφ' Ἐρακλίδης*. Erat autem Alexander paterno genere *Ἡρακλειδῆς*; materno *Ἀλεξάνδης*. Plutarchus, alii: erat Hercules Thebanus, non Thessalus. In eundem lapidem impingit Iustinus, cum paulo post. II. 4. 5. ait, ab Hercule *Æacidarum* gentem originem trahere. B.

2 (c) *Exemplo patrii* ] Supra 8, 2, 1.

4 (d) *Pueritiamque Alex. spretam* ] Demosthenes Alexandrum, puerum & Margiten, hoc est, fatuum, inermem, vocabat. Plutarch. in Demosth. cap. 32. & Alex. c. 19.

8 (e) *Socii* ] Diodorus 17, 14. *Σύμμαχοι*. B.

10 (f) *Odium* ] Sicardus odio mallet. Sed illud rectum est, sicuti contra amor delictique pro homine amato.

## CAP. IV.

**T**unc (a) Cleadas vnus ex captiuis, data potestate dicendi, non à rege defecisse, quem interse-

L 5

cum

ctum audierint, sed à regis heredibus; ¶ quicquid in eo 2  
 sit admissum, (b) credulitatis, non perfidie culpam  
 esse; cuius tamen iam magna se supplicia pendisse,  
 deleta iuvenitute: ¶ nunc senum seminarumque sicuti 3  
 infirmum, ita innoxium restare vulgus, quod ipsum stu-  
 pris contumelisque ita vexatum esse, vt nihil amarius  
 vnquam sint passi: ¶ nec iam pro ciuibus se, qui tam 4  
 pauci remanserint, orare; sed pro innoxio patria solo,  
 & pro vrbe, qua non viros tantum, verum & deos ge-  
 nuerit. ¶ Priuata etiam regem superstitione de- 5  
 precatur, geniti apud ipsos Herculis, vnde origi-  
 ginem gens Æacidarum trahat; (c) actaque The- 6  
 bis à patre eius Philippo pueritia: ¶ rogat vrbi  
 parcat, que maiores eius partim apud se genitos, deos  
 adoret: partim educatos, summe maiestatis reges vide- 7  
 rit. ¶ Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque 7  
 (d) vrbs diruitur: agri inter victores dividuntur:  
 (e) captiui (f) sub corona venduntur. ¶ quorum 8  
 pretium non ex eminentium commodo, sed ex ini-  
 micorum odio (g) extenditur. ¶ Miseranda res 9  
 Atheniensibus visa. Itaque portas refugii pro-  
 fugorum contra interdictum regis (h) apperue-  
 re. ¶ Quam rem ita grauius tulit Alexander, vt 10  
 secunda legatione denuo bellum deprecantibus,  
 ita demum remisit, (i) vt oratores & duces,  
 quorum fiducia toties rebellent, sibi dedantur:  
 ¶ paratisque Atheniensibus, ne cogantur subire 11  
 bellum, eo res deducta est, vt (k) retentis orato-  
 ribus, duces in exilium agerentur: ¶ qui ex contin- 12  
 enti ad Darium profecti, non mediocri mo-  
 mentum Persarum viribus accessere.

Num. 1. (a) Cleodas] Liber auctoris anonymi de vita Alexan-  
 dri, quem mihi ex bibliotheca reginae matris vtendum dedit do-  
 ctissi.

ctissimus Fr. Pithæus, refert Ismeniam quendam Thebanum.  
 τῆς ἀλωμελαδίας ἱμαίεος ἀδελφῶτος, ἔς σοφῶν τῆ γνάμης  
 τυγχάνοντα, in Thebanorum gratiam apud Alexandrum dixisse.  
 Bong.

2 (b) Credulitatis] que error est magis quam culpa: & quidem  
 in ortuuiusque mentem facillime irrepit. Plancus ad Cicer. epist.  
 fam. 10. 23. Vide & Polybium 3. 2.

3 (c) Actaque Thebi &c.] Supra 7. 5. 1.

7 (d) Vrbs diruitur] Præter Arrianum lib. 1. Diodorum 17. 13.  
 & Alex. Thebanum in Alex. c. 19. & 20. Vide Ælianum 13. 7. Pausa-  
 niam Atticis, & Strabonem lib. 9. qui Thebas suo tempore viæ  
 pagi memorabilis formam retinere scribit. B.

Ibid. (e) Captiui] quorum erant XXX. millia. Ceciderunt  
 autem supra sex millia. Plutarchus Alex. c. 20. Diodorus 17. 14. B.  
 Ælianus var. 33. 7. de captiuis consensit occisorum autem circiter  
 nonaginta millia, corrupto forte numero, refert. Iidem, & Arria-  
 nus lib. 1. addunt, Pindari domum, eiusque thipem, ab Alexandro,  
 poetæ nobilissimi reuerentia ducto, sacrum testam consecratam:  
 sacerdotibus item vtriusque fectis, & Macedonum hospitibus,  
 parcatum fuisse. De Pindari familia consensit etiam Plin. 7. 29.

Ibid. (f) Sub corona venduntur] non quod corona militum,  
 custodiæ causa, captiuorum venalium greges circumflaret: sed  
 quia iure belli captos, coronatos vxnire mos erat. Videndus Agel-  
 lius 7. 4.

3 (g) Extenditur] Vt tanto pluris scilicet vxnirent, quanto  
 cupidius ab inimicis emerent. Hisp. interpres exiguo precio  
 venditis ari, quasi per contemptum. Sed verbum extenditur hanc  
 significationem non admittit. Diodorus 17. 14. de captiuorum di-  
 stractione talenta CCCXL. redacta scribit, opinor Attica, quæ si  
 singula 600. coronatis affumentur, vni captiuo è 3000. illis eue-  
 nerint coronato prope nouem.

9 (h) Apperuerit] Reddentes vicem beneficii quale & ipsi  
 acceperant, supra 5. 9. 4. & 5.

10 (i) Vr oratores &c. dedantur] Quorum nomina referunt  
 Arrianus lib. 1. & Plutarchus Alex. c. 32.

11 (k) Retentis oratoribus] Demofthenes recitatio in concio-  
 ne, de lupis, ab ouibus dedicationem canum postulantibus, apolo-  
 go, obtinuit, ne dederentur. Plutarchus in Alex. cap. 33. excepto ta-  
 men Charidemo, qui ex oratoribus vnus exulasse iussus, in Asiam  
 ad Dariam profugit. Arrian. lib. 1.

## CAP. V.

Proficiens ad Persicum bellum, omnes no-  
ueræ suæ cognatos, quos Philippus in excel-  
sorem dignitatis locum prouehens, imperiis  
præfecerat, interfecit. || Sed nec suis, qui apti re-  
gno videbantur, pepercit, ne qua materia seditio-  
nis, procul se agente, in Macedonia remaneret:  
|| (a) & (b) reges stipendarios (c) conspectioris  
ingenii, ad com militum secum trahit: se-  
gniores ad tutelam regni relinquit. || Adunato (d) dein-  
de exercitum naues onerat: unde conspecta Asia,  
incredibili ardore mentis accensus, duodecim  
(e) aras deorum in belli vota statuit. || Patrimo-  
nium omne suum, quod in Macedonia Europa-  
que habebat, amicis diuidit, sibi Asiam sufficere  
præfatus. || Priusquam vlla nauis littore excede-  
ret, hostias cædit, petens victoriam bello, quo-  
ties à Persis petita Græciæ vltor electus sit: || qui-  
bus longa iam satis, & matura imperia contigisse,  
quorumque tempus esse vices excipere melius  
acturos. || Sed nec exercitui eius alia, quam regis  
animatorum præsumptio fuit: || quippe obli-  
ti omnes coniugum, liberorumque, & longinqua  
domo militiæ, Persicum aurum, & totius Orientis  
opes, iam quasi suam prædam ducebant: nec  
belli periculorumque, sed diuitiarum memine-  
rant. || Cum delati in continentem essent, pri-  
mus Alexander (f) iaculum velut in hostilem  
terram iecit; armatusque de nauis (g) tripudian-  
ti similis prosiluit; || atque ita hostias cædit, præ-  
catus (h) ne se regem illa terra inuita accipiant. || In  
Ilio quoque ad tumulos (i) heroum, qui Troi-  
ano bello ceciderant, parentauit.

Num.

Num. 3. (a) Et hoc & ex præcedente vocabulo repetitum,  
nullius vltus videtur. Fr.

Ibid. (b) Reges stipendarios ] In exercitu Alexandri, Pythaga-  
ram regem Cypriarum memorat Curtius 4. 3. 19. an & alios, iam  
non occurrit. Frontinus strategem. 2. 11. 3. scribit, Alexandrum de-  
uicta perdomis aique Thyracia, reges eorum præfatosque secum in mi-  
litiam Asiaticam velut honoris causa traxisse. Hi tales fuerint, qua-  
les Romanorum auspiciis & arbitrio regnarunt, precarii & vix  
reges.

Ibid. (c) Conspectioris ingenii ] quibus videbatur inesse cura de-  
tracta libertatis, ait Frontinus ibidem. Exempla plura Principum,  
qui suspecti aut amulos per speciem honoris abstraxerunt, refe-  
runtur à Grutero, disert. 36. ad Tacit.

4 (d) Adunato ] Ita Ms. & quidam impressi, rectius, opinor,  
quam quomodo Bong. edidit, adunato, maxime cum & alibi sic  
loquitur autor iis locis, quæ Freinsheimii monstrat Index.

Ibid. (e) Aras deor. ] Ioui Descensori, & Minervæ, & Herculi  
structas aras ait Arrianus lib. 1.

10 (f) iaculum ] Δόρυ, hastam. Diodorus 17. 17. B.

Ibid. (g) Tripudiansi similes ] Modii membræ, tripudiansi  
in similes. Quomodo dixit Plautus A finat. hic quasi noster aucupi-  
es simillimus. Et Plinius 12. 17. Mastice bitumina similes.

11 (h) Ne se regem illa terra inuita accip. ] Virgilius sine  
Georgicæ de Imp. Augusto:

————— victorque VOLENTES

Per populos dat iura. ———

Ita Demosthen. in Philipp. ἐκείνων ἡγεγῶν ἰλλῶντων. quam sum-  
mam laudem gubernatoris esse, Xenophon ait in Oeconom. Vi-  
delis Helianum var. 12. 9. de Timesia, vltro imperium abdicante,  
quod omnibus odio se esse videret. At non hodie tantum aut he-  
ri, obsecranda per terrores potentia dira, sed frequenter magni impe-  
rii gloria. Senec. de clem. 1. 1.

12 (i) Heroum ] Palmaria correctio, cuius inuentæ laudem,  
ingenio Sebithi transcribibus: temeritatis si qua est culpam, qui  
nulla manuscriptorum autoritate comprobata in textum ausus  
sum admittere, mihi seruo, faciebat audacem & vocum affinitas,  
cum ex eorum, quomodo hæcenus omnes editiones habebant, in  
heroum facilis fit transitus: & vero consensus autorum. Nam &  
Plutarchus in Alex. c. 24. & Diodorus 17. 17. Alexandrum Ilii he-  
roum tumulos in transitu veneratum scribant.

CAP.



## CAP. VI.

Inde hostem petens, milites a populatione Asiae  
 1 prohibuit (a) parcendum suis rebus præfatus;  
 nec perdenda ea que possessuri venerint. ¶ In (b) ex-  
 2 ercitu eius fuere peditum xxx. duo millia, equi-  
 tum quatuor millia quingenti, naues centum  
 3 LXXII. ¶ Hac tam parua manu vniuersum ter-  
 farum orbem vtrum sit admirabilis, vicerit an  
 aggredi ausus fuerit, incertum est: ¶ cum ad tam  
 4 periculosum bellum exercitum legeret, non iu-  
 uenes robustos, nec primam florem ætatis, sed  
 veteranos; plerosque etiam emerita militiæ, qui  
 cum patre patrisque militauerant, elegit: ¶ vt  
 5 non tam milites, quam magistros militiae electos  
 putares. ¶ Ordines quoque nemo nisi sexagena-  
 6 rius duxit: vt si (c) principia castrorum cerne-  
 res, senatum te alicuius præfata reipub. videre di-  
 ceres. ¶ Itaque nemo in prælio fugam, sed victo-  
 7 riam cogitavit: nec in pedibus cuiquam spes, sed  
 in lacertis fuit. ¶ Contra rex Persarum Darius, si-  
 8 ducia virium, nil astu agere, (d) affirmans fuis, oc-  
 culta consilia (e) victoriæ furtive conuenire: ¶ nec (f) 9  
 hoste regni finibus arce, sed in intimum regnum  
 accipere: gloriosius ratus repellere bellum, quam  
 non admittere. ¶ Prima igitur congressio in cam-  
 10 pis (g) Adrastris fuit. ¶ In (h) acie Persarum  
 11 sexcenta millia militum fuere, que iton minus  
 arte Alexandri, quam virtute Macedonum supe-  
 12 rata, terga vertebunt. ¶ Magna itaque cædes Per-  
 farum fuit. De exercitu Alexandri (i) nouem  
 pedites, centum viginti equites cecidere; ¶ quos  
 13 rex (k) impense, ad ceterorum exemplum huma-  
 tos,

tos, (l) statuis equestribus donauit, cognatisque  
 14 eorum immunitates dedit. ¶ Post victoriam  
 15 (m) maior pars Asiae ad eum defecit. ¶ Gessit &  
 plura bella cum præfectis Darii, quos iam non  
 tam armis, quam (n) terrore nominis sui vicit.

Num. 1. (a) *Parcendum suis rebus*] Ita Cræsus Cyro suadens, ne Lydiam populandam militi daret: non ueam, inquit, urbem, non res meos diripies. nihil enim ad meam ista pertinet: tua sunt: tua illi pendit. Herodotus 1. 88. Adde monitum Quintii Flamini apud Plutarchum in eius vita c. 7. Alexandri & Tolomei principis apud Liliuim 31. 33. 34. Athenionis in Excerptis Diodori lib. 36. pag. 847. pr. Nam vt inquit Locasta ad Polyneicem. Thebaidibus Seneca actu 4.

*Quæ corripit igne, quæ meti gladio inbes.*  
 Aliena credidit.

Nullum desperationis Persarum maius indicium Alexandro fuit, quam quod vtbeique agros suos viderent: quicquid non corripis-  
 sent, hostium esse confesit. Curtius 4. 14. 4.

2 (b) *In exercitu eius*] Plutarchus in Alex. c. 23. scribit, quosdam Alexandro tribuere pedum triginta millia. & tot edit Diodorus 17. 17. & Arrianus lib. 1. alios peditum quatuor & triginta millia. Equitum autem illi quinquè millia, hi quatuor fuisse tradiderunt. Diodorus in numero equitum confentit cum Liliino: Nauibus autem longis sexaginta traiecit Hellepontum refert Frontinus 4. 2. 4. solis hominum XL. millibus, orbem terrarum aggressum scribit. B.

6 (c) *Principia castrorum*] Demilitia Macedonica loquitur autor more Romanorum, quibus principia locis castrorum princeps & facer, quia in his aquile & signa id est, dii militares: item in his, aut iuxta illa, Tribuni, præfecti, honestissimi Decurionum & Centurionum. Plutarchus in Galba c. 17. ἀρχαῖα, ἢ προκίπια ἰσομαῖοι καλῶσι. Statius est in te Græca, circumteribit lib. 1. 171.

*Ventum ad consilii generale, demumque venendam*  
 Signoria.

Instia vocat Sidonius A pollinaris i. r. si recte locum capio: Quævis inter instia cognosci, clauis autem instia magna quævis patris facti.

8 (d) *Affirmans fuis, ac conf. victoriæ furtive conu.*] Omnes hæc æmus editi: *Affirmans fuis ac conf. vict. furt. inu non conu.* Secut' iustus Gruteri iudicium, in Notis ad Liliuim 1. 11. 8. centensis locum ita restituendum auctoritate Mss. eiecit particula negatiua non.

non. Idem enim, Darius dicit, quod Alexander apud Curtium 4, 13, 11. *Ita trunculorum & furum ista solertia est quam praetuli mihi, quippe illorum votum unicum est fallere.* De Parthis rex eorum Sapor apud Ammianum 17, 10. *Illud apud nos nunquam acceptum fuit, quod ad feris vel Romanis exultantes, nullo discrimine virtutis ac doli, proferros omnes laudari debere bellorum euentus.* Quamquam & Romanis, nimirum antiquis, hanc animi magnitudinem tribuit Lilius 42 47, 5. &c. Tacit. annal. 2, 88, 2 Atheniensibus Thucydides 2, 8, 24 Achæis Polybius 13, 1. Heluetiis Cæsar bell. Gall. 1, 13. Verum ita plerumque iactantius dicuntur quam fiunt.

Ibid. (e) *Victoria fortis* Thucydides 5, 2, 5. *stragemata vocat apposite κλιμακτία*, hoc est, interprete Sallustio hist. 1, 4, 15. *furia belli.* Huc respicit & Tacitus annal. 3, 7, 4. 2. *Tactarum in surandibonur.* Alexandri celebre dictum est apud Plutarchum in eius vita cap. 57. *Ὁὐ κλέπια τὴν νίκην, non furor victoriam.*

9 (f) *Hostem regni sui attere* An praeter, bellum domi excipere, an vero in hostilem agrum inferre, disputatur in Lilio 31, 7. Adde nostrum supra 1, 8, 2. infra 22, 5, 4. & 5.

10 (g) *Adraffis* Stephanus de viribus Ἀδραφίσι πῆδιον, per quod nix Granicus fluuit, à quo hoc prælium dicitur ad Granicum. Strabo lib. 15. B.

11 (h) *In acie Perarum* Diodorus 17, 19. *peditem centum millia, equitum decem: qui hoc prælio Perarum peditem decem millia cecidisse auctor est: Plutarchus c. 26. peditem viginti millia. B. Sed quis aut in victoria, aut in fuga, copiam numerat? Curtius 3, 11, 30.*

12 (i) *Novem pedites* Idem ex Aristobulo refert Plutarchus c. 26 & confirmat Orosius 3, 16. & 4. *Line quis cum Glareano mendum hic esse suspicetur.* Arianus ex Macedonum auxiliis XXV. cecidisse: ex reliquis equites LX. pedites XXX. Plutarchus ex Aristobulo c. 26. *in uniuersum quatuor & triginta. B.*

13 (k) *Impressa e. e. humatis* Diodorus 17, 21. *Rex suos maxime sepulture tradit, excruciatos ad discrimina pugnarum redire cupiens milites eiusmodi honestantia.* Nostris moribus, nemo conquiri poterit, paucos esse viros fortes, qui impigre & intrepide in hostem vadant: quando nec viui meritis præmitis, nec mortui dignis honoribus afficiuntur.

Ibid. (l) *Statua equo tribus* Æneas statuas in templo Iouis erectas, quas Lyfippus statuarius Alexandri finxit, refert Arianus lib. 1.

14 (m) *Mater pars Asia* *Quæ est intra Taurum & Euphratem.* Strabo. B.

15 (n) *Terræ nominis sui* Sic Dolabella *terre nominis Romani* soluit Numidarum obfidium. Tacit. annal. 4, 24, 2. Pro belli initium ducent aut timeri, aut sperni, prolixè Gruterus ostendit ad Tacitum dissertatione 5.

## CAP. VII.

- 1 **D**um hæc aguntur, interim indicio captiui ad eum deserunt, insidias ei ab Alexandro Lyncestiarum, genero Antipatri, qui præpositus Macedoniae erat, parari. || Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eum habuit. || Post (a) hæc (b) Gordien urbem petit, quæ posita est inter Phrygiam
- 2 maiorē & mionem: || cuius vrbis potius dæ non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quod audierat in ea vrbe, in templo Iouis (c) iugum Gordii positum, cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnatum, antiqua oracula
- 3 cecinisse. || Huius rei causa & origo illa fuit. Gordius cum in his regionibus bubus conductis araret, aues eum omnis generis circumvolare cœperunt. || Profectus ad consulendos augures vicinae vrbis, & obuiam in porta habuit virginem eximia pulchritudinis: percontans eam, quem potissimum augurem consuleret: || illa audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, *regnum ei portendit*, respondit: pollicetur
- 4 que & matrimonii, & spei sociam. || Tam pulchra conditio, prima regni felicitas videbatur.
- 5 || Post nuptias, inter Phrygas orta seditio est.
- 6 || Consulentes de fine discordiarum, oracula responderunt, (d) *regem discordiis opus esse.*
- 7 || Iterato querentibus de persona regis, iubentur

cum regem obseruare, quem reuersi primum in templum Iouis euntem plausfro reperissent. ¶ Ob. 12  
uius illis Gordius fuit, statimque eum regem  
consulunt. ¶ Ille plausfrum, quo (e) vehenti 13  
regnum delatum fuerat, in templo Iouis posi-  
tum, maiestati regia consecrauit. ¶ Post hunc fi- 14  
lius Mida regnauit, qui (f) ab Orpheo sacrorum  
solemnibus initiatus, Phrygiam (g) RELIGIO-  
NIBVS impleuit: quibus tutior omni vita, quam  
armis fuit. ¶ Igitur Alexander capta vrbe cum 15  
in templum Iouis venisset, iugum plausfri requi-  
siuit: ¶ quo exhibitum, cum capita loramento- 16  
rum intra nodos abscondita reperire non posset,  
violentius oraculo vsus, gladio loramenta cecidit:  
atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capi-  
ta inuenit.

Num. 3. (a) *Post hac* ] Aliter Curtius 3, 1. 16. &c. qui ante  
prælium hæc facta memorat.

Ibid. (b) *Gordius* ] Ita veteres omnes: Græci *Γόργιος*: & ita  
fortasse librarius scripserat, vt infra multis locis *Cræton*, 789  
facilis est in e mutatione. Stephanus vocat *Γοργίον*. Hic initium  
habent quæ ad nos perueniunt Q. Curtii fragmenta, B.

4 (c) *Iugum Gordii* ] Malim quod in quibusdam impressis est,  
*iugum plausfri Gordii*, sicut etiam infra n. 15.

10 (d) *Regem discordanti opus esse* ] Vulgo *rege*, non propterea phra-  
seos ignoratio. Cicero 2 d. Att. 15. epist. 20. *Vide non nisi opus esse via-  
tium*. Plautus Truculentio

*Quid isti suppositum paruum opus posime?*

Iucretius 5, 23. *Nec crepti acula in opus est*. Vide Nonium. Ad rem  
facit illud Taciti annal. 1, 9, 11. *Non aliud discordanti patria reme-  
dium, quam vt ab uno regatur*. Et hist. 1, 1, 2. *Ad vnum omnia referri,  
paci interest*.

13 (e) *Velens* ] Passiue hoc est accipiendum, eodem scilicet  
sentu quo Cicero dixit de orator. c. 97. *Adolefcentia pro mediis  
laudes quasi quadrigis velens*: & de nat. deor. 1, 28. *Meditumus Tri-  
ton pingitur nautantibus in velens bellum*, pro inuectus, heretis falsi-  
ferus. Adde Liuium 21, 49, 7. Suetonium Cæsarē 37, 3. & 78, 3.  
Claud. 28, 3.

14 (f)

14 (f) *Ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus* ] Fuit enim  
theologus Orpheus. Vnde Horatius lib. 2. epist. 3.

*Silæfres homines sacer iustepereque deorum*

*Cadibus & visis fædo deerrant Orpheus,*

*Dillus ab hoc lentæ tigræ, rabidosque leontes.*

Vide Seruium ad illud Virgilii Æn. 6, 645.

*Nec non Thyræicus longa cum veste sacerdos, Mōd.*

Ibid. (g) *Religionibus imp. q. tutior* ] Lactantius de ira 1, 12.  
*Religio & timor Dei solus est, qui custodit hominem inter se societate-  
tem*. Cicero de natur. deor. 1, 2. *Pietate aduersus deos sublata, fides  
etiam & societas humani generis, & vna excellentissima virtus Insus-  
titia tollitur*. Causam aperit Liuius 1, 21 1. & 2. item 1, 19, 4. Vnde  
Plutarch. aduersus Colotem cap. 47. *Vrbem cittus sine solo, quam  
Remph. sine opinione de diis aut constitui, aut constitutam seruari  
posse scribit* &c. 43. *Religionem vinculum sine cuiusculum vocat omnis  
societas, & insititæ firmamentum*. De falsa ille quidem: sed quan-  
to magis id verum de vera?

## C A P. VIII.

- 1 Hæc illi agenti, nuntiatur, Darium cum in-
- 2 genti exercitu aduentare. ¶ Itaque timens  
angustias, magna celeritate Taurum transcendit:  
in qua festinatione quingenta stadia cursu fecit.
- 3 ¶ Cum Taurum venisset, captus (a) Cydni flumi-  
nis amœnitate, per mediam urbem influentis,  
proiectis armis, plenus pulueris ac sudoris, (b) in  
4 præfrigidam vndam se proiecit. ¶ Tum repente  
tantus neruus eius occupauit rigor, vt interclusa  
voce non spes modo remedii, sed nec dilatio peri-  
5 culi inueniretur. ¶ Vnus erat ex medicis, nomine  
Philippus, qui solus remedium polliceretur: sed  
& ipsum, Parmenionis pridie à Cappadocia mis-  
6 sæ epistola, suspectum faciebant: ¶ qui ignarus  
infirmittatis Alexandri scripserat, à Philippo me-  
dico caueret: nam (c) corruptum illum à Da-  
7 rio ingenti pecunia esse. ¶ Tutius tamen est ra-  
tus, dubie se fidei medici credere, quam (d) indu-

M 2

bitato

bitato morbo perire. || Accepto igitur poculo, 9  
epistolas medico tradidit; atque ita inter biben-  
dum (e) oculos in vultum legentis intendit. || Vt 10  
securum conspexit, lætior factus est, sanitatem-  
que quarta die recepit.

Num. 3. (a) *Cyri* Ἐννεβὸν δὲ Φαῖνι καὶ ταχὺ τὸ γέγραπται τῷ  
Κόδρω Eustath. ad Apollon. Præter Plutarchum Alex. cap. 29. vi-  
de Valerium sine libri 3. Diodorus 17, 31. causam morbi nullam  
affert. B.

Ibid. (b) *In praeferidam undam*] Malum in praeferidam,  
undam, b.

6 (c) *Ingenti pecunia*] Et promissis filiarum nuptiis. Plutarch.  
Alex. c. 30.

7 (d) *Indubitato morbo*] Sebif. *indubitata morte*. vix dubia  
correctio. Sic enim & infra 12, 13, 1.

8 (e) *Oculos in vultum intendit*] Tacitus annal. 3, 3, 1. *vultum  
seruatis dixit*.

### C A P. I X.

Interea Darius (a) cum quadringentis milli- 1  
bus peditum, ac centum millibus equitum, in  
aciem procedit. || Mouebat hæc multitudo ho- 2  
stium, respectu paucitatis suæ, Alexandrum: sed  
(b) interdum reputabat, quantas res cum ista  
paucitate gessisset: quantosque populos fudisset.  
|| Itaque cum spes metum vinceret, periculosius 3  
differre bellum ratus, ne desperatio sibi cresce-  
ret, circumvectus suos, (c) singulas gentes di-  
uersa oratione alloquitur: || Illyrios & Thracas 4  
opum ac diuitiarum ostentatione: Græcos vete-  
rum bellorum memoria, interneciuique cum  
Persis odii accendebat: || Macedones autem nunc 5  
Europæ victæ admonet, nunc Asiæ expetita:  
(d) nec

(d) nec inuentos illis toto orbe pares viros glo-  
6 riatur. || Ceterum & laborum finem hunc, &  
7 gloriæ cumulum fore. || Atque inter hæc iden-  
tidem consistere aciem iubet, vt hac mora (e) con-  
8 stitescant oculis turbam hostium sustinere. || Nec  
Darii Regis opera in ordinanda acie defuit.  
Quippe ommissis ducum officiis, ipse omnia cir-  
cumire, singulos hortari, veteris gloriæ Persa-  
rum, (f) imperiique perpetuæ à diis immortalibus  
9 data possessionis admonere. || Post hæc (g)  
prælium ingentibus animis committitur. In eo  
vterque rex vulneratur. Tandiu certamen an-  
10 ceptum fuit, quoad fugeret Darius. || Exinde cædes  
Persarum secuta est. Cæsa sunt peditum vnum  
& sexaginta millia, equitum decem millia: capta  
quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidere  
11 pedestres (h) cxxx. equites cl. || In castris Per-  
sarum multum auri, ceterarumque opum inuen-  
12 tum. || Inter captiuos castrorum, mater, & vxor  
13 eademque soror, & filiarum duæ, Darii fuere. || Ad  
quas visendas (i) hortandasque cum Alexander  
venisset, conspectis armatis inuicem se amplexæ,  
velut statim morituræ complorationem edide-  
14 runt. || Prouolutæ deinde genibus Alexandri,  
(k) non mortem, sed dum Darii corpus sepe-  
15 liant, dilationem mortis deprecantur. || Motus  
tanta mulierum pietate Alexander, & Darium  
viuere dixit: & timentibus mortis metum dem-  
16 psit: easque (l) haberi, vt reginas præcepit: || Fi-  
lias quoque non sordidius dignitate patris spera-  
re matrimonium iussit.

Num. 1. (a) *Cum quadringentum*.] Sexcenta milia habet Ar-  
rianus lib. 1, pag. 36. b. quem numerum Persas prima congressio e  
habuisse scripsit Iulianus 11, 6, 11. veteror vt recte. quoniam iam



moueretur Alexander. sexcentis millibus primo praelio superatis? Vulgo hic legitur, CCC. in millibus, quod probat Orofius 3. 14. B. Atque ita etiam expreflit interpres Hifp.

2 (b) *Interdum*] hoc est, *interim*, vt apud Velleium 2. 74. 2. & in Apuleio Itepius.

3 (c) *Singulas gentes diuersis orat. all.*] Sic Hannibal apud Litiuum 30. 33. 8. & seqq.

5 (d) *Nec inuenit illi i. o. p. viros*] Ita iam pridem hic emendandum docuit Franc. Modius ad Curtium 4. 14. 7. Editiones aliz habuerunt, *inuenit illi i. o. p. viros*.

7 (e) *Coniunctus &c.*] Est huius loci nota fabula de vulpe ad primum leonis confectum exterrita, eundem postea minus minusque formidanda, *Quae ex visus sunt non inuenit*. Vegetius 3. 12. fin. *Subita, conterriti hostes*: 7. *subita visus sunt*. Idem 3. 25.

8 (f) *Imperique perpetua &c. possit*.] Quomodo & sedem quondam Imperii Roman. *Verum aeternam* faciunt praeter Inscriptioes antiquas & Imp. constitutiones, Ammianus 14. 14. Lilius 28. 28. 12. Florus 1. 7. 10. &c. immemores, *Omnia mortalium opera mortalitate damnata esse, & inter peritura non viuere*, Senec. epist. 95. *Verbum, imperiumque, gentium, nunc flores fortuna, nunc senescit, nunc interit*. Velleius 2. 11. 6. *Τὸ ἄριστον ὄψεσθαι ἡμῶν τὸ πέλασιν ἀφθαρτὸν*. Pachymerius hist. Byzant. 2. 27.

9 (g) *Praetium ingent. an. committitur*] Ad Illium, Cilicia vrbem non ignobilem, Diodorus 17. 32. & seqq. Cicero famul. 2. epist. 10. Hoc praelio CX millia caesa. Plutarch. vt Diodorus 17. 36. peditum duodecim myriades, equitum decem millia. B.

10 (h) *CXXX.*] Miror Fr. Fabricium diligentissimum hominem notare ad Orofium 3. 16. cum Iuliano facere Diodorum 17. 36. qui *τρεκακισίους* habet, id est, trecentos. B.

11 (i) *Horrandusque*] hoc est, consolandas: quo sensu *allogoi* & *allogoi* vlturpari notauit Varro lib. 6. de L. L. sicuti *παρηγοεῖν* παρηγοῖαι Graecis. adde supra Notam ad 11. 31.

14 (k) *Non morari, sed dilationem nostri deprecantur*] Commune verbum deprecari ad duo ista, *morari*, & *dilationem* n. orri, diuerso plane sensu refertur: illam, ne inferatur; hanc, vt concedatur, quomodo etiam super 3. 1. p. *vindicare* dupl. simul significatione sumitur: *Ex eadem patri & se abi sibi vindicatis*. Exempli duo reguli, quom Scholiastes Sophoclis ad Electra versum 183. refert: *Παλλὰδης δὲ κατὰ κρινὴ λαμβάνειν τοὺς διαφθορῆς νεότητος* sepe vrbibus quoad ad communiuentionem assuetur. (vt loquitur Papinia. us in l. cum pater 77 §. cum impedita 23. ff. de legat. 2.) *linea significatio: ne accipitur in est*. & in exemplum adducit ex Homeri Illade X. versum 28. cui forte simile est illud Ciceroni. pro Murana c. 10. *In caues nec tei consules, si ille no or-*

bet aut castra capiuntur. Ita Terentius Eunuch. 4. 7. 19. *Omnia prius experiri, quam armis, sapientiam docet*. Ouid. Trist. 3. 2. 77. *Non peto quas quondam peti i studio ius, Athenas & c. Sidon. Apollinar. 4. 1. Nisi cui in genium sibi que quis desit*. Huius loci crediderim illud esse Plinii panegy. cap. 20. *Adiunct Imperator cum imperio calculum ponere*, hoc est, seposita imperatoria dignitate, rationem expensarum reddere. *Den Reysen auff ein seil setzen vnd Nechnung thun*. Vbi ponere habet vtamque significationem, & apponendi, respectu calculi: & deponendi, respectu imperii. Sicut eodem panegy. c. 6. opponitur, *hic suspice, hic ponere magistratum*; hoc est, deponere. Qui me nunquam nisi doctiorem ab te dimittit. Vir & in sua Iurisprudencia, & in his quoque litteris eximie magnus, Casp. Bitichius, Antecessor Acad. quem honoris & obsequiis causa nouino, docuit me, obseruationem hanc ad multa etiam loca Iuris ciuilis vtilem esse. Iuris enim auctores frequenter ita loqui, vt simul & negligentiam sine culpam, & diligentiam vel custodiam praesandam esse dicunt, illam quidem vt abis; hanc vt adis; illam, vt de ea vel eam quis teneatur; hanc vt ad eam quis teneatur; vel certe ob hanc omisiam, & illam admissam. Vt si vt certo. §. 5. nunc videndum 2. in l. ff. commodat. l. in omniibus. l. in pr. ff. de tutel. & rat. distat. l. in omnibus. 17. in pr. ff. de iure dot. &c. Sic l. 2. ff. de M. S. pass. velatum ad *sehteratem*; intelligitur de parte generis: ad *dominium* vero, de parte integritatis. l. C. vbi de crim. ag. oport. vocabulum *crimini* reatum quidem ad verbum *commisissum*, significat delictum, aut ipsum factum criminisum: ad *inclusionem* vero, accusationem criminis.

16 (l) *Habere vt reginae praecipit*] Adde: 6. 1. 6. & 38. 33.

## C A P. X.

1 Post haec opes Darii, diuitiarumque apparatus contemplatus, admiratione tantarum reum contempr. ¶ Tunc primum luxuriosa conuiuia, & magnificentiam epularum sectari: tunc (a) Barsenen captiuum diligere propter formae pulchritudinem cepit. ¶ A qua postea susceptum puerum Herculem vocauit. ¶ Memore tamen adhuc Darii viuere, Parmenionem ad occupandam Persicam classem, aliosque amicos ad recipiendas Asiae ciuitates misit: ¶ quae statim audita fama victoriae, ipsis Darii praefectis cum



fuerat, Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. ¶ Denique 4  
 Phiippus vltimo prope vitæ suæ tempore, filium 5  
 suum non esse palam prædicauerat. ¶ Qua ex 5  
 causa Olympiadem, velut (d) stupri compertam, 6  
 repudio dimiserat. ¶ Igitur Alexander cupiens 6  
 originem diuinitatis acquirere, simul & matrem 6  
 infamia liberare, per præmissos subornat antistites, 7  
 quid sibi responderi velit. ¶ Ingressentem 7  
 templum, statim antistites (e) vt Hammondis filium 7  
 salutant. ¶ Ille lætus dei adoptione, hoc se 8  
 patre (f) cenleri iubet. ¶ Rogat deinde arti 9  
 omnes interfectores parentis sui sit vltus: respon- 9  
 detur patrem eius nec posse interfici, nec mori: 9  
 regis Phiippi peractam plene vltionem esse. 9  
 ¶ Tertiam (g) interrogationem poscenti, victo- 10  
 riam omnium bellorum, possessionemque terrarum 10  
 dari respondetur. ¶ Comitibus quoque suis 11  
 responsum, vt Alexandrum pro deo, non pro rege 11  
 colerent. ¶ Hinc illi aucta insolentia, miris- 12  
 que animo increuit tumor, exempta comitate, 12  
 quam & Græcorum literis, & Macedonum institutis 13  
 didicerat. ¶ Reuersus ab Hammone (h) Alexandriam 13  
 condidit, & coloniam Macedoniam (i) caput esse Ægypti iubet.

Num 1. (a) Inde Rhodum | Orofus 3. 16. & 17. hanc lectionem sequitur, quæ mihi propter Ms. varietatem suspecta est: eorum plerique habent, Inter hæc dum Alexander Æg. Cil. Sacer. recipit, ad locum Hammondem, &c. B.

Ibid. (b) Ciliciamque | Ciliciam? non opinor, hanc enim inter primas habuit. Forte Cyrenæ. Fr.

3 (c) Ex serpente | Lilius 26, 19, 6, P. Corn. Scipio rettulit famam, in Alexandro. ego prius vulgatum, & vanitate & fabula parentem, angui in manu concubitus se conopium, &c. Eadem fere Agellius 7. 1. Similia de Augusto Suetonius c. 94, 8. Fabula illa de Scipio.

Scipionis ortu, peperit aliam fabulam de specu in Linternino, vbi manes eius custodire draco traditur. Plin. lib. 6. cap. 44. p.

5 (d) Stupri compertam | Ita Lilius 7, 4, 4. nullius probri compertus. Et forsitan eius imitatione Tacitus annal. 1. 3. 6. nullius tam non flagitii compertus.

7 (e) Vt Hammondis filium | Tò et videtur expungendum, Sebii. Hammond, rectius Ammon, Iouis in Libya cognomen est, ab arenis ei inditum, quatum isthic ingens copia. Mela 1, 8. Olympiadis fellium rescipium, quo filii instantiam, genitum se Iouis, reuocid, Agellius 13, 4. refert. Corinthios Alexandro statruam, Iouis ornati intra Altam dedicasse, tradit Pausanias lib. 5. longius a fine.

8 (f) Cenleri | Vide notata ad 9, 2, 9.

10 (g) Tertiam interrogationem poscenti | Est qui tertia interrogatione legendum ex Ms. censetur quomodo fere Tacitus annal. 3. 16. 4. Alius & sequentia mutat ita: tertia interrogatione poscenti vltiorum omnium bellorum, possessionem terrarum esse. Me phrasit ita non offendat. Interrogatio namque non hic interpretatur, sed caput interrogationis est. Tò Zartius appellat Diodorus 17, 51. vbi fusius hæc explicatur historia. Ceterum A tselismus ob. cum Verba regunt Agacatusius vel sui originis, vt carnare conam; pugnare pugnam, somniare somnium, Plaut. iurare iururandum. Cicer. &c. vel cognare significacionis, vt lacere facem, ceruicem; garrere nugari, Plaut. pugnare pugnare, garrere libellus, Horat. quis cerere somnium, sub strepere verba, Apul. Sic egallus inuenitur, hoc est, interrogare (seu cum nostro poscere) in interrogationes, dixit Achilles in Cretiphontem; & Phalarchus in Colorem.

13 (h) Alexandriam condidit | Eodemque tempore Pararonium. Ad Scalig. animaduers. in Euseb. pag. 17. b.

Ibid. (i) Caput Ægypti | Sic infra 21, 14. to. Lilius 42. 27. 13. Caput Thebaisse Larissa. Curtius 5, 8, 1. Ecbasana capus Media.

## CAP. XII.

1 Darius cum Babyloniam profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur, redimendam sibi captiuarum potestatem faciat, inque 2  
 2 cam rem, magnam pecuniam pollicetur. ¶ Sed  
 Alexander





33 (5) *Adversus vir. h. 5. non advers. calamitates.* Pro calamitates putabam legendum *caritates*, scilicet matrem, uxorem, filiasque Darii. *Caritates pro liberis* dixit etiam Am. Marcellin. 25, 19. pr. *Liberis & affectus* ait Vulfarius Gallicanus in Auidio Cassio cap. 7. *necessitudines* Tacitus hist. 3, 59, 10. Curtius 4, 10, 30. ipseque Nollet 2, 15, 5. Sed Freinshemius meus peritendit, *reclum esse calamitates*, & locum explicat, *adversus hostem validum & potentem*, non *adversus fratrem & calamitatum*. Te, lector, amica litis arbitrum constituis.

35 (b) *Neque mandam posse duob. Solih.* Plutarchus in apophth. c. 38. Diodorus 17, 54. Curtius 4, 21, 39. Ita Serinus apud Srobzum fern. 45. *Omnium in terra bonorum autor Sol: at si gemini Soles forent, periculosum in itinere: et me omnia consurgantia passum irent. Ita & regem unum quidem accipiunt Lydi, & servatorem esse credunt: duos vero simul tolerare, non possent.* Haulit Alexander hanc sententiam ex Homero suo, quem cum semper cum pugione sub pulvino repositum habuisse scribit Plutarchus in vit. cap. 13. Sic enim ille Iliad. 2, 204.

*Nec multos regnare bonum: rex unus est.*

### CAP. XIII.

Postera die aciem producant: tum repente ante praelium, confectum curis Alexandrum (a) somnus arripuit. ¶ Cum ad pugnandum solus & rex deesset, à Parmenione ægre excitatus, querentibus somni causas omnibus inter pericula, (b) cum etiam in otio semper parcior fuerit: ¶ Magno (c) se æstu liberatum ait, somnumque sibi à repentina securitate datum, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum se longam belli moram, si Persæ exercitum diuisissent. ¶ Ante praelium utraque acies hostibus spectaculo fuit ¶ Macedones multitudinem hominum, & corporum magnitudinem, armorumque pulchritudinem mirabantur: Persæ à tam paucis victa suorum tot millia, stupebant. ¶ Sed nec duces circumire suos cessabant. ¶ Darius vix denis 7 armatis singulos hostes, si diuisio fieret, etenire dice-

8 dicebat. ¶ Alexander Macedonas monebat, *ne multitudinem hostium, nec corporum magnitudinem, vel coloris novitate mouerentur*: ¶ *tantum meminisse iubet, (d) cum iisdem se tertio pugnare; nec meliores factos putarent fuga, cum in aciem secum tam tristis memoriam cadum suarum, & tantum sanguinis duobus praelii fusi ferrent*: ¶ *et quoniam admodum Dario maiorem (e) turbam hominum esse, sic virorum sibi.* ¶ Hortatur spernant illam aciem (f) auro & argenti fulgentem, in qua plus prædæ, quam periculi sit; *CVM victoria non armorum decore, sed ferri virtute queratur.*

Num. 1. (a) *Somnus arripit.* Ita Sueton. Aug. 16, 3.

2 (b) *Cum etiam* ] Legendum forte *cuius*. B.

3 (c) *Æstu* ] Alii *metu*. male. *Æstum* vocat animi fluctuationem, ducta metaphora à motu & agitatione fluvium, qui proprie *æstus*. Virgilius Æneid. 8, 19.

*magno curatum succinat æstu.*

Plin. epist. *Explicat æstum meum.* Mod. Nollet supra 1, 10, 15. *Æstuant e regni.*

9 (d) *Cum iisdem se &c.* ] Vegetius 1, 13, f. In fugam versi, & horibus ultra pares esse non audent. Et 3, 1. m. *Qui esserint, et semel territi, postea formidant constitum.* Adde supra Notam ad 6, 4, 12.

10 (e) *Turbam hominum &c.* ] Seneca Benefic. 6, 31. De Xerxis copiis. *Demaratus Lacedæmonius dixit, ut iam illam qua sibi placeret multitudinem, indigestam & gravam, multo magis esse ducenti non enim vires, sed pondus habere: in modum nunquam regi posse. Videndi, Vegetius 3 1. Piccartus observation. 2, 2.*

11 (f) *Auro & arg.* ] Macrobius Saturnal. 2, 2. ex Agellio 5, 5. refert, Annibalem Antiocho, exercitum auro argentoque polium ostentantem, querentique, *sufficerent in hac Romanis?* respondisse: *Herete vero sufficerent, etiam si avarissimi sint Romani.* Quo dicitio vanitatem hominis irridit, qui non animadverteret, ista hosti plus animi additura ad prædam, quam suis ad pugnam. Eiusmodi monita sunt apud Lilius 9, 40, 5. Tacitum Agr. 2, 7. Curtium 3, 2, 22. & 3, 10, 15.

## CAP. XIV.

Post hæc (a) prælium committitur. Macedones i  
 in (b) ferrum cum contemptu toties à se victi  
 hostis ruebant: contra Persæ mori, quam vinci  
 præoptabant. ¶ Raro ullo prælio tantum san-  
 guinis fuitum est. ¶ Darius cum vinci suos vide-  
 ret, mori voluit & ipse; sed à proximis fugere  
 compulsus est. ¶ Suadentibus deinde quibus-  
 dam, ut pons (c) Cydni fluminis, aditer hostium  
 impediendum, intercluderetur; Non ita se salutem  
 sue velle consilium ait, ut tot millia factorum hosti  
 obiciat: debere & alius fugam viam patere, qua paruerit  
 sibi. ¶ Alexander autem periculossissima quæque  
 aggrediebatur, & ubi confertissimos hostes acer-  
 rime pugnare conspexisset, eo se semper ingere-  
 bat, periculaque sua esse, non militum volebat.  
 ¶ Hoc prælio Asiæ imperium rapuit, quinto post  
 acceptum regnum anno; ¶ cuius tanta felicitas  
 fuit, ut post hoc nemo rebellare ausus sit: patienterque  
 Persæ post imperium tot annorum, iugum  
 seruitutis acceperint. ¶ Donatis relictis que  
 militibus xxxiv. diebus prædam recognouit.  
 ¶ In vrbe deinde (d) Susa (e) xl. millia ta-  
 lentum inuenit. ¶ Expugnat & (f) Persepolim,  
 10 caput Persici regni, in vrbe multis annis illu-  
 strem, (g) refertamque orbis terrarum spoliis,  
 quæ inierit eius primum apparere. ¶ Inter  
 hæc (h) de c. c. (i) admodum Græci occurrunt  
 Alexander, qui pœnam captiuitatis (k) truncata  
 corporis parte tulerant; rogantes, ut sicuti Gra-  
 ciam, se quoque ab hostium crudelitate vindica-  
 ret.

12 ret. ¶ Data potestate redeundi, agros accipere  
 maluerunt, NE non tam gaudium parentibus,  
 quam detestandum sui conspectum reporta-  
 rent.

Num. 1. (a) *Prælium committit.* In *Gaugameli ad flumen Buma-  
 dum, sexcentis erroribus ab Arbela oppido distans.* Arrian. lib. 3. Inde  
 dista pugna ad Arbela. Croesus 3, 17. nescio quo auctore, apud  
 Tarsum pugnam scribit. Tacit. annal. 12, 13. vocat *cafellum in-  
 signe fere a.* suppresso nomine. B. Ann. Bonnello nomen esse tra-  
 dit Curtius 4, 9, 20. Non apud Arbela, vt multi tradiderunt, sed  
 apud *Gaugameli* commissum hoc prælium ait Plutarchus in Alex.  
 c. 6. eamque vocem denotare *dromum cameli*, quod rex quidam  
 olim, qui hostes effugerat camelo dromæde, eum hoc loco locaue-  
 rit, certis vicis & digitalibusque ad curam eius attributis.

Ibid. (b) *In ferrum & c. ruebant.* Sumptum fere ad verbum  
 ex Marone, cuius est illud, *Rin. 2, 648.*

*Enocida in ferrum pro libertate ruebant.* Mod.

4 (c) *Cydni.* Lyci habet Curtius 4, 9, 19. quod magis placet.

9 (d) *Susa* ] pro *clausa*, quod omnes editiones habent, ita le-  
 gendum hariolatus est Bongarsius: idque propter euidenciam  
 correktionis in textum admissi, maxime subicubente Curtio 5, 2,  
 13. Plutarcho Alex. c. 66. & Diodoro 17, 65.

Ibid. (e) *XL. millia tal.* ] Totidem Diodorus 17, 66. & Plu-  
 tarch. c. 66. At Curtius 5, 2, 18. & Arrianus lib. 3. *millia* habent.

10 (f) *Persepolim caput Pers. regni.* Ita Curtius 4, 5, 13. Plin. 6,  
 26. pr. *Metropolis* vocat Diodorus 17, 70.

Ibid. (g) *Refertamque* ] Vrbe hanc omnium sub Sole ditiss.  
 simam prædicat, eiusque regiam egregie describit Diodorus 17,  
 70. & 71. Adde Curtium 5, 6, 5.

11 (h) *Obstringenti* ] *Ad quatuor fere millia* Curtius 5, 5, 1. fuisse  
 refert. Nostrum numerum confirmat Diodorus 17, 69.

Ibid. (i) *Admodum* ] hoc est, propemodum, fere, circiter.  
 Sic infra 17, 2, 4. 24, 1, 6 & 7. Linius 31, 39, 10. *Phalæx nullius ad-  
 modum usus.* Et 43, 11, 8. *Exalto admodum mense* Februario. Cur-  
 tius 4, 12, 1. *Equites mille admodum.*

Ibid. (k) *Truncata parte corp.* ] Ita vt aliis manus, aliis pes-  
 des, nonnullis aures & nares anputata essent. inquit Diodorus  
 17, 69. Adde Curtium 5, 5, 9. Frequens Persis hoc fuisse supplicii  
 genus, patet ex Seneca de Ira 2, 20. Tacito annal. 1, 12, 4, 8. Curtio 3,  
 2, 4. & 7, 5, 62. Ammiano 10, 27. Facit historia Zopyri supra 1, 10, 15.

## CAP. XV.

Interea Darius in gratiam victoris (a) à cognatis suis, (b) aureis compedibus catenisque in vico Parthorum Thara vincitur. || Credo ita diis immortalibus (c) iudicantibus, ut in terra eorum, qui successuri imperio erant, Persarum regnum finiretur. || Alexander quoque citato cursu postera die superuenit : ibique cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. || Iussit itaque exercitu subsequi, cum sex millibus equitum, fugientem insequitur : in itinere multa & periculosa praelia facit. || Emensus deinde multa millia passuum, cum nullum Darii indicium reperisset, respirandi equis data potestate, (d) vnus ex militibus, dum ad fontem proximum pergit, in vehiculo Darium, multis quidem vulneribus confossum, sed spirantem adhuc inuenit : || qui (e) applicito captiuo, cum citem ex voce cognouisset, id saltem presentis fortune solatium habere se dixit, quod apud intellecturum locuturus esset, nec incassum postrenas voces emissurus. || Perferri hæc Alexandro iubet, se nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori, quod in matre liberisque suis, regum eius, non hostilem animum expertus, felicitius hostem quam cognatos sortitus sit : || quippe matris & liberis suis ab eodem hoste vitam datam : sibi à cognatis ereptam, quibus & vitam, & regna dederit : || Quamobrem gratiam illis eam futuram, quam ipse victor vult. || Alexandro (f) referre se, quam solam moriens potest, gratiam : precari superum inferumque numina, & (g) regales deos, ut illi terrarum omnium victori contingat imperium. || Pro se iustam magis, quam

1 2 quam grauem sepulture veniam orare || QVOD AD v-  
tionem pertineat, iam (h) non suam, sed exempli, com-  
munemque omnium regum esse causam, quam negligere, illi & indecorum & periculosum esse : quippe cum in  
2 altero iustitia eius, in altero etiam vtilitatis causa ver-  
3 setur. || In quam rem vnicum (i) pignus fidei regie, dexteram se ferendam Alexandro dare. Post hæc  
4 (k) porrecta manu expiratit. || Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio morte lacrymis profecutus est ; || corpusque (l) regio more sepeliri, & reliquias eius, maiorum tumulis inferri iussit.

Num. 1. (a) Cognatis suis ] Bessô & Nabarzane. Curtius 5, 10.

Ibid. (b) Aureis compedibus ] Vide Notam ad 5, 11, 4.

2 (c) Iudicantibus ] Ita Mss. omnes, ipso teste Bongarsio : qui tamen cum aliis edidit vindicantibus. Sed istud verbum omni de successuris in imperio Persis, magis conuenit. Freinshem. indicantibus.

5 (d) Vnus ex militibus ] Cui Polystrato nomen fuit. Curtius 5, 13, 32. Plutarchus Alex. c. 77. qui nonnihil variat.

6 (e) Applicito captiuo ] Locus absque dubio mendosus. legendum arbitror, applicito capite. Veteres cum vulgatis consentiunt. Bong. Credo sanum esse locum. Ille miles, Macedo fuit, ut scribit Curtius 5, 13, 32. itaque captiuorum quandam applicuit, Darii ciuem, quo interprete Darium loquentem perciperet.

10 (f) Referre se, quam solam ] Similis locutio in his Ouidii de Ponto, 2. eleg. 10.

Tetamen intusæ quo solo pectore possim.

Ibid. (g) Regales deos ] Dæi's Swædicius, regnorum præfles, Plutarch. Alex. c. 54. pr. B.

12 (h) Non suam, sed exempli communemque &c. ] Oedipus regis Laii eadem vindicaturus, apud Sophoclem sic ait :

Nam qui quilibet est, Laium qui occidit,  
Et dextra eadem me quoque an fidi aggressi,  
Cum vindico igitur hunc, metipsum munio.

Et apud Senecam in eiusdem argumenti tragœdia :

Regi uenda est maxima regum salus.

Vnde Vitellius interfectores Galbæ. quantumvis hostis sui, conquiri omnes & interfecti iussit, non honore Galbæ, sed tradito Præcipibus morte, manimentum in præfens, in posterum vltionem, vt inquit Tacitus histor. 1. 44. Ad Clapmar. de arcu. impet. 3. 17. Amirat. differt. in Tacit. 17. 7.

13 (i) Pignus fidei regis dexteram ] Diodorus 16. 43. Hæc certissima fidei apud Persas arbor est. Vnde lumen accipit quod Curtius 6. 4. 23. Scribit, Alexandrum, fidem, quo Persæ more accipiebant, Naberzani dedisse. Similiter & apud Parthos, Iosephus antiq. Iud. 15. 2. tradidit, id esse fiduciam certissimum argumentum. Nam post datam dextram apud eos nec falli, ve fas esse, nec diffidere cessantibus omnino suspitionibus. Adde Virgil. Æn. 3. 610. Plin. hist. nat. 31. 45. m. Camerar. horar. subcil. 2. 46.

Ibid. (k) Πορρεία ] Plutarch. Alex. c. 77. ἡ Πορρεία τῶν Παιδοκράτων χειρῶν, ἐξήλιπεν. Pæne fugerat me, notare, in Mss. Δαρείου ἐστὶν Δαρεῖον, et in e, vt apud Horatium & auctorem nostrum Alexander, & infra Cassandrea 24. 2. 1. Græciæ Ἀλιζάνδρεια, & Κοροῦνδρεια. Et balneum huiusdem est βαλνεῖον. B.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

R I A R U M.

### LIBER XII.

C A P. I.

Alexander in persequendo Dario amissos milites, (a) magnis funerum impensis extulit; reliquis expeditionis eius sociis, tredecim millia talentum diuinit. || Equorum maior pars astu amissa, inutilesque etiam qui superfuerant, facti. || Pecunia omnis centum nonaginta millia talentum (b) Ecbatana (c) congesta, eique Parmenio præpositus. || Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatri Macedonia ei redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græciâ; bellum Alexandri regis Epiri in Italia; bellum Sopyrionis

præ-

5 præfecti eius in Scythia, continebatur. Quibus varie affectus, plus tamen lætitiæ cognitio mortibus duorum æmulorum regum, quam doloris  
6 amissi cum Sopyrione exercitus, suscepit. || Namque post profectionem Alexandri, (d) Græcia ferme omnis in occasione (e) recuperandæ libertatis, ad arma concurrerat, auctoritatem Lacedæmoniorum secuta, || qui Philippus Alexandri pacem (f) soli speruerant, & leges respuerant. || Dux huius belli Agis rex Lacedæmoniorum fuit; || quem motum Antipater contractis militibus, (g) in ipso ortu oppressit. || Magna tamen vtrinque cædes fuit. || (h) Agis rex cum suis terga dantes videret, dimissis satellitibus, vt Alexandro felicitate, non virtute inferior videretur, tantam stragem hostium edidit, vt agmina interdum fugaret. || Ad postremum, etsi à multitudine victus, gloria tamen omnes vicit.

### NOTÆ AD LIBRUM XII.

Num. 1. (a) Magni fun. imp. ext. ] Hoc postea fecit & Philippus apud Liuuium 31. 34. 1. vbi etiam causa facti redditur. Adde Notas ad 11. 6. 13.

3 (b) Ecbatana ] Ex vestigijs scripturæ veteris odoratus sum leg. Ecbatana congesta. Veteres enim habent & batana congesta; quidam, ex ebatana; alii aliter. Diodorus 17. 80. Parmenioni commissos refert thesauros regios, qui centum & LXXX. millia talentum continebant. Vide & Strabonem lib. 15. Hæc Bong, cuius perlagacem coniecturam Franc. Modij membranz disertum confirmant. Vide & Curtium 5. 8. 1. Freinshemius offendit mihi locum Plinii 6. 14. Ecbatana a Seleuco rego condita, qui gestis hæc multo posterior fuit. Alterutrum igitur esse falsum oportet: nisi videretur Plinio idem sit quod instaurare. Sic autor 33. 4. 1.

Ibid. (c) Congesta ] Hærenus editi, nuper congesta. Sed delendum est nuper & Bongarsius in variantibus censuit, & Modius necessarium eius in suis Mss. comparare dixit.



6 (d) *Gracia* ] Diodorus 17, 62. Curtius 6, 1. B.

Ibid. (e) *Recuperanda* ] Mss. Modii, *reciperanda*.

7 (f) *Soli spreuerant* ] Supra 9, 3.

9 (g) *In ipsi ortu* ] Linius 29, 31. 4. *Nisi orientem ignem operimamus, ingenti mox incendio, cum iam nullam opem ferre possimus, ardebimus.* Curtius 6, 3, 17. *Parua saepe sciuitilla contempta magnam excitant incendium.*

10 (h) *Agū rex* ] De huius militari robore Diodorus 17, 61. & Curtius 6, 1. vbi scribit occidisse Laedammoniorum quinque milia & CCCL. ex Macedonibus haec amplius tria milia. Quo de numero variat nonnihil Diodorus ibid.

## CAP. II.

**P**orro (a) Alexander rex Epiri, in Italiam à Tarentinis, auxilia aduersus Bruttios deprecantibus, sollicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in diuisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suae filio Oriens, sibi Occidens sorte contigisset; ] non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia, & in Persis habiturus. ] Huc accedebat, quod sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic (b) responsum Dodonari Iouis urbem Pandosiam, (c) amnemque Acherusium praedixerat. ] Quae vtraque cum in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiam cupidius elegerat. ] Igitur, cum in Italiam venisset, primum illi bellum cum Appulis fuit: ] quorum cognito urbis fato, breui post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. ] Erat namque tunc temporis urbs Appulis (d) Brundisium, quam Aetoli, sequuti tum fama rerum in Troia gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem

8 ducem Diomedem, coniderant: ] sed pulsi ab Appulis, consulentes oracula, responsum acceperant, *locum quem reperissent, perpetuo possideros.* ] Hac igitur ex causa, per legatos cum belli comminatione, refitui sibi ab Appulis urbem postularant. ] Sed vbi Appulis oraculum innotuit, (e) interfectos legatos in vrbe (f) sepelierant, perpetuam ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederunt. ] Quod factum cum cognouisset Alexander, antiquitatis facta veneratus, bello Appulorum abstinuit. ] Gessit & cum Bruttis Lucanisque bellum; multasque vrbes cepit: tum & cum Metapontinis, & (g) Pediculis, & Romanis, foedus amicitiamque fecit. ] Sed Bruttii Lucanisque, cum auxilia à finitimis contraxissent, acris bellum repetiuere. ] Ibi rex iuxta urbem Pandosiam, & flumen Acheronta, non prius fatalis loci cognito nomine quam occideret, interficitur; moriensque, non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. ] Corpus eius Thurii publice redemptum sepulturae tradiderunt. ] Dum haec aguntur in Italia, (h) Sopyrion quoque, praefectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, ociofum se ratus, si nihil & ipse gessisset, adunato XXX millium exercitu, Scythis bellum intulit: ] Caesusque cum omnibus copiis, (i) pœnas temere illati belli genti innoxia iuit.

Num. 1. (a) *Alexander rex Epiri* ] Vide Lium 8, 24. Strabo lib. 6. contra Mellapios & Lucanos euocatum scribit. B. Eidem cognomen tum fuisse *Molosso*, tradit Agellius 17, 21. & addit, in Italiam transiitum dixisse, se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδραγαθία, hoc est, virorum domicilium. *Alexandrum Magnum*

## CAP. III.

- 1 Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro eſſent, ſimulato mœrore, propter Alexandri cognitionem, exercitui ſuo (a) triduum luſtū in-
- 2 dixit. || Omnibus deinde, velut perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, coniuges quoque ac liberos ſuos animo iam quodammodo complectentibus, ad congionem exercitum vocat:
- 3 || ibi nihil actum tor egregiis præliis ait, ſi incola Orientalis barbaria relinquantur; nec ſe corpus, ſed regnum Darii petiſſe; perſequendos que eſſe eos, qui à re-
- 4 gno deſecerint. || Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam, (b) Mardos-
- 5 que ſubegit. || Ibi ei occurrit (c) Thaleſtris ſive Minithæa Amazonum regina (d) cum cccc. mulieribus, x xv. dierum inter (e) confertiſſimas gentes itinere ſeſecto, ex regē liberos quaſitu-
- 6 ra: || cuius conſpectus aduentusque admirationi omnibus fuit, & propter inſolitum ſœminis habitum, & propter exercitum concubitum. || Ob hæc tredecim diebus otio (f) à rege datis, ut viſa eſt vterum implere, diſceſſit. || Poſt hæc Alexander (g) habitum regum Perſarum, & diadema inſolitum antea regibus Macedonicis, velut in le-
- 9 ges eorum quos vicerat tranſire, aſſumit. || Quæ ne inuidioſius in ſe vno conſpicerentur, amicos quoque ſuos (h) longam veſtem auratam purpureamque ſumere iubet. || Ut (i) luxum quoque, ſicutum cultum Perſarum imitaretur, inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis nobilitatiſque, noctium vices diuidit. || His rebus ingentes epularum apparatus adicit, ne iciuma & de-

ſſe ad Perſia quaſi in γυναικωνίτην, domicilium mulierum. Fuerit igitur Alexandri Moloſſi expeditio poſterior eſt expeditione Alexandri Magni. At Plutarchus priorem facit in comment. de fortun. Rom. cap. vii.

3 (b) *Reſponſum Dod. Ioni* ] Modius hoc loco tale producit, *ἄναιδον ἀνυψίτων*:

*Ἀναιδὸν ἀνυψίτων μοῖρεν ἀχρεῖς ἐν ἰδῶρεν,*

*Πηδογῶν τε, ἢ τοι θανάτῳ πεπρωμένῳ ἐστὶ.*

Diuerſum ab hoc oraculum referunt Strabo lib. 6. & Stephanus in *Πανδορίᾳ*.

Ibid. (c) *Αἰωνοποιὸν Ἀχαιεύς* ] Adiectivum, quomodo & Linus 2. 24. 3. *Αἰωνοποιὸν ἀγαθόν*. Statim infra n. 14. *Αἰχρὸν* eſt, ex quo accollz dicit *Αἰχρὸν τῶν Πηλοποιῶν* Plinio lib. 3. ſub finem capituli 5.

4. & 14. ] Simili ambiguitate prædixit mortis exempla habent Thucydides 3. 15. 12. de Heſiodo: Pausanias in Atcead, & Suidas de Epaminonda: Herodorus 3. 64. de Cambiſe: Plutarchus Pyth. orac. c. 24. de Lyſandro: & in Flaminio c. 34. de Annibale: *Αἰλιανὸς* var. 3. 45. de Philippo Magedone: Iſoſephus ant. 13. 19. de Antigono: Zonaras tom. 3. de Iſmpp. Conſtante, Iuliano & Valente: Pontificum Rom. Suetonius de Sylaeſtro II. in eius vita, ſcilicet *nos oracula*, per ambages *reſpondere*, inquit Tacitus annal. 2. 54. 8. quorum de fallaci vanitate vete Thucydides 3. 16. 10.

7 (d) *Brundisium* ] Vete. *Brundisium*. Græci *Βροντίσσιον*: unde à poetis *Brendis* dictum. Feſtus: aut potius *Brenta*, n. in. voce duabus ſyllabis truncata, quod eſt Ennio familiare. De eo Strabo lib. 6. & Stephanus. Habitum à Cretenſibus Brundisium, auctor eſt Strabo, & Lucanus lib. 2. c. 85. B.

10 (e) *Interfectos legat. i. v. ſepel.* ] Quam inhumanitatem prædixit Caſſandra apud Lycophronem, verſ. 10. 6. & ſeqq.

Ibid. (f) *Sepelierant* ] Ft. *Sepelierunt*.

12 (g) *Pediſula* ] Italiz populi. Plin. 3. 5. Strabo lib. 6. *Παιδικῶν* vocat. In Mss. legitur *Pediſuli*. Inde qui libros impreſſos emendant, fecerunt *Ruti*, longe petita coniectura. B. Apud Appianum etiam ciuil. bellor. lib. x. corrupte legitur *Παιδικῶν*, pro *Παιδικῶν*. Et apud Val. Max. 7. 6. exemp. v. pro *Fidiſula* eſſe ſcribendum *Padiſula*, bene monuit Ph. Cluverius Ital. ant. lib. 4. c. 10. Cæterum *Pædiculotum* ( hæc enim vete ſcriptura eſt) oppida enumerat Plinius 3. 81. m.

16 (h) *Sopyrion* ] De quo & Inſa 37. 5. 2.

17 (i) *Panas remere illati belli* ] Lucanus 7. 143.

*Cauſa iubet ſuperas melior ſperare ſæcundas.*

Id quod in ſua diſſertatione confirmat Grætuſus, quæ eſt ad Tacitum quinquageſima tertia, CAP.

structa luxuria videretur, conuiuiumque iuxta  
regiam magnificentius ludis exornat: || imme- 12  
mor profusus, TANTA S opes amitti his moribus,  
non quari solere.

Num. 1. (a) *Triduum* ] *Sibif. tridui.*

4 (b) *Macedonice* ] Quidam hoc loco legerunt *Maced.*, quo-  
modo & in Eusebio editum est, contra libros. B.

5 (c) *Thaloftru* ] Straboni lib. 11. est *Θαλάσσεια*. B. De ea su-  
pra 2. 4. 33. infra 42. 3. 9. Adde Plutarchum *Alex. c. 81.*

Ibid. (d) *Cum trecentis mulieribus* ] Sic edidi, vnius codicis  
fidem sequutus, & Diodorum 17. 77. B. Firmat & Curtius 6. 5. 36.  
Prius passim legebatur, *cum trecentis millibus mulierum*, absurde.

Ibid. (e) *Confertissimam* ] Editiones quaedam *insefertissimam*,  
quod probabilius est.

7 (f) *Avege* ] Alii hoc omittant: nec est necessarium.

8 (g) *Habitum regum Pers.* ] Sic & Curtius 6. 3. 4. At medium  
inter *Persicum* & *Medicum* habitum sumpsisse, autor est Plutar-  
chus *Alex. c. 79.*

9 (h) *Longam vestem auratam* ] Quam Curtius 3. 9. 28. *pellam*  
*auro astitam*, Plutarchus ibidem *soleam barbaricam* appellat.

10 (i) *Vir inxum* ] Bene inchoente Freinshemio, puncto hae  
precedentibus separavi, quibus continere haecenus adnexa male  
habebam.

## C A P. IV.

I nter haec indignatio omnium totis castris erat, 1  
à Philippo illum patre tantum degeneravisse,  
vt etiam (a) patria nomen eiuraret, moresque  
Perfarum assumeret, quos propter tales mores vi-  
cerat. || Sed nefolus vitis eorum, quos armis 2  
subegerat, succubuisse videretur; militibus quo-  
que suis permisit, si quarum captiuarum consue-  
tudine tenerentur, ducere vxores: || existimans 3  
minorem in patriam reditus cupiditatem futu-  
ram, habitibus in castris imaginem quamdam  
larium, ac domesticæ sedis: || simul & (b) labo- 4  
rem militiae molliorem fore dulcedine vxorum.

|| In

5 || In Supplementa quoque militum, minus exhauriri  
posse Macedoniam, si veteranis patribus tyro-  
6 nes filii succederent, || militaturi in vallo, in quo  
essent nati; constantioresque futuri, si non so-  
7 lustris tyrocinia, verum & incunabula in ipsis ca-  
8 stris posuissent. || Quae consuetudo in successio-  
9 res quoque Alexandri mansit. || Igitur & ali-  
menta pueris statuta; & instrumenta armorum  
equorumque iuuenibus data; & patribus, pro  
10 numero filiorum, praemia statuta. || Si quorum  
patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia  
11 patrum trahebant; quorum pueritia inter varias  
12 expeditiones, militia erat. || Itaque à paruula aeta-  
te periculis laboribusque indurati, inuictus exer-  
citus fuere: neque castra aliter quam patriam,  
neque pugnam aliud vnquam quam victoriam  
11 ducere. || Haec suboles nomen habuit (c) Epigo-  
12 ni. || Parthis deinde domitis, praefectus his sta-  
tuitur ex nobilibus Perfarum (d) Andrageras:  
vnde postea originem Parthorum reges habuere.

Num. 1. (a) *Patria nomen eiur.* ] Quomodo patriæ nomen eiur-  
rari Alexander, non capio: à moribus quidem patris discessisse  
manifestum est: non ideo tamen Persa haberi voluit. Quid si le-  
gamus, *patria nomen* ? Iouis enim filium se, non Philippi, dice-  
bat. Placuit *Mass. patria nomine iuraret*. Simili modo insectus  
Gellius 12. *Sauitissima disciplina nomine mentiturur*. Leg. *nomen*  
*emittiturur*. Hæc long. Contra Val. Acidalius ad Vell. 2. 68. 4.  
*patria nomen* rectum esse contendit. Nam certum, de luxu regis &  
militie tantum, non de superbis, querelam hic esse, vt qui, quos  
armis subegerat, eorum vitis succumberet. Adhuc ipsaui Noster  
mox 12. 5. 2. Hoc igitur agere exercitus ferebat, masculum Macedo-  
num nomen, belli fama orbe toto celebre & terribile, moribus  
effeminatis Perfarum corruptum, & ipsum velut effeminari.  
Cæterum *nomen patriæ* dixit autor, pro *patriam*: sicut Liuius 1.  
30. 4. *nomen Cætinum*, pro *Cætinenses*; & Agellius 1. 2. passimque  
Liuius, *nomen Latinum*, pro *Latinos*. Quod loquendi genus de  
Græcorum fontibus profuissse docet Guil. Canterus Nou.  
Lect. 2. 10.

4 (b)

4 (b) *Laborem militiae*] Tacitus annal. 2. 34. 5 *Bella plane ac-  
cinctis abeunda: sed uacrentibus post laborem, quod bonisium quam  
uiciorum leuamentum? Disputatur eo loco. An magistratum in  
provinciam euntem comitari uxor debeat. B.*

12 (c) *Epigani*] Quo nomine & eorum, qui ad Thebas cum  
Polynice occubuerant, potestis censentur. B. Vide Diodorum 4.  
46. pr.

12 (d) *Andragoras*] Conferenda hæc cum 41. 4. 9.

### CAP. V.

Interea Alexander non regio, sed hostili odio 1  
scire in suos cepit. || Maxime indignaba- 2  
tur (a) carpi se sermonibus suorum, Philippi pa- 3  
tris, patriæque mores subuertisse. || Propter quæ 3  
crimina, (b) Parmenion quoque senex, dignita-  
te regi proximus, cum Philota filio, de utroque 4  
prius quæstionibus habitis, interficitur. || Fre- 4  
mere itaque omnes uniuersis castris cæpere, in-  
noxii senis filiique casum miserantes; inter-  
dum se quoque non debere melius sperare dicentes.  
|| Quæ cum nuntiata Alexandro essent, uerens ne 5  
hæc opinio etiam in Macedoniam diuulgaretur,  
& ne uictoriæ gloria scuitiæ maculâ infuscare-  
tur, simulat se ex amicis quosdam in patriam vi- 6  
ctoriæ nuntios missurum. || Hortatur milites suis 6  
scribere, rariorem habituros occasionem, pro-  
pter militiam remotiorem. || Datos (c) fauces 7  
epistolarum tacite ad se deferri iubet: || ex quibus 8  
cognito de se singulorum iudicio, in vnam co-  
hortem eos qui de rege (d) durius opinati fue-  
rant, contribuit, aut consumpturos eos, aut in vl- 9  
timis terris in colonias distributuros. || Inde Dran-  
cas, Euergetas, (e) Parymas, Parapammenos,  
Adaspios, cæterosque populos, qui in radice Cau-  
casi

10 casi morabantur, subegit. || Interea vnus ex ami-  
cis Darii Bessus, vincus perducitur, qui regem  
non solum prodiderat, verum & interfecerat.  
11 || Quem in vltionem perfidiæ (f) excruciantum  
(g) fratri Darii tradidit; reputans non tam ho-  
stem suum fuisse Darium, quam amicum eius, à  
12 quo esset occisus. || Et vt his terris nomen relin-  
queret, urbem, (h) Alexandriam super amnem  
Tanaim condidit, intra diem septimum deci-  
mum muro v. i. millium passuum consummato,  
translatis eo trium ciuitatum populis, quas Cy-  
13 rus condiderat. || In Bactrianis quoque Sogdia-  
nisque x. i. vrbes condidit, distributis his, quos-  
cunque in exercitu seditionis habebat.

Num. 2. (a) *Se*] Viennensis editio vetus, hoc omittit. Sebif.  
traiciendum censet ita: *carpi serm. suorum, se pat.*

3 (b) *Parmenion*] Cuius de cade Curtius 7. 2. eleganter & co-  
piose.

7 (c) *Fauces epistolarum*] Non absimili commento Glosin  
Cypro bellum gerens, militum in se animos deprchendit. Po-  
lyen. strategem. lib. 7.

8 (d) *Durios opinati*] hoc est, maledice locuti. Ita verbum  
hoc vsurpat & Suetonius Aug. c. 31. 4. *Inter cætera crimina obii-  
citur, quod male opinari de Casare suleret.* Et c. 67. 2. *seruum trans-  
fuge de se opinantem compellibus coarctuit.* Eodem sensu existimare  
vsurpat Seneca de ira 3. 22. *Hominis & pericul. sistime, & libentissi-  
me faciant.* vt de rege suo male existimant. Et Nazarius panegy-  
c. 5. *Existimare de principibus, nemini est.*

9 (e) *Parimas, Parapammenos*] Ex Diodoro 17. 12. & aliis, le-  
gendum arbitror *Paropamisadas. Adaspis* qui sunt, non inuenio.  
quod vulgo legitur *Hydaspis*, nomen est ad Hydaspem Indiæ fluuium  
confistit. Nec placet, quod *Caspis* quidam ediderunt. Quid si  
*Arios* legamus? Omnino arbitror, duas syllabas priores *Ad-  
aspis*, ex voce *Paropamisadas*, ad hæc sisse sequenti vocabulo, unde  
factum sit *Adaspis*. Inde *Adaspis*. Sed his uocibus resisten-  
dis diuino est opus. Long. Ego me diuinatorum non proficior,  
aut iam tamen affirmare, pro *Parimas* legendum *Arimaspis*, idque  
copulandum (aut forsitan à glossatore aliquo copulatum) cum



precedenti vocabulo *Euergetas*. Afferit enim Diodorus 17. 81. *Cyrum Arimaspos*, quod exercitum suum iam grauior adfectum, conuentionis iussit, cum aliis nunciis afferisse, tum abrogato nomine pristino, *Euergetas* eos nuncupalisse, hoc est, *beneficentia* seu Perlica lingua *Orosangar*. Quod cognomen tum apud Perlas iis tribui solum esse, qui regem regnumque insigni al quo beneficio demerissent, & ne cuiusquam meriti memoria intercederet, *Orosangarum* seu *Beneficorum* nomina in regis commemorarios relata fuisse, clarum est ex *Eithera* libro cap. 6. 2. & 3. *Iosepho* antiq. 1. 6. *Herodoto* 3. 149. & 3. 8. *Xenophonte* lib. 3. p. ed. *Heliano* var. 12. 4. Huc refero locum ex *Epitola* *Xerxis* ad *Pausaniam*, ab interpretibus non bene intellectum, apud *Thucydidem* 1. 22. 8.

11 (f) *Exercitandum fratri* *Qar. 17.*] Exemplo simili, nobilissimi *Pœnorum* captiui, liberis *Reguli*, à *Senatu Rom.* traditi sunt ad supplicium, *Agel. 6. 4.* vltioni simul & solatio. De supplicii *Belli* genere variant auctores.

Ibid. (g) *Fratri*] *Quem Exathrem* *Plutarchus* *Alex. cap. 78.* *Curtius* autem 7. 5. 62. & *Diodorus* 17. 77. *Oxathrem* vocant.

12 (h) *Alexandriam*] Adde *Curtium* 7. 6. 46. & seq.

## C A P. VI.

H is ita gestis sollempni die amicos in conuiuium (a) vocat; || Vbi orta inter ebrios rerum à *Philippo* gestarum mentione, (b) preferre se patri ipse, rerumque suarum magnitudinem extollere cælo tenus cæpit, assentante maiore conuiuuarum parte. || Itaque cum vnus è senibus *Clitus*, fiducia amicitiae regiae, cuius palmam tenebat, memoriam *Philippi* tueretur, laudaretque eius res gestas; adeo regem offendit, vt telo à satellite raptò, eundem in conuiuio trucidauerit. || Qua cæde exultans, mortuo patrocinium *Philippi*, laudemque paternae militiae obiebat. || Postquam satiatus cæde animus conqueiuit, & in iræ locum successit astimatio, modo personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere eum facti cæpit: || quippe paternas laudes

tam

tam (c) iracunde accepisse se, quam nec conuitia debuisset; amicumque senem & innoxium à se 7 occisum inter epulas & pocula, dolebat. || Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem 8 in iram versus, mori voluit. || Primum in fletus progressus, amplecti mortuum, vulnera tractare, & quasi audienti confiteri dementiam; arreptum telum in se vertit: peregissetque facinus, nisi amici interuenissent. || Mansit hæc voluntas moriendi etiam sequentibus diebus. || Accesserat enim pœnitentiæ, nutricis suæ & sororis *Cliti* recordatio; cuius absentis eum maxime pœdebat: 11 || tam fœdam illi alimentorum suorum mercedem redditam, vt in cuius manibus pueritiam egerat, huic iuuenis, & victor, pro beneficiis 12 nera remitteret. || Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud deuictas gentes (d) fabularum atque inuidiarum, quantum apud cæteros amicos metum & odium sui fecerit: || quam amarum & triste reddiderit conuiuium suum; non armatus in acie, quam in conuiuio terribilior. || Tunc *Parmenion* & *Philotas*, tunc *Amyntas* consobrini, tunc nouerca fratresque interfecti: tunc *Attalus*, *Eurylochus*, *Pausanias*, alique *Macedoniæ* extincti principes, occurrerant. || Ob hæc illi quadridio perseuerata inedia est, donec exercitus vniversi precibus exortatus est, precantis ne ita mortem vnus doleat, vt vniversos perdat, || quos in vltimam deductos *Barbariam*, inter infestissimas, & irritatas bello gentes, delituerat. 17 || Multum profuere (e) *Callisthenis* philosophi preces, condiscipulatu apud *Aristotelem* familiaris illi, & tunc ab ipso rege ad prodenda memo-

riæ

riæ acta eius accitus. || Reuocato igitur ad bel-  
lum animo, (f) Choralimos & Dahas in deditio-  
nem accepit.

Num. 1. (a) Vocat] Mss. Modiani, *conuocat*: neque aliter  
vnius Bonagalli. Modius tamen nihil mutandum censet, cum fo-  
lemnis sit illa vox & præcipua conuiuii. Cicero famil. 9. epist. 20.  
v. *Verrium vocare sapius audemus*, hoc est, ad cenam inuitare.  
Caullus epigr. 48. — *mei sociates*

*Quarunt in trinitu vocalione.*

Plin. hist. natur. 30. 10 m. Ptolemaus rex. Apelli, à plano quodam  
per ludibrium ad regiam cenam inuitato, *voca* vres *ius* 0: *enâs*,  
v. *dieret, a quo eorum inuitatus esset*. Ita Sueton. Calig. 9. 5. Vi-  
denda Guilielmii verisimilia 1. 28. & Plautin. quæli. in Amphit.  
cap. 8.

1 (b) *Preferre se patri*] De Alexandri iactantia Plinarch.  
cap. 40.

5. 6. 7. ] Sic à Nezone, *perfecto demum scelere* (matris occisa)  
*magnitudo eius intellet* a est. Tacit. annal. 13. 10. 1. *Scelus inter anti-*  
*pitia probatum, veris mox pretio estimatur.* Idem 11. 26. 4.

*Cum scelus admittunt, superæ, constantia: quid fac*

*Atque nefas, tandem incipiunt sentire periculum*

*Criminibus.* — Intuenal. Satyr. 23. 237.

Similia Mentander apud Stobzum serm. 4. post pr.

6 (c) *Iracunda*] Non male Vienn. *iracundum.*

12 (d) *Fabularum*] Rumeris & sermonum. Ita Sueton. Aug.  
70. 1. *Cæna eius secretior in fabulis suis, hoc est, hominum sermonem*  
*traducebatur.* Tibull. lib. 1. eleg. 4. fin. *ne turbi fabula fiam.* Propertius  
1. eleg. 15. dicit, *hijorian fieri.* Iuuenalis 10, 167. *æclama-*  
*tionem.*

17 (e) *Callisthæris*] Anaxarchum addit Plutarchus c. 93.

18 (f) *Choralimos*] Attiano lib. 4. *Χοράσιμος*, Straboni 15.  
*Χοράσιμος*. Plinio 6, 16. Choralimii. *Daba* Græcis sunt *Δάδες*,  
pro quo hic quidam *Saca* reposuerunt. Curtius 7, 4. 6. Chora-  
limios. Dahas, & Sacas coniungit, vt & Solinus cap. 51. B.

## C A P. VII.

Deinde, quod (a) primo ex Persico superbia re-  
gia more distulerat, ne omnia pariter inui-  
diosiora essent, non salutaris, sed adorari se iubet.  
|| Acerrimus inter recusantes (b) Callisthenes 2  
fuit.

fuit. Quæ res & illi, & multis principibus Ma-  
cedonum exitio fuit: siquidem sub specie infi-  
diarum omnes (c) interfecti. || Retentus tamen  
est à Macedonibus mos salutandi regis, explo-  
sæ adoratione. || Post hæc Indiam petit, vt Oceano,  
vltimoque Oriente finiret imperium. || Cui glo-  
riæ, vt etiam exercitus ornamenta conuenirent,  
phaleras equorum, & arma militum, argento in-  
ducit; exercitumque suum, ab argenteis clypeis,  
6 (d) Argyraspidas (e) appellauit. || Cum ad (f)  
Nysam vrbein venisset, oppidanis non repugnan-  
tibus, fiducia religionis Liberi patris, à quo con-  
dita vrbs erat, parci iussit: lætus non militiam  
tantum, verum & vestigia se dei sequutum.  
7 || Tunc ad spectaculū (g) sacri montis duxit exer-  
citurum, naturalibus bonis, vite, hederaque non ali-  
ter vestiti, quam si manu cultus, colentiumque  
8 industria exornatus esset. || Sed exercitus eius,  
vbi ad montem accessit, repentino impetu men-  
tis, in sacros dei vltulatus instinctus, cum stupore  
regis, sine noxa discurrit: vt intelligeret, non tam  
oppido se parcendo, quam exercitui suo consu-  
9 luisse. || Inde montes Dædalos, regnaque Cleo-  
fidis reginæ petit. Quæ cum se dedidisset ei, con-  
cubitu redemptum regnum ab Alexandro rece-  
pit; illecebris consecuta, quod virtute non potue-  
10 rat: || filiumque ab eo genitum, Alexandrum  
nominauit, qui postea regnum Indorum potitus  
11 est. || Cleofis regina, propter prostratam pudici-  
tiam, *scortum regium* ab Indis exinde appellata est.  
12 || Peragrata India, cum ad (b) saxum miræ aspe-  
ritatis & altitudinis, in quod multi populi con-  
fugerant, peruenisset, cognoscit Herculem ab ex-  
pugna-

pugnatione eiusdem saxi terræmotu prohibi-  
tum: || Captus itaque cupidine , Hercules acta 11  
superare , cum summo labore ac periculo poti-  
tus saxo , omnes eius loci gentes in deditionem  
accipit.

Num. r. (a) *Primo* ] In Mss. esse notarunt in primo, quod feri-  
be iundem *supra*. o. vetus aduerbium, nec dubium, quin a Trogo  
vsurpatum: è quo *prisco*, vt ipse ait *par. n. 1. eloquentia vira*,  
auctor desumpta antiquariora verba ipsarum epitomæ iuxta inferunt.  
Eandem vocem in Sallustio & Plauto alicubi Palmetius repo-  
suit. Hæc Val. Acidalius ad Velleium 3, 68. 4.

2 (b) *Callisthenes* ] Cuius aduersus adorationem Alexandri,  
verba grauius liberque facta commemorant Arrianus lib. 4.  
pag. 8; & Curtius 8, 5. Non fuit præcipi memor ab Aristotele sibi  
datis, vt cum rege, aut rarissime , aut quam incunctissime loqueretur.  
Val. Max. 7, 2. *Contumacia non facit ad aulam*. Senec. de tranquill.  
cap. 4.

Ibid. (c) *Inre fecti* ] Dissentit autor à seipso infra 15, 3, 6. & à  
Plutarcho Alex. c. 52. De morte Callisthenis adde Diog. Laert. in  
vita Aristot.

5 (d) *Argyrippidas* ] hoc est. argenteis pennis insignes , quo-  
rum meminerit præter alios Curtius 4. 33. 41. & Lilius 37, 40, 7.  
Imp. Alexander Severus , Alexandrum Magnum imitandi , impo-  
nere dii studio, cum argyrippidas, tum etiam *ehrysaippidas* insti-  
tuit. Lamprid. in vita cap. 50. Quale quidam prius Reip. Rom.  
temporibus factum tradit Lilius 9, 4. 2. vbi de Sannitibus cum  
Romanis pugnam instructibus inquit: *Duo exercitus erant: sen-  
ta alterius auro, alii erant argenti calauerunt*.

Ibid. (e) *Appellauit*. ] Sebis appellauit.

6 (f) *Nysan* ] Ita Stephanus, & Strabo lib. 14. Arrianus verò  
*Nysan*. b.

7 (g) *Sacri montis* ] qui *Meros* dicitur Curtio 8, 10, 20. vbi  
Bacchum enutritum fabulatur antiquitas. Plinio 3, 39. *Nysa* voca-  
tur, exscriptorum forte vitio. Nam Plinius ipse 6, 21. *Meram mon-  
tem Libere patri sacrum, à Nysa vicina vrbe distinguit*.

12 (h) *Saxum* ] Petra *Aegææ*, seu *Aegris*, vt habet Diode-  
rus 17, 81. & Curtii Mss. 8, 11, 2. b. Inde dictum, quod præ altitudine  
ad eam aures euolare non possent. Adde Strabonem lib. 8. Plutarch-  
um de fort. Alex. lib. 1. cap. 2. Lucianum Hermotimo sub iui-  
tium.

## CAP. VIII.

1 V nus ex regibus Indorum fuit , Porus nomi-  
2 ne, (a) viribus corporis, & animi magnitu-  
3 dine pariter insignis, || qui bellum iam pridem,  
audita Alexandri opinione, in aduentum eius pa-  
4 rabat. || Commisso itaque prælio ; exercitum  
suum Macedonas inuadere iubet ; sibi regem eo-  
5 rum priuatum hostem deposcit. || Nec Alexan-  
6 der pugnae moram fecit : sed prima congressione  
7 vulnerato equo , cum præcepit ad terram decidif-  
8 set, concursu satellitum seruatur. || Porus mul-  
9 tis vulneribus obrutus capitur. || Qui victum se  
10 adeo doluit , vt cum veniam ab hoste accepisset,  
neque cibum sumere voluerit ; neque vulnera  
curari passus sit ; (b) ægreque sit ab eo obtentum,  
11 vt vellet vitere. || Quem Alexander (c) ob hon-  
12 nores virtutis , incolumem in regnum remisit.  
13 || Duas ibi vrbes condidit : vnã (d) Nicæam, al-  
14 terã ex nomine equi (e) Bucephalen vocauit.  
15 || Inde (f) Adrestas, Gesteanos, Præsidas, Ganga-  
16 ridas, caris eorum exercitibus, expugnat. || Cum  
ad (g) Cuphites venisset, vbi eum hostium du-  
centa millia equitum opperiebantur, exercitus  
omnis, non minus victoriarum numero , quam  
laboribus fessus ; lachrymis eum deprecatur , si-  
17 nem tandem belli faceret ; || aliquando patriæ, redi-  
18 tusque meminisset ; respiceret militum antros, quibus  
19 vix ætas ad reditum sufficeret : || ostendere (h) alius  
20 canicem ; alius vulnera, alius ætate consumpta  
21 corpora, alius cicatricibus exhausta : || solos se esse  
22 militiam pertulerint. || Tandem orare , vt reliquias  
saltans

saltem suas paternis sepulchris reddat, quorum non  
 (i) studii desiciatur, quam annis: || Ac si non militi- 15  
 bus, vel ipse sibi parcat, (k) N E fortunam suam nimis  
 onerando fatiget. || Motus his tam iustis precibus, 16  
 velut in finem victoriæ, (l) castra solito magni-  
 ficentiora fieri iussit, quorum molitionibus &  
 hostis terreretur, & posterior admiratio sui relin-  
 queretur. || Nullum opus milites lætius fecere. 17  
 Itaque (m) cæsis hostibus, cum gratulatione  
 (n) in eadem reuerterunt.

NUM. 1. (a) *Viribus corporis* ] Erat enim statura quatuor cubi-  
 torum & palmi, sicut ob corporis eminentiam & molem ele-  
 phanto, cui insidebat, equitis proportionem responderet. Plutarchus  
 Alex. c. 106.

6 (b) *Ægreque &c.* ] Non ergo semper illud Peronii verum:  
 Nemo iniustus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut vivere.

7 (c) *Ob honorem virtutis* ] Erat Alexander virtutis etiam in  
 hoste mirator. Curtius 4. 6. 38. & 8. 14. 75. Habet hoc virtus, ut viros  
 fortis species eius & pulchritudo etiam in hoste præstare delectet. Cicet.  
 in L. Pisonem c. 32.

8 (d) *Nicaam* ] A victoriæ illiæ parta sic dictam. Diodo-  
 rus 17. 95.

Ibid. (e) *Bucephalon* ] *Bucephalon* vocat Curtius 9. 3. 37. vt &  
 Agellius 3. 2. *Bucephalam* Plinius 6. 20. & Diodorus 17. 95. *Bucephala*  
 Plutarchus Alex. c. 107. qui addit, Alexandrum & in memo-  
 riam canis sui. *Peris* a nomine, cognominem urbem creasisse. Con-  
 sultatur omnino Phil. Camerar. hor. subc. 11. 21.

9 (f) *Adrestas &c.* ] Mss. plerique *Arrestas*. Arianus lib. 5.  
 \**Adrestas* vocat: Diodorus 17. 95. *Arrestas*, vt hic quidam edi-  
 derunt. *Gessami* (ita habent Mss. aut *Gessani*) in Ms. Orofio  
 sunt *Catheni*. Fabricius ex Arriano edidit *Cathai*, eos *Kadagis*  
 vocat Diodorus 17. 95. *Præsida*, seu *Præsidia*, Curtio 9. 2. 4. sunt  
*Pharrasi*. Idem ibid. habet *Gangaridas*, vt hic edidi ex Mss. Græcis  
*Γανδαρίων*, & *Γανδαρίδων*, de quibus ad Curtium plenius. B.  
 Plenissime Salmastius ad Solinum 592.

10 (g) *Cafres* ] Hic, vt ceteris locis omnibus, Mss. librorum  
 fecutus sum lectionem. Orofius Ms. *Cafres*, quo loco Fr. Fabricius  
 arbitratur accipienda hæc esse de Sophite, de quo Curtius 9. 1. 39.

Sed

Sed Sophiten Strabo, quem Σωφίτην ille vocat. Cathæ præ-  
 fuisse lib. 15 scribit, quomodo iam ante deuitam esse ab Alexandro,  
 patet ex superioribus, si pro *Gessean* legamus *Cathenos*, aut *Cathæ-  
 theos*, vt in Orofio Fabricius. Ita ad Curtium pluribus. B.

10. 11. 12. &c.] Iudicio nob. Sebifii, desumpsit hæc autor ex  
 Luciano 5. 27. 4. &c. similia certe quidem, ac prope gemina sunt.

12 (h) *Offendere al. canicem* ] Tacit. annal. 1. 12. 1. *hi verbe-  
 rum notas, ille canicem*; plurimi detrita regmina & nudum corpus  
 exprobrantes. B. Adde ibid. 1. 34. 4.

14 (i) *Non studii desic. quam annis* ] Hactenus editi, non tam  
 stud. sed & Modiani Mss. & Bongarsiani præter vnum omnes, 78  
 tam omittunt, phrasi optimis quibusque scriptoribus familiari.  
 Tacitus annal. 1. 58. 3. *pacem quam bellam probam*. Curtius 7. 7.  
 39. *Nec me aris mea, quam benevolentia, perturbat*. Val. Max. 1. 1.  
*Mansisse animo, quam Vnicio sanguinis inueniens*. Nollet iterum  
 infra 27. 3. 11. & supra 6. 1. 4. vbi Notam f. vide.

15 (k) *Ne fortunam &c.* ] Prudens consilium, quod & Scipio-  
 ni Hannibal inculcat apud Liuium 30. 30. 25. *Non statueris tan-  
 dem felicitati suæ modum, nec eobibentes effluentem se fortunam;*  
*quanto altius elati erant, eo facilius corrumpunt*. Adde Curtium 3. 8. 34.  
 Velleium 1. 70. 2. Sueton. Cæf. 60. 2. & maxime Plutarchum Lu-  
 cullo c. 90.

16 (l) *Castra solito magnif.* ] Curtius 9. 3. 30. Plutarchus Alex.  
 cap. 108.

17 (m) *Cæsis hostibus* ] Vix omitto referre *caes. hostium*, quo-  
 modo nobiliss. Sebifius emendandum censet hunc locum, volent-  
 ius etiam Curtio 9. 3. 29. Arriano sub finem libri 5. & Plutarcho  
 Alex. c. 109. Verum quia Mss. non adducunt, & vero *hostibus* etiam  
 qualitercunque consistere potest, absineo manum.

Ibid. (n) *In eadem* ] Sebif. *vis eadem*, recte, aut valde fal-  
 lor. ita enim & Curtius 9. 3. 31. *reperens qua emensus erat*.

## CAP. IX.

1 Inde Alexander ad amnem Acesinem pergit:  
 2 per hunc in Oceanum deuehitur. || Ibi (a)  
 Hiacensanas Sileosque quos Hercules condidit,  
 3 in dedicationem accepit. || Hinc (b) in Ambros &  
 Sugambros nauigat. Quæ gentes eum arma-

O 3

tis



tis L x x x. millibus peditum, & Lx. millibus equitum excipiunt. ¶ Cum prælio victor esset, exercitum ad urbem eorum ducit. ¶ Quam desertam à defensoribus, cum de muro, quem primus ceperat, animaduertisset, in vrbs planiciem sine vlllo satellite desiliit. ¶ Itaque cum eum hostes solum conspexissent, clamore edito, vndique concurrunt, Si possint (c) in vno capite orbis bella finire, & vltionem tot gentibus dare. ¶ Nec minus Alexander constanter resistit, & vnus aduersus tot millia præliatur. ¶ Incredibile dictum est, vt eum non multitudine hostium, non vis magnatorum, non tantus lacessentium clamor terruerit; solus tot millia ceciderit ac fugaverit. ¶ Vbi vero obrui multitudine se vidit, trunco se, qui tum propter murum stabat, applicuit: ¶ cuius auxilio tutus, cum diu agmen sustinuisset, tandem cognito periculo eius, (d) amici ad eum desiliunt; ex quibus multi cæsi: ¶ præliumque tam diu anceps fuit, quoad omnis exercitus, muris (e) deiectis, in auxilium veniret. ¶ In eo prælio (f) sagitta sub mamma traiectus, cum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tam diu præliatus est, donec eum, à quo vulneratus fuerat, occideret. ¶ Curatio vulneris grauior ipso vulnere fuit.

Num. 2. (a) *Hiacynthus silvestris* ¶ Quidam Ms. *Agesinus* Syracusæ, forte *Acesinus* Silvestris, vt illi sunt flumini Acesinus accole: hi sunt, quos Solus vocat Curtius 9, 4. r. Strabo 16. & Stephanus: Arrianus in Indicis *Sihai*; Diodorus 17, 96. mendose *lousi*. B.

3 (b) *In Ambracis & Sugambriis* ¶ *Mandros & Subagras* habet Orofius Ms. Fabricius emendauit *Mallus & Oxydracas*, vt hoc loco quidam ediderunt. Plinius 12, 6. *Syracæ* vocat expeditionem Alexandri terminum. Curtius 9, *Sudracas*, quomodo & 14.

& Iustinus, & Orofius, & Diodorus emendandi. B. *Mallus & Oxydracas* in hac historia memorant & Arrianus sub initium libri 9. & Curtius 9, 4, 24. Et quidem urbem illam Alexandro pœne fatalem, *Mallorum* fuisse, præter eosdem confirmat quoque Plutarchus *Alex*, c. 110.

6 (c) *In vno capite orb. bella fin.* ¶ Pænegrista Constantino Constantii filio: *Eadem suam, quamvis multi pereant, vulgus ignerat. compendium est deinceps horum hostium, duces sustulisti.* Facit huc Iphicratis comparatio exercitus cum humano corpore apud Polyænum lib. 3. & Silium lib. 10, v. 399.

10 (d) *Amici* ¶ Peucestes, Timæus, Leonatus, Aristonius, aliique. Vide Curtium 9, 5. qui hæc eleganter & copiose narrat.

11 (e) *Deiectus* ¶ Est qui deiectus mallet. Sed illud rectum est. Nam & Curtius 9, 5, 30. *dolabris perfringere murum &c.* Siceriam Orofius 3, 19.

12 (f) *Sagitta* ¶ duprum cubitorum. Curt. 9, 5, 12.

## CAP. X.

1 Itaque ex magna desperatione tandem salutem redditus, Polyperchonta cum exercitu Babyloniam mittit. Ipse cum lectissima manu nauibus confensus, Oceani littora peragrat. ¶ Cum venisset ad (a) urbem (b) Ambigeri regis, oppidani inuictum ferro audientes, sagittas veneno armant: atque ita (c) gemino mortis vulnere, hostem à muris summouentes, plurimos interficiunt. ¶ Cum inter multos vulneratus etiam Ptolemæus esset, moriturusque iam iam videretur, (d) per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est, qua in potu accepta, statim periculo liberatus est; maiorque pars exercitus hoc remedio seruata. ¶ Expugnata deinde vrbe, reuersus in naues, Oceano libamenta dedit, prosperrum in patriam reditum præcatus: ¶ ac veluti (e) curru circa metam actò, positis imperii terminis,

minis, (f) quatenus aut terrarum solitudines prodire passæ sunt, aut mare nauigabile fuit, secundo æstu ostio fluminis Indi inuehitur. || Ibi in monumenta rerum à se gestarum, urbem Barcen condidit; arasque statuit, relicto ex numero amicorum, littoralibus Indis præfecto. || Inde iter terrestre facturus, cum arida loca media itineris dicerentur, puteos opportunis locis fieri præcipit, quibus ingenti dulci aqua inuenta, (g) Babyloniam redit. || Ibi multæ deuictæ gentes, (h) præfectos suos accusauerunt; quos sine respectu amicitia, Alexander in conspectu legatorum necari iussit. || Filiam post hæc Darii regis, Statiram, in matrimonium recepit: || sed & (i) optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, vt communi factò crimen regis (k) leuaretur.

Num. 2. (a) *Vriem*] Cui nomen *Hamatelia*. Diodorus 17, 102.

Ibid. (b) *Ambigeri*] Forte is est, quem *Sambum* vocat Diodorus 17, 102. *Samum* Curtius 9, 8, 20. *Ambryam* Orofius 3, 19. B.

Ibid. (c) *Gemino mortu vulnere*] Val. Acidalius ad Vell. 2, 68, 4. locum ita censet emendandum, *gemina mortu vulnere*. Non enim duplex vulnus erat, inquit; sed in vulnere vis geminæ mortis, qua ab ipsis sagittis, qua ab superindito veneno, inuat. Lucanus 3, 751. vbi de eo qui & gladio confossus, & postea in mare præcipitatus periiit:

*Fefinantem animam morti non tradidit vni:*

sed nimirum *gemina*: quomodo *simplicem mortem* dixerunt etiam Suetonius Cæsar. 74, 3. Sallust. 5. hist. Curtius 8, 7. ipsæque Notæ 4, 4, 6. Ego vulgaram lectionem retinco, tueorque tum consensu Mss. tum vero gemino exemplo Claudiani Stil. 1, 355.

— *Ethiopum geminata venenâ Vulnere,*

Ouidius de Ponto 1, 2. ita de Getis:

*Qui mortu suo geminat vt vulnere causat,*

*Omnia viperæ spicula felle linunt.*

Cæterum an veneno grassari liceat in hostem, eam quæstionem Alb. Gentilis de iure bel. i 2, 6. copiose, H. Grotius in eiusdem argumenti opere 3, 4, 15. & 16. breuiter ac neruose, discutunt.

3 (d) *Per quietem monstrata herba*] Medicinæ per quietem ostensa nobile exemplum est in Vespasiano Xiphilini & Suetonii cap. 7, 5. *Quo sine ægrotos olim in templis fonnium caprasie, pater ex Plaut. Curcul. 2, 1, 1. & Cicero de diuinat. 1, 43. Plura Ian. VVouerius ad illud Petronii: Medicinam somno perit &c.*

5 (e) *Curru circa metam alio*] Quod solebant qui ad metam peruenerant, inde Horatius 1. ode 1. *Metaque feruidi euicata rotæ.* Vett. plerique, *curru certamine iam alio, aut per alio.* Sed & Orofius 3, 20. & vnus Ms. vulgaram lectionem tenentur. B.

Ibid. (f) *Quatenus*] seu antique, *quatinus*, hoc est, quoufque. Ab ingenio Freinsheimii est hæc, aut omnia me fallunt, omnino certa emendatio: quæ proinde non sum veritus in textum admittere. Hæc enim omnes editi, *qua finem*, absurde.

7 (g) *Babyloniam redit*] *Μημοσιπας* Iustini *ἀμύγτερα*, inquit enim paulo post. 12, 13. *Hæc ex causa Babyloniam festinan- ti:* Et quæ sequuntur, Sufis magnam partem acta esse, ex Diodoro, Arriano, & ceteris constat. B.

8 (h) *Præfectos suos*] Ex his fuisse Cleander, Sitalces, Agathon & Eracon, Curtius initio libri 10.

10 (i) *Optimatibus Macedonum*] *Διαίτην τὰς ἀρίστων τῶν ἀξιωματιῶν.* Plutarchus Alex. c. 120. B.

Ibid. (k) *Leuaretur*] vt supra 12, 3, 9. Ita de Semiramide Orofius 1, 4. de Claudio Suetonius 26, 9.

## C A P. XI.

1 Hinc ad concionem exercitum vocat: & pro-  
mittit se æs alienum omnium propria im-  
pensa soluturum, vt prædam præmiaque integra  
2 domos ferant. || Insignis hæc munificentia non  
summa tantum, verum etiam titulo muneris fuit,  
nec à debitoribus (a) magis, quam à creditoribus  
gratius excepta: quoniam vtrisque exactio pari-  
3 ter ac solutio difficilis erat. || x. millia (b) talen-  
4 tium in hos sumtus expensa. || Dimissis veteranis,  
5 exercitum iunioribus supplet. || Sed retenti ve-  
teranorum discessum ægre ferentes, missionem

O 5 & ipsi

& ipsi flagitabant: nec annos, sed stipendia sua numerari iubebant: pariter in militiam lectos, pariter sacramento solui, æquum censentes: ¶ nec iam precibus, sed conuitio agebant, iubentes eum solum (c) cum patre suo Hammone inire bella, (d) quatinus milites suos fastidiat. ¶ Contra ille nunc castigare milites; nunc lenibus verbis monere, ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. ¶ Ad postremum cum verbis nihil proficeret; ad corripiendos seditionis auctores, è tribunali in concionem armatam inermis ipse desiliit, & nemine prohibente, XII. correptos, manu sua ipse ad supplicia duxit: ¶ TANTAM vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicii constantiam disciplina militaris dabat.

Num. 2. (a) *Magis, quam à creditoribus gratius* ] *Magis* comparatio iunctum. Priscian. lib. 3. *Plautus magis maioris nugæ dixit.* B. Adde supra 3. 2. 7. *Notam f.*

3 (b) *Viginti milia tal.* ] *Alii tria & viginti milia.* Curtius 10, 2. 13. *decem milia tantum, quæ quidem ipsa non tota fuerint expensa: cui consentit omnino Plutarchus Alex. c. 120.*

6 (c) *Cum patre (s. H. inire bella)* ] *Dixit ut Arrianus 7. Μηδὲ τῷ πατρὶ; ἰσχυρισθῆναι.* Vulgo *inire*, minus recte. B. Ita locum iam olim emendauit Modius ad illud Curtii 4. 16. 39. *vehementius inire certamen.*

Ibid. (d) *Quatinus* ] Ita vet. Est autem *quatinus*, quoniam Festo & Frontino B. Sic & elegantissimo Floro 2, 35, 23. 3. 8. 1. 4. 11. 1. & 4. 12. 29.

8. & 9. ] *Iunge Curtium 10, 2 & 3. Lucanus de Casare militarem seditionem cohibente, lib. 5, 316.*

*fieri aggere fulsi*  
*Cessit, inirepidus vultu, meruit que timere*  
*Non metuenti.*

Quem locum adpicit in referendo simili Auidii Cassi factio Vultus Gallicanus cap. 4.

## CAP. XII.

I nde separatim auxilia Persarum in concione alloquitur. ¶ Laudat perpetuam illorum, tum in se, tum in pristinos reges fidem; sua in illos beneficia commemorat; vt nunquam quasi victos, sed veluti victoriæ socios habuerit: denique se in illorum, non illos in gentis suæ morem transisse: affinitatibus connubiorum victos victoribus miscuisse: ¶ Nunc quoque ait, custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, verum & illis crediturum. ¶ Atque ita mille ex his iuvenes in numerum satellitum legit: auxiliorum quoque portionem, formatam in disciplinam Macedonum, exercitui suo miscet. ¶ Quam rem ægre Macedones tulerunt, iactantes, hostes suos in officium suum à rege (a) subiectos. ¶ Tunc vniuersi flentes, regem adeunt, orant supplicibus suis (b) potius saturare se, quam contumelias. ¶ Quam modestia obtinuerunt, vt vndecim milia militum veteranorum exauctoraret. ¶ Sed & ex amicis dimissi senes, Polyperchon, Clytus, Gorgias, Polydamas, Amadas, Antigones. ¶ Dimissis his, Craterus præponitur, iussus præesse Macedonibus in Antipatri locum; Antipatrumque cum supplemento tyronum in locum eius euocat: ¶ stipendia (c) reuertentibus, veluti militantibus, data. ¶ Dum hæc aguntur, vnus ex amicis eius (d) Ephæstion decedit, dotibus primo formæ pueritiæque, mox (e) obsequiis regi percharus: ¶ quem contra decus regium, Alexander diu luxit: tumulumque ei (f) XII. millium talentorum fecit; eumque post mortem coli vt deum iussit.

Num. 6. (a) *Subiectos*] hoc est, suppositos. Freinshemius mallet *subiectos*, quæ vox comparat & supra 3, 2. Præteritum quod est in editione Viennensi *subactos*, quod & Hispanicis interpretes expressit.

6 (b) *Potius*] Modius hoc à Mss. quibusdam suis abesse scribit: nec requiram. Vide Notam ad 12, 9, 14.

10 (c) *Reuerentibus*] Scil. in patriam.

11 (d) *Ephasian d'cedit*] Ecbatani. Præter sæpe citatos auctores, vide Ælian. var. 7, 8. Eum vt Heroem à morte coluit Alexander. Arrianus lib. 7. B. & Curtius 10, 4, 24. & Plutarchus Alex. c. 123.

Ibid. (e) *Obsequia &c.*] Si Viennensem Cameræ. editionem secuti, distinguamus ita, *dotibus primo formæ, pueritiæque mox obsequia*, ad obsequia impudica pertinuerit oratio. Sed hæc potius de obsequiis aulæ ministris accipienda videntur. Vide Curtium 3, 12, 23. *Essius Silvanum specie obsequii regebat* apud Tacit. hist. 3, 50.

12 (f) *XII. millium*] Sic & Curtius 10, 4, 25. sed Plutarchus Alex. c. 124. *decem milia* habet, vsus scilicet rotunditate numeri *myriadu*, parum excedentia reiciens.

## CAP. XIII.

Ab ultimis littoribus Oceani Babyloniam reuertenti, nuntiatur legationes Carthaginensium, ceterarumque Africæ ciuitatum, sed & (a) Hispaniarum, Siciliae, Galliae, Sardiniae, nonnullas quoque (b) ex Italia, eius aduentum Babyloniae opperiri. ¶ Aded vniuersum terrarum orbem nominis eius terror inuaserat, vt cunctæ gentes, veluti destinato sibi regi adularentur. ¶ Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti, veluti conuentum terrarum orbis acturo, (c) quidam ex magis prædixit, *ne urbem introiret*, testatus *hunc locum ei fatalem fore*. ¶ Ob hoc omissa Babyloniam, in (d) Bursiam urbem trans Eufratem, desertam olium, concessit. ¶ Ibi ab Anaxarcho philo-

philosopho compulsus est rursus M A G O R V M prædicta contemnere, vt falsa & incerta; & si factis consent, ignota mortalibus: at si naturæ debeat, (e) immutabilia. ¶ Reuersus igitur Babyloniam, multis diebus otio datis, intermissum olim conuiuium solemniter instituit: ¶ totusque in lætitiæ effusus, cum die noctem peruigilem iunxisset, recedentem iam de conuiuium (f) medicus Thesalus, instaurata comessatione, & 8 ipsum & sodales eius (g) inuitat. ¶ Accepto poculo, media portione repente (h) veluti telo confixus, ingemuit: ¶ elatusque de conuiuium semianimis, tanto dolore cruciatus est, vt ferrum in remedia posceret, tactumque hominum velut vulnera indolesceret. ¶ Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminauerunt: re autem vera insidia fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit.

Num. 1. (a) *Hispaniarum*] Notat in variantibus Bongarsius, esse in vno Ms. *Spaniarum*, atque in optimis exemplaribus Curtii (forte 10, 122.) scriptum se reperisse. Certe D. Hieronymus ad Estiæ caput 64. *Spaniam* vocat: & vetus in Iuvenalem Glossographus Tagum *Spania* facit flumem: & Galenus 6. simplic. c. 4. *Spannum* vocat oleum ex Iberia (sic Hispaniam nuncupat) aduectum. Consonat denique hodierna appellatio nostratum Italarumque: nec abeunt Hispani Gallique. Nam *España* & *Spania* scriptioe tantum differunt: cum illi vocibus Latinis, quibus ab S littera initium, E præponere, suasque facere consueverint.

Ibid. (b) *Ex Italia*] Erant in his Brutii, Lucani, Tuscii. Num & Romani: Afferunt hoc aliqui: discrete negat Arrianus lib. 7. Imo dicit Lilius 9, 18, 5. *Alexandrum Magnum hæc fama quidem populo Rom. cognitum fuisse*, quod vix credi queat.

3 (c) *Quidam ex magis*] Vide Seneca Suasorium 4. in ea censeo legendum, *Babylone excluditur, cuius primum Oceanus*. Vulgo *Babylone clauditur*, nihil maius, *Babylon* clauditur. B.

4 (d) *Bursiam*] Huius loci nemo præter hunc meminit. B.



5 (e) *Immutabilis* Tacit. hist. 1, 18, 2. *Qua fatum dicitur, quamvis significata, non variantur.* Val. Max. 1, 6, 10. *Diram omni quem admodum timentis: fra vitare non possimus.*

7. 8. 9. ] In his & seqq. dissentit aliquantum à nostro Plutarchus Alex. c. 127. & deinceps.

7 (f) *Medicus Thessalus* ] In omnibus libris etiam scriptis mendum est. legendum enim *Medius*. *Μέδικος ὁ Θεσσαλός*. Arrianus lib. 7. Diodorus 17, 117. Plutarchus Alex. c. 127. Hæc Böng. & pridem Paulus Leopardus emendation. 17. 10. m.

Ibid. (g) *Inlicitat* ] Firmat hoc notam nostram ad 1, 6, 5.

8 (h) *Velati vela* *ἄνεμος λήγῃ πτερύγῳ*. Plutarchus Alex. cap. 127. qui hæc conficit i verbis, neque Alexandrum veneno intercessisse, quod & Arrianus lib. 7. B.

## CAP. XIV.

Auctor insidiarum Antipater fuit, qui cum carissimos amicos eius interfectos videret: Alexandrum Lyncistarum generum suum occisum: || SE MAGNIS rebus in Græcia gestis, (a) non tam gratum apud regem, quam inuidiosum esse: || à matre quoque eius Olympide variis se criminatibus vexatum: || Huc accedebant ante paucos dies, (b) supplicia in prefectos deuictarum nationum crudeliter habita. || Ex quibus rebus se quoque à Macedonia non ad societatem militiæ, sed (c) ad pœnam euocatum arbitrabatur. || Igitur ad occupandum regem, 6 Castandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: || cuius veneni tanta vis fuit, vt non 7 ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in (d) vngula equi potuerit: præmonito filio, ne alii quam Thessalo, & fratribus crederet. || Hæc igitur ex causa, apud Thessalum, paratum,

9 ratum, repetitumque conuiuium est. || Philippus & Iollas (e) prægustare ac temperare potum regis soliti; (f) in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatæ iam potioni supermiserunt.

Num. 2. (A) *Non tam gratum, quam inuid.* ] Ita supra 5, 2. 4. Eodem animo fuisse patrem Alexandri, pater ex hisce Demosthen. in orat. contra epist. Phil. *Eum ita gloria cupiditate inflammatum dicunt, ut omnia præclara facinora, sua esse videri vellet: & magis indignetur ducibus atque prefectis, qui aliquid laude dignum gesserunt, quam illis, qui profusum insulcator rem administrant.* Et in vniuersum Sallust. Catil. 7. *Regibus boni quam mali suspectiores sunt: seu Perque his aliena viri formidolosâ est.* Quod dictum pluribus explicatur à Grutero dissertatione 34. ad Tacitum.

4 (b) *Supplicia* ] De quibus 12, 10, 8.

5 (c) *Ad pœnam euocatum* ] Vide supra 21, 5, 8. & ibi Notam e.

7 (d) *Vngula equi* ] Sic & Pausanias in Arcadicis. Plutarchus autem Alex. c. 129. & Plinianus hist. an. 10, 40. *vngulam asinum*, Arrianus lib. 7. Plinius sine libri 30. & Vitruuius 8, 3. *mulinam* habent. Curtius 10, 10, 26. *iuuenci vngulam* dicens, rem in medio reliquit. De veneno illo (*Styges hydar* appellans) indicatis modo locis adde Herodotum 6, 74. Senecam lib. 8. nat. quæst. cap. 25. Plutarchum de prim. frig. c. 25. & Strabonem sub finem libri 8.

9 (e) *Prægustare* ] Plutarchus Alex. c. 125. vocat *ἀρχιγευστικός* Hieronymo *ἀνιχέει* dicitur *minister vinctus*. B. De prægustatoribus veterum, Liptius ad Tacit. annal. 12. not. 162. & plura Meursius exercit. critic. part. 2. cap. 3.

Ibid. (f) *In aqua frigida* ] Ita factum & Britannico, ab eadem causa & cautione. Tacit. annal. 13, 10.

## CAP. XV.

1 Quarto (a) die Alexander indubitatum mortem sentiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait: nam plerosque (b) Æccidarum intra trigessimum annum defunctos. || Tumultuantes deinde milites, insidiis (c) perisse regem suspicantes,

tes, ipse sedauit; eosque omnes cum prolatus in editissimum vrbs locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus porrexit. ¶ Cum lacrymans omnes, ipse non sine lacrymantantum, verum etiam sine vilo tristioris mentis argumento fuit, vt quosdam impatientius dolentes consolatus sit: (a) quibusdam mandata ad parentes eorum dederit: ¶ ad eos, sicuti in hostem, ita & in mortem (e) inuictus animus fuit. ¶ Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur, (f) videantur ne similem sibi reperiri regem? ¶ Tacentibus cunctis, tum ipse, vt hoc nesciat, ita illud scire, vaticinarique se, ac pene oculis videre dixit, quantum sit in hoc certamine sanguinis futura Macedonia; quantis cadibus, quo cruore, mortuo (g) sibi parentatura. ¶ Ad portum, corpus suum in Hammonis templo condi iubet. ¶ Cum deficere cum amici viderent, quaerunt, quem imperii faciat heredem: Respondit, (h) Dignissimum. ¶ Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cum Herculem filium, cum fratrem Aridaem, cum (i) Roxanem vxorem praegnantem relinqueret; oblitus necessitudinum, dignissimum nuncuparet heredem. ¶ Prorsus 10 quasi NEFA sset, viro forti alium quam virum fortem succedere; aut tanti regni opes aliis, quam probatis relinqui. ¶ Hac voce veluti bellum inter amicos cecinitset, aut (k) malum discordiae misisset, ita omnes in amulationem confurgunt, & ambitione vulgi tacitum fauorem militum quaerunt. ¶ Sexta die praclusa voce, exemplum digito (m) anulum Perdiccae tradidit: quarens guescentem amicorum disensionem sedauit.

Nam

13 ¶ Nam etsi non (n) voce nuncupatus heres, (o) iudicio tamen electus esse videbatur.

Num. 1. (a) *Quarto die] Quia implet a cibus vinog, vena, minus efficacem in matuanda morte vim venens fecerant, vt Lilius 26. 14. 5. de Campanis loquitur. Exemplo est & Claudius apud Tacitum annal. 12. 67. At vitalia citius perit, quicquid vacuis venis immittitur.*

Ibid. (b) *Facidarum] Fuit Alexandri mater Olympias, filia Neoptolemi regis Molossorum: qui genus à Pyrrho Neoptolemo. Achilles filio, duxit. Achilles, & Aex ex Pelco nepos.*

2 (c) *Perisse] Sit in vno Ms. haberi, scribit in variantibus Bong. rectius, opinor, quam quod item edidit perire. Facit Curtius lib. 10. fine capit. 4.*

3 (d) *Quibusdam. & mox, dederit] ita Cameris editio: rectius quam alii, quibus, & dedit.*

4 (e) *Inuictus animus] Vix dubito scribendum, inuictus animi. Tacitus ita seipule: vt annal. 1. 32. 6. ferax animi: & 1. 69. 3. ingens animi, &c. Virgil. Aen. 4. 529. infelix animi. Statius, extimuit animi.*

5 (f) *Videanturne &c.] Curtius to. 5. 3. Hæc interrogatio non extat in Græcis scriptoribus: ex his desumptam apparet, quorum scripta cum tempore interierunt.*

6 (g) *Sibi parentatura] Diodorus 17. 117. & 18. 1. ἀργύρα ἐπιτάφιος, Sepulchrale certamen vocat. B. Sicut & Arrianus lib. 7. Allusio metaphorica. Defunctis enim gladiatorum sanguine parentare mos erat, ludosque funebres ex antiquissimo ritu fieri sicut ex Virgilio de Anchise parentibus, & ex Statio de Achemori exlequijs, tum etiam ex Homero, Trocloi inferias prosequente &c. notum est. Observat Iac. Nicol. Loensis miscellan. epiphill. lib. 5. cap. 13. Eunapium in lib. de vitis Sophistarum, dictum hoc ridicule satis ad Iulianum Sophistam transulisse, de cuius exitu sic scribit: *Vitam finit Athenis magnam certamen funebre (τοῦτον ἐπιτάφιον ἀργύρα) sodalibus suis relinquent. præcæta re hercule imitatione maximi regis, & loquacis rhetoruli cum paribus vocatoribus. Intelligit autem per ἀργύρα, commissiones, quas ita vocat Plinius Panegy. c. 54. & Sueton. Aug. 89. ἀργύρα τῶν πῦλῶν Thucydides 3. 6. 55.**

8 (h) *Dignissimum] Diodorus 17. 117. Τὸν κενόν 509 B. & 18. 1. 439 ἀγίσου. Iacobus Nicolaus eo quem modo dixi loco non perfunctorie Trogum, vel nostrum potius epimodotorem, perstrinxit, quod non bene sententiam Alexandri hic expresserit. Non enim*

enim illud volebat dicere, se heredem constituere, qui maxime dignus imperio foret: sed regnum suum fore in potestate occupantis, fortioris scilicet, quod & euentus docuit. Neutra enim vox, seu *μαρτίου*, seu *ἀγίου*, dignissimo conuenit. Nam *μαρτίου*, potentiam significat, seu violentiam, vt ex Æschyli vincto Prometheo liquet: *ἀγίου* autem, vt nominis erymon offendit, proprie Marte praestantissimus est. Vnde *ἀγίστου*, omnium fortissime se gerere: *ἀγίστου* omnium fortissimus: *ἀγίστου*, forte facinus: *ἀγίστου*, quod Pyrethos, alioqui etiam Alexandro comparatus à Plutarcho, vitæ capite 14. Is à filiis interrogatus, cuienam relicurus esset regnum, sic respondit, *Ei qui vestrum acutissimum habuerit gladium*, lbid. cap. 17. Eo pertinet, quod prauidere se dixit Alexander, graue de regno certamen inter illos oriturum; vt proinde sit necesse, rem ad eum inclinari, qui plus possit. Aliquanto melius hoc expressit Curtius 10, 5, 7. *Ei relinquere se regnum, qui esse optimus*, quam vocem ad fortitudinem quoque refert Sallustius Iug. 92. 10. *Optimus quoque caetero, aut sauciari*. Iunge huic Notam ad 9, 2, 4.

9 (i) *Roxanem*] Filiam Cohortani Satrapæ. Curt. 8. 4. 31. Sed Arriano lib. 7. Oxyartis Bactrii, quem Diodorus 18, 3. regem appellat. Quin ipse Curtius alibi, Feil. 10, 3, 1. *Oxatru Persæ* filiam eam appellat.

11 (k) *Malum discordiæ*] Pomum Eridis. Ibid. (l) *Est ambitio* &c.] Sebif. ita: & *ambitione caeca*, vulgi militum fauorem querunt.

12 (m) *Anulum*] Quem vnâ traditi Imperii vel heredis instituti tesseram esse, non tamen nimis certam, hoc ipso & aliis exemplis confirmat eruditiss. Kirchmannus in de annulis, cap. 22.

13 (n) *Vocem nuncupatus hæres*] Nuncupatiuum testamentum quid sit, explicat IC. Eo vtebantur, cum vigente vi valetudinis non sufficerent ad obsignandas testamenti tabulas. Suetonius in vita Horatii: in qua nomen consulis emendandum est, vt pro C. Mario *Censorino*, legamus C. Marcio *Censorino*, ex Cassiodoro & Dion. B.

Ibid. (o) *Iudicio*] Vid. supra Not. ad 5, 11, 3. Sebif. *iudicio* mallet, quod id tunc opponatur.

## CAP. XVI.

Decessit Alexander, mensem vnum, (x) annos 1  
tres & triginta natus; vir supra humanam  
poten-

2 potentiam magnitudine animi præditus. ¶ Quæ nocte eum mater Olympias concepit, vîsa per quietem est (b) cum ingenti serpente (c) volutari: nec decepta somnio est. nam profecto maius humana mortalitate opus vtero tulit: ¶ quam cum Æacidarum gens ab vltima sæcularum memoria, & (d) regna patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrauerint: nullius tamen nomine, quam filii, clarior fuit. ¶ Prodigia (e) magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt. ¶ nam ea die qua natus est, duæ aquilæ tota die (f) præpetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperii, Europæ & Asiaque præferentes. ¶ Eadem quoque die nuntium pater eius duarum victoriarum accepit; alterius, belli Illyrici; alterius, certaminis Olympici, in quod quadrigarum currus miserat: quod omen vniuersarum terrarum victoriam infanti portendebat. ¶ Puer acerrimis litterarum studiis eruditus fuit. ¶ Exacta pueritia, per quinquennium (g) sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophorum, erevit. ¶ Accepto deinde imperio, regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit: ¶ tantamque fiduciam sui militibus fecit, vt illo præsentente nullius hostis arma, nec inermes, timuerint. ¶ Itaque cum nullo hostium vnquam congressus esset, quem non vicerit: nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit: ¶ nullam gentem adiit, quam non calcauerit. ¶ Victus denique ad postremum est, non virtute hostili, sed infidiis suorum, & fraude civili.

Num. 1. (a) *Annos tres & trig.*] M. Cicero Philipp. 5. c. 17. Ceteri, annos 32. mensis 8. B.

2 (b) *Cum ing. serpente*] Quia causa Sidon. Apollinar. Carmi  
2, 30. Alexandrum *draconigenam* appellat. Adde supra 11, 13.

Ibid. (c) *Voluptari*] *Mss. voluptari* vide Freinsih. *voluptuari*.

3 (d) *Regna patrū &c.*] Talis Archedice regina, cuius monu-  
mentum Thucydes 6, 9, 16. tale refert:

*Extulit hac animum nunquam, patremque virumque  
Fratresque & genitos imperitare videns.*

Minus ergo caute Tacitus annal. 12, 42. Agrippinam Imperatore  
genitam, & sororem eius qui verum potius sit, & conjugem, & ma-  
trem fuisse, vnicuique ad hunc diem exemplum esse scribit. Nec vere Pli-  
nius 7, 47. Vna feminarum in omni aeo Lampitio Lacedaemonia re-  
peritur, quae regis filia, regis uxorisque mater fuit.

4 (e) *Prodigia*] De quibus Plutarchus in eius vita c. 4. B.

5 (f) *Præpetes*] Scio tradere Hyginum, *præpetes* eas aves dici  
ab auguribus, quæ oportune prævolant, aut idoneas sedes capi-  
unt: non possum tamen, maxime cum Bongarsium in vno suo Ms.  
repperit, *perpetes* pro *præpetes*, contemere plane, & extra nume-  
rum habere scripturam Fuldensium membranarum, in quibus di-  
sertim est *perpetes*, vt dictum est à Plauto Amphit. 1, 1, 124. *Quis  
in nauis noctem perpetem*. Hæc Modius.

6 (g) *Sub Aristotele*] Plutarchus Alex. cap. 11, qui & c. 3. Præ-  
ceptores Alexandro tribuit Leonidam & Lyfimachum Acarnana.  
De doctrina & studiis Alexandri locus insignis est Orat. 1. de fort.  
Alex. c. 4. & 5. eiusdem Plutarchi.

## POMPEII TROGI

### EPITOMA HISTO-

R I A R V M.

### LIBER XIII.

#### C A P. I.

EXTINCTO in ipso ætatis ac victoriarum flore  
1 Alexandro Magno, triste apud omnes, tota  
Babyone silentium fuit. || Sed nec deuictæ gen-  
2 tes fidem nuntio habuerunt, quod vt inuictum  
regem, ita immortalem esse crediderant; || recor-  
3 dantes, quoties præsentem morte ereptus esset:  
quam

quam sæpe pro amisso, repente se non sospitem  
tantum suis, verum etiam victorem obtulisset.

4 || Vt vero mortis eius fides adfuit, omnes barbaræ  
gentes paulo ante ab eo deuictæ, non vt hostem,

5 sed vt parentem luxerunt. || Mater (a) quoque

Darii regis, quam amisso filio, à fastigio tanta ma-  
iestatis in captiuitatem redactam, indulgentia vi-

6 toris, in eam diem vitæ non pœnituerat, audita  
morte Alexandri, mortem sibi ipsa consciiuit;

7 || non quod hostem filio præferret: sed quod pietatem  
filii in eo, quem vt hostem timuerat, exper-

8 ta esset. || Contra Macedones versa vice, non vt  
ciuem, actantæ maiestatis regem, verum vt ho-

9 stem amissum, gaudebant: seueritatem nimiam,

10 & assidua belli pericula execrantes. || Huc acce-

11 debat, quod principes regnum & imperia, vulgus  
militum thesaurus & grande pondus auri, velut

12 inopinatam prædam, spectabant: illi successio-

13 nem regni, hi opum ac diuitiarum hereditatem

14 cogitantes. || Erant enim in thesauris (b) quin-

15 quaginta millia talentum, & in annuo vectigali

16 tributo, tricena millia. || Sed (c) nec amici Ale-

17 xandri frustra regnum (d) spectabant. nam eius

18 virtutis ac venerationis erant, vt singulos reges

19 putares. || Quippe ea forma pulchritudo, & pro-

20 cæritas corporis, & virium ac sapientiæ magnitu-

21 do in omnibus fuit, vt qui eos ignoraret, non ex

22 vna gente, sed ex toto terrarum orbe electos iu-

23 dicaret. || Neque enim vnquam ante Macedo-

24 nia, vel vlla gens alia, tam (e) clarorum virorum

25 prouentu floruit: || quos primo Philippus, mox

26 Alexander tanta cura legerat, vt non tam ad so-

27 cietatem belli, quam in successioem regni, ele-



Et viderentur. ¶ Quis igitur miretur, talibus ministris, orbem terrarum victum, cum exercitus Macedonum tot, non ducibus, sed regibus regeretur? ¶ qui nunquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent: multosque Macedonia pro vno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis in perniciem mutuum armasset.

### NOTÆ AD LIBRUM XIII.

Num. 5. (a) *Mater q. Darii* Syliam. Curtius 10. s. 39. inedia mortuum scribit.

9 (b) *Quinquaginta mill. talent.* Nostra voce & ratione numerandi fuerint milliones triginta. Illa vero *tricenæ*, seu vt Budæus lib. 4. de asse pag. 165. m. legit *triginta mill. vctigalis annui*, continent milliones octodecim.

10 (c) *Sed amicus* Vulgo legitur, sed nec amicus. Nec, quod in vno tantum Mss. reperit, inuocandum curauit. Frustra expectabant regnum, cum omnes pares essent, & æqualitas discordiam auerteret, vt paulo post 13. 2. & 15. 3. dicit. Æqualis enim æqualibus imperare, contra naturam est: & qui in alios regnum exercere vult, tanquam Deus inter homines esse debet, vt Aristoteles loquitur. Ista Bongarsius: à quo plane, sed vt par est modestè, dissentit Fr. Modius. Quid enim: (inquit)annon & lib. 1. 10. 2. de magorum interfectioibus legitur? Erant enim viritate & nobilitate ita pariter, & diffidit ex his populo electionem æqualitatis faceret. & tamen ex septem ita æqualibus vnus sublaris in regnum fuit: vnus ceteris rebus omnibus sibi paribus imperauit. Retineo ergo omnino rã nec, in quinque Mss. a me constantè inuentum, hac sententia: Non frustra aut improbe spectasse & sperasse illos regnum; in quibus artes regis, & omnia rege digna inessent: formæ pulchritudo, proceritas corporis, & virtum ac sapientia magnitudo, quæque alia Iustinus commemorat.

Ibid. (d) *Spectabant* Vulgo expectabant. Supra lib. 2. 12. 21. rex velut spectator pugna. Vtr. plerique expectata pugna. Cicero epist. ad Cassium ea, quæ est 16. lib. 15. Longiores enim expectabo, vel potius exigam. Nonius in exigere citat hoc modo: Longiores enim spectabo, vel potius exigam. quando hercle ego temere exigam. Locum ad descripsi, quia postrema verba in Ciceronis editionibus nulla sunt: quæ Nonius tamen, vt Ciceronis, adfert. B.

Ac-

Acidalius ad Velleium 2. 14. 5. spectabant hic legendum suspicatus: vt & supra 2. 12. 22. spectata pugna.

12 (e) *Clavorum virorum prouentu* Ita Seneca de tranquill. an. cap. 7. Sinter Platonat. & Xenophonat. & illam Socraticis causis prouentum bonos quæretes. Ἀδελφῶν στροφῶν Φορῶν vocat Herodianus lib. 1. sub initium.

### CAP. II.

- 1 Ceterum occiso Alexandro, non vt lati, ita & securi fuere, omnibus vnium locum competentibus: ¶ nec minus milites, quàm inuicem se timebant, quorum & libertas solutior, & fauor incertus erat. ¶ Inter ipsos vero (a) *ÆQYALITAS* discordiam augebat, nemine tantum ceteros excedente, (b) vt ei aliquis se summitteret.
- 4 ¶ Armati itaque in regiam coeunt, ad formandum rerum præsentium statum. ¶ Perdicca censet *Roxanis expectantium partum, quæ ex octo mense octauo, matura iam ex Alexandro erat; & si puerum peperisset, hunc dari successorem patri.* ¶ Meleager negat differenda in partus dubios consilia: nec expectandum dum reges nascerentur, cum iam genitus vti liceret:
- 7 ¶ seu puer illis placeat, esse Pergami filium Alexandri
- 8 natum ex Barsine, nomine Herculem: ¶ seu mallent iuuenem, esse in castris fratrem Alexandri Aridæum, comem, & cunctis non suo tantum, verum & patris Philippippi nomine acceptissimum. ¶ Ceterum Roxanen esse originis Persicæ: nec esse fas, vt Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituantur: ¶ quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit. Denique orientem nullam de eo mentionem habuisse,
- 11 ¶ Ptolemæus recusabat regem Aridæum, non propter (c) *maternas modo sordes*, quod ex La-

*Yissao scorto nasceretur: sed etiam propter (d) va-*  
*etudinem maiorem, quam patiebatur; ne ille nomen*  
*regis, alius imperium teneret: || melius esse ex his legi,* 1 2  
*qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias*  
*regant, quibus bella mandentur, quam sub persona regis*  
*indignorum subiciantur imperio. || Vicit Perdicca* 1 3  
*sententia, consensu vniuersorum. || Placuit ita-* 1 4  
*que Roxanis exspectari partum; & si puer natus*  
*fuisse, (e) tutores Leonatum, Perdiccam, Crate-*  
*ron, & Antipatrum constituunt, confestimque*  
*in tutorum obsequia iurant.*

Num. 3. (a) *Aequalitas discord. aug. ] Infra 16, 3, 1. Assiduum*  
*inter pares discordia malum. Contrariam vocem Soloni tribuit in*  
*eius vita Plutarchus cap. 18. τὰ ἴσα πάλαιος οὐ ποιεῖ, equalia non*  
*faciunt bella. Plin. panegy. c. 45. In alio sua quemque natura dele-*  
*ctat. Sed nimirum nisi sibi mutuo obstant. Nam cum idem com-*  
*petunt, illud Senecæ valet de ira 3, 34. Quod vinculum amoris esse*  
*debebat, seditionis atque odii causa est, IDEM VELLE.*

Ibid. (b) *Ve ei aliqua se summus. ] Mss. Modiani, vt ei se a-*  
*lius summit. quod nescio quomodo concinnius videtur.*

11 (c) *Maternas sordet ] hoc est. generis humilitatem. Vide*  
*Plutarchum extremo vitæ Alexandri. B.*

Ibid. (d) *Valentidinem maiorem ] hoc est. morbum comitia-*  
*lem. quem & Herculeum, & sacrum appellant. Fello est morbus*  
*maior, in voce Prohæte, quem locum indicio Freinshemii nostri*  
*debeo. Plutarchus Alex. c. 16. & 130. mentis impotem Aridæum fuisse*  
*tradit, non natura, sed pharmaco ab Olympiade propinato. Porro*  
*valentidinem pro morbo dixit autor etiam 14. 5. 2. & 21. 2. 1.*  
*Ita Cicero de Djuin. 2. 12. curatio valetudinij. Quintilian. 2. 16.*  
*Cibi attrulerunt sepe valetudinis causas. Sueton. Cæf. c. 49. valeru-*  
*dine mentis liberius dicax. Et c. 72. subita valetudine correptus.*

14 (e) *Tutores ] Idem factum infra 17, 3, 10. & 21. item 34, 3, 6.*

## CAP. III

Cum equites quoque idem fecissent, (a) pedi-  
 ces indignati, nullas sibi concesserunt partes  
 reli-

relictas, (b) Aridæum Alexandri fratrem regem  
 appellat, satellitesque illi (c) exturba sua le-  
 gunt, & nomine Philippi patris vocari iubent.  
 2 || Quæ cum nunciata equitibus essent, legatos ad  
 mitigandos eorum animos, duos ex proceribus,  
 Attalum & Meleagrum mittunt, qui potentiam  
 esse vulgi adulatione querentes, omissa legatione,  
 3 militibus consentiunt. || Statim & SEDITIO  
 creuit, vbi caput & consilium habere cepit.  
 4 || Tunc ad delendum equitatum cuncti armati  
 5 in regiam irrumpunt: || quo cognito, equites  
 trepidi ab vrbe discedunt, castrisque positos, &  
 6 ipsi pedites (d) terrere cœperunt. || Sed nec pro-  
 7 cerum inter se odia cessabant. || Attalus (e) ad  
 interficiendum Perdiccam duce[m] partis alterius,  
 8 mittit: || ad quem armatum, & vltro vocan-  
 tem, cum accedere percussores ausi non fuissent;  
 tanta constantia Perdiccæ fuit, vt vltro ad pedites  
 veniret, & in concionem vocatos edoceret, quod  
 9 facinus molirentur: || respicerent contra quos ar-  
 ma sumpssissent: non illos Persas, sed Macedonas; non ho-  
 stes, sed cives esse; plerosque etiam cognatos eorum, cer-  
 te commilitones, eorundem castrorum ac periculorum  
 10 socios: || edituros deinde (f) egregium hostibus suis  
 spectaculum, vt quorum armis victos se doleant; eorum  
 mutuis cadibus gaudeant, parentaturosque sanguine  
 sua manibus hostium a se interfecturum.

Num. 1. (a) *Pedites indignati &c.] Tacit. annal. 1, 47. Postpa-*  
*stri, contumelia accenduntur. Plutarchus in Nicia cap. 5. Hic habe-*  
*tur a maioribus bonas plebi maximus quum non contentitur.*

Ibid. (b) *Aridæum Alex. regem ] Legendus Diodorus initio*  
*libri 18. & Curtius 10, 7. Seneca de Benef. 4, 31. Quid sibi voluit pro-*  
*uidentia, quæ Archidæum regno imposuit? Illi putat hoc datum? Pa-*  
*triciu[m] datum est, & fratri E.*

Ibid. (e) *Ex turba sua* ] Hoc inuentum in vno Ms. iure Bon-  
 garfius in variantibus probat: atque ita etiam esse in tribus suis  
 Mss. melioribus, affirmat Modius, quo magis religio fuit, auctori  
 suum non restituerit. Hactenus edebatur, *ex tribu sua*.

5 (d) *Terrere* ] Ita Mss. hoc est, mutuum metum incutere,  
 Mong. *terreri*, sed illud haud dubie rectius est.

7 (e) *Attalus ad interf.* ] Meleagro id tribuit Curtius to,  
 8, 1. B.

10 (f) *Egredium hostib. speciae.* ] Eandem hanc mouendi rati-  
 onem ab hostium affectu & voto, decenter usurpat Homerus  
 Iliad. 1, 255. & ex eo Virgilius Aen. 2, 104.

*Hoc Ithacum velit, & magno marcetur Atrida.*  
 Videtis Ovid. epist. 9. distich. 4. & Taciti Germaniam cap. 33.

## CAP. IV.

Hæc cum pro singulari facundia sua Perdicca  
 1 perorasset, adeo mouit pedites, vt probato  
 consilio eius, dux ab omnibus legeretur. || Tum  
 2 equites in concordiam reuocati, in Aridæum re-  
 gem consentiunt. || Seruata est portio regni Ale-  
 3 xandri filio, si natus esset. || Hæc agebant, posito  
 4 in medio corpore Alexandri, vt maiestas eius tes-  
 tis decretorum esset. || His ita compositis, Mace-  
 5 doniæ & Græciæ Antipater præponitur; Regiæ  
 pecuniæ custodia Cratero traditur; castrorum,  
 exercitus, & rerum cura Meleagro, & Perdiccæ  
 assignatur: || iubeturque Aridæus rex, (a) cor-  
 6 pus Alexandri in Hammonis templum deduce-  
 re. || Tunc Perdicca in sensu seditionis auctori-  
 7 bus, repente ignaro collega, (b) lustrationem ca-  
 strorum propter mortem regis, in posterum edi-  
 cit. || Postquam armatum exercitum in campo  
 8 constituit, (c) consentientibus vniuersis, euoca-  
 tos dum (d) transit, de singulis manipulis seditio-  
 9 sos,

9 sos, (e) supplicio tradidit occulæ iubet. || Reuerfus  
 inde, (f) inter principes prouincias diuidit, simul  
 (g) vt & remoueret amulos, & (h) munus impe-  
 10 ris, beneficii sui faceret. || Primo, Ptolemæo Æ-  
 gyptus, & Africa (i) Arabiaque pars sorte ve-  
 11 nit, || quem ex gregario milite Alexander vir-  
 tutis causa prouenerat: cui ad tradendam prouin-  
 12 ciam (k) Cleomenes, qui Alexandriam ædifica-  
 (l) Laumedon Mitylenæus, Ciliciam Philotas,  
 13 Philo Illyrios accipiunt. || Mediæ maiori (m) A-  
 cropatis, minori socer Perdiccæ præponitur.  
 14 || Sufiana gens (n) Scyno, (o) Phrygia maior  
 15 Antigono Philippi filio assignatur. || Lyciam &  
 Pamphiliam Nearchus, Cariam Cassander, Ly-  
 16 diam Menander fortiuntur. || Leonato minor  
 Phrygia euenit: Thracia & regionis Pontici mar-  
 ris Lysimacho; Chappadocia cum Paphlagonia  
 17 (p) Eumeni data. || Summus castrorum tribu-  
 18 natus Seleuco Antiochi filio cessit. || Stipatori-  
 bus regis satellitibusque Cassander filius Antipa-  
 19 tri præficitur. || In Bactriana vltiore, & Indiæ  
 20 regionibus, priores præfecti retenti. || Terras  
 (q) inter amnes Hydaspem & Indum, Taxiles  
 21 habebat. || In colonias in Indis conditas, (r) Pi-  
 thon Agenoris filius mittitur. Parapammenos,  
 fines Caucafi montis, (s) Extarches accepit.  
 22 || Aracossi (t) Gedrosique Sibrtycho traduntur:  
 23 Drancæ & Arei Statanori. || Bactrianos Amyntas  
 sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos,  
 Philippus Hyrcanos, Phratafernes Armenios,  
 Tleptolemus Persas, Peucestes Babylonios, (u) Ar-  
 24 chos Pelagos, Arcefilaus Mesopotamiam. || Cum  
 hæc

hæc diuisio, veluti fatale munus singulis contigisset, ita magna (x) incrementorum materia plurimis fuit. ¶ Siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas diuisissent; sic reges ex præfectis facti, magnas opes non sibi tantum parauerunt, verum etiam posteris reliquerunt.

Num. 6. (a) *Corpus Alex.*] Quod ad id tempus in sepulchrum fuerat. Helianus extremo libro 12. Alexandriam autem deportatam à Ptolemæo, idem auctor est, & Strabo 17. & Diodorus 28, 28. B.

7 (b) *Lustrationem castr.*] Lustrabantur milites cane discissa, & ab utraque parte proiecta. Curtius 10, 9, 18.

8 (c) *Consentientibus vniuersis*] Feenishem, non consentit, maualtque non sentientibus vni. quod euincit etiam subiunctum occulte. Vide tamen Curtium 10, 9.

Ibid. (d) *Transit*] Vt in lustratione fieri solite. Nam ad exercitum hoc referendum, non ducem.

Ibid. (e) *Supplicio tradit*] Elephantibus obici. Trecenti fere sic obruti. Curtius 10, 9, 28.

9 (f) *Inter prænc. præuincit diu.*] Dissident lib. 1. Machabæor. c. 1. 6. &c. vbi refertur, Alexandrum ante mortem regna distribuisse inter suos nobiles, omnesque sibi diademata post mortem illius imposuisse. Quem locum historica veritati conciliatur Rabanus commentator, distribuisse interpretatur *desuperandis reliquisse*. Acumen hominis mihi vide.

Ibid. (g) *Vt, & remoueret amulor*] Seu verbis Liuii 35, 15, 5. *Procul ab se per honorem est ablegaret.*

Ibid. (h) *Munus imperii, beneficij sui fac.*] Ita 24, 2, 4. *Beneuolentiam proprie est ad altiora promotio.* Tacit. annal. 15, 52, 5. *dissecto imperatore, summuneris tempus sacre.* Sueton. Tib. 12, 4. *per quosdam beneficij sui centuriones.* Adde eundem in *Cæs.* 23, 3. *Litium* 1, 35, 10. *Amman.* 21, 27. *fin.* Item Lipsii *Notam* 78. ad Tacit. *histor.* 4. *Gruteri suspition.* 1, 13.

10 (i) *Arabiaque pars*] Ms. vnus & Orosium 3, 23. expressi. Mss. enim ceteri *Afæ Libyaque pars.* B.

11 (k) *Cleomenes*] *Dinocrates* dicitur Valerio Maximo 1, 5. & Solino c. 40. *Cleomenes* autem *Africa* & *Ægypti* veda galibus fuerat præpositus. Curtius 4, 8, 9. B.

12 (l) *Laumedon*] *Infra* 15, 4, 3. *Laudice* pro *Laodice*. Veteres Latinos *Laumento* pro *Laomedonte* dixisse, docuit nos Iosephus Scal-

Scaliger in *Festum*, quem vide. In *annalibus Taciti* 14, 31. quæ *Eoudicea*; eadem itatim *Euidice* dicitur: in *vita Agricola* *Vendicæ*. *visitote fortassis* & apud *Petronium* *Laucæon* pro *Laucæon*. B.

13 (m) *Acropator*] Legendum ex *Arriani* 7. *Acropates* lib. 6. *Ατροπατρης*, is *Diodoro* *Ατροπατρης* mendose, pro *Ατροπατρης*. Diligenter comparandus est hic locus cum principio libri 18. *Diodori Siculi*. *Visidicus* & *Curtius* 10, 10. & *Appianus* de bello *Syriaco*. B.

14 (n) *Scyus*] Autore magno *Scaligero* animaduers. *Euseb.* ad annum M. DC. XCIII. scribendum *Cæno*. Fuit autem iste *Cænus* *Polemocrates* filius, vnus ex ducibus *Alexandri*, *Diodoro* 17, 57. *Arriano* 5. *Curtio* 9, 3. *Æt* purum nomen *Macedonicum*. Ita enim vocabatur & secundus à *Carano* auctore stirpis regis *Macedonum*. Apparet veruissimum mendum fuisse in *Iustino*, quum in eius descriptore *Orosio* 3, 23. idem extet. Hæc ille. *Videtur* tamen aliud prius nomen reponendum, cum *Cænus* ille prior *Alexandro* diem obierit. *Curtius* 9, 3, 32.

Ibid. (o) *Phyrgia maior*] Omnino emendandum *Phyrgia maior*. *Ant. Philistia assignatur*, cum *Lycia* & *Pampholis*: *Carsiam*, &c. ex *Diodoro*, *Appiano*, *Curtio*. *Tunc* mutatur in *Nearco*, cum vni tot regiones assignari æge ferrent: *Inuenit* inde ordine *legerunt Lyciam & Pamphiliam Nearco*. Et mihi quidem ita videtur. B.

16 (p) *Emeni*] Vide mox infra 13, 6, 14.

20 (q) *Terra inter*] *Serap* edidit in *Orosio* *Fabricius*, quem modo habet q. *Mss.* nostris vnus: ceteri *Terras*, quod malo. Nam & *vrbis* *Taxila*, cui imperabat *Taxiles*, siue *Taxilus*, ut eum *Strabo* vocat, inter *Hydaspem* & *Indum* sita est. *Arrian.* 5. *Strab.* 15. & *Taxili* regnum iuum relictum *Diodorus* 17, 86. refert. B.

21 (r) *Pithoni*] *Mediam* ei datam, *Diodorus* 18, 39. & *Curtius* 10, 10. 7. auctores sunt. B.

Ibid. (s) *Extarches*] *Oxyartes* *Roxanis* pater, habet *Diodorus* 18, 3. B.

22 (t) *Aracosis*] *Deerant* hæc in impressis, quæ *Mss.* agnoscunt, & *Diodorus*. *Plutarchus* in *Emene* extremo habet *Ibugria* mendose, pro *Σιβυρία*. Sed qui hic *Statorum*, *Diodoro* 18, 3. & *Arriano* 6. est *Traxarans*, quæ sequuntur, variant ab his quæ *Diodorus* scribit. Sed de istis plura ad *Curtium*. B. *Abr. Ortelius* in thes. *Geograph.* pro *Aracosis* hic legendum censet *Aracosis*, suffragante *Diodoro* 18, 3. *Polyzenus* fratrem. lib. 4. in *Antigono* n. 15. *Sigrynium* habet pro *Silyrio*.

23 (u) *Archos*] *Diodorus* 18, 3. *Αρχων*. Et pro *Aracislaus*, quod & *Diodorus*, & veteres vno excepto omnes agnoscunt, *Fabricius* in *Orosio* legit, *Aracislaus*. B.



24 (x) Incrementorum materia ] Miror vet. omnes pro memoria habere memoria. Prasertim vocat Saccapias. Σακκαπίας Perſus. Latinis præſidium dicitur. B.

## C A P. V.

**D**um hæc in Oriente aguntur, in Græcia (a) 1  
Athenienſes, & Ætoli bellum, quod iam vi-  
uo Alexandro mouerant, ſummis viribus in-  
ſtruebant. || Cauſæ belli erant, quod reuerſus ab 2  
India Alexander, (b) epiftolas in Græciam ſcrip-  
ſerat, quibus omnium ciuitatum exules, præter  
(c) cædis damnati, reſtituebantur. || Quæ recita- 3  
tæ præſente vniuerſa Græcia, in mercatu O-  
lympiaco, magnos motus fecerunt; || quod pluri- 4  
mi non legibus pulſi patria, ſed per factionem  
principum fuerant, verentibus iisdem principi-  
bus, ne renocati potentiores in republica fierent.  
|| Palam igitur iam tunc multa ciuitates, liberta- 5  
tem bello vindicandam fremebant. || Principes 6  
tamen omnium Athenienſes & Ætoli fuere.  
|| Quod cum nuntiatum Alexandro eſſet, mille 7  
naues longas focis imperari præceperat, quibus  
in Occidente bellum gereret; excuſurusque  
cum valida manu fuerat ad Athenas delendas.  
|| Igitur Athenienſes, contracto xxx. millium ex- 8  
ercitu, & cc. nauibus, bellum cum Antipatro,  
cui Græcia forte euenerat, gerunt; eumque detre-  
ſtantem prælium, & (d) Heracleæ vrbis mœni-  
bus tuentem ſe, obſidione cingunt. || Eodem tem- 9  
pore, Demotheſtes Athenienſis orator, pulſus  
patria, ob crimen accepti ab (e) Harpalo auri, qui  
crudelitatem Alexandri fugerat, (f) quod ciuita-  
tem in eiusdem Alexandri bellum impelleret,  
forte

10 forte Megaris exulabat: || qui vt miſſum ab  
Athenienſibus Hyperidem legatum cognouit,  
qui Peloponnenſes in ſocietatem armorum ſoli-  
cicaret, lequutus eum, Sicyona, Argos & Corin-  
thum, ceterasque ciuitates, eloquentia ſua Athe-  
11 nienſibus iunxit. || Ob quod factum, miſſa ab  
Athenienſibus obuiam nauæ, ab exilio reuoca-  
12 tur. || Interim in obſidione Antipatri, Leothe-  
nes dux Athenienſium, telo è muris in tranſun-  
13 tem iacto, occiditur. || Quæ res tantum animo-  
rum Antipatro dedit, vt etiam vallum reſcindere  
14 auderet. || Auxilium deinde à Leonato per lega-  
tos petit: qui cum veniſſe cum exercitu nuntia-  
tus eſſet, obuui ei Athenienſes cum inſtructis co-  
piis fuere, ibique (g) equeſtri prælio, graui vul-  
15 nere iectus extinguitur. || Antipater, tamenſi au-  
xilia ſua videret victa, mortetamen Leonati læta-  
tus eſt: quippe & æmulum ſublatum, & vires  
16 eius acceſſiſſe ſibi gratulabatur. || Statim igitur  
exercitu eius recepto, cum par hoſtibus etiam  
prælio videretur, ſolus obſidione, in Macedo-  
17 niam conſeſſit. || Græcorum quoque copias, ſi-  
nibus Græciæ hoſte pulſo, in vrbes dilapſæ.

Nam. 1. (a) Athenienſes & Ætoli ] Lamiacum bellum, de quo Diodorus 17. 111. & 18. 8. cum ſeqq. & Strabo lib. 9. Meminit & Plutarchus in Pyrrho c. 1. & in Demotheſte c. 38. & Pausanias Articiis. Ita appellatum, quod ad Lamiam, in quam ſe receperat Antipater, geſtum eſt. Iuſtinus aut memoria lapsus, aut alios ſecutus auſtores, Heracleam pro Lamiâ nominat. B.

2 (b) Epiftolam ] Quarum exemplum eſt in Diodoro 18. 9.

1bid. (c) Cædis damnati ] Et ἰσθμολοί. Diodor. B.

3 (d) Heracleæ vrbis ] Imò Lamiæ quæ Theſſaliæ vrbis eſt.

9 (e) Harpals ] Mss. Harpago. Librârius in errore induxit Aſtyagium Harpagum, de quo lib. 1. 4. 6. De hoc lege ſupra notatos: & emen-

& emenda Eusebii Chronicum, in quo legitur *Harpalus fugit in Asiam*: scribe ex *Asia*. De Demosthenis exilio videndus Plutarchus in vita c. 16. & Pausanias Corinthiacis. B.

Ibid. (f) *Quod* ] Legendum *quod*, hoc est, vt. *Causam enim largitionis auctor exponit.* Freinsht.

14 (g) *Equesripalis* ] Ducibus Antiphilo & Menone Thepsalo. Plutarchus in Phocione cap. 33. Diodorus 18, 15. B.

## CAP. VI.

**I**nterea Perdicca, bello (a) Ariarathi regi Cappadocum imillato, prælioque victor, nihil præmii præter vulnera & pericula retulit. Quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis coniugibus & liberis, domos quisque suas cum omnibus (b) copiis incenderunt. Eodem congestis etiam seruitiis, & semetipsum præcipitant, vtnihil hostis victor suarum rerum, præter incendii (c) spectaculo frueretur. Inde, vt viribus (d) auctoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatæ sororis Alexandri Magni, & alterius Alexandri quondam vxoris, non aspernante Olympiade matre eius, intendit: sed prius Antipatrum, sub affinitatis obtentu, capere cupiebat. Itaque fingit se in matrimonium filiam eius petere, quo facilius ab eo supplementum tyronum ex Macedonia obtineret. Quem dolium præsentiente Antipatro, *D* v a s duas eodem tempore vxores quarit, neutram obtinuit. Post hæc bellum inter Antigonum & Perdiccam oritur. Antigono Craterus & Antipater auxilium ferrebant; qui facta cum Atheniensibus pace, Polyperchonta Græcia & Macedonia præponunt. Perdicca, alienatis rebus, Aridaëum, & Alexandri

dri Magni filium in Cappadocia, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in consilium adhibet. Quibusdam placebat bellum in Macedonia transferri, ad ipsum fontem & caput regni, vbi & Olympias esset mater Alexandri, non mediocre momentum partium, & ciuium fauor, propter Alexandri Philippique nomina: sed in rem visum est ab Ægypto incipere, ne in Macedonia profectis, Asia à Ptolemæo occuparetur. Eumeni, præter provincias quas acceperat, Paphlagonia, & Caria, & Lycia, & Phrygia adiiciuntur. Ibi Craterum & Antipatrum opperiri iubetur: adiutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas, & Neoptolemus: Clito cura classis traditur: Cilicia Philotæ adempta, Philoxeno datur: ipse Perdicca Ægyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur: ferrumque ab hostili bello in ciuilem sanguinem vertit, exemplo furentium, manus ac membra sua, ipsa cæsura. Sed Ptolemæus in Ægypto, sollerti industria, magnas opes parabat: quippe & Ægyptios insigni moderatione in fauorem sui sollicitauerat: & reges finitimos beneficiis obsequisque deuinxerat: terminos quoque imperii, acquisita Cyrene urbe, ampliauera; factusque iam tantus erat, vt non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset.

Num. 1. 2. 3. ] Non absimilia desperatæ rabiei huius & inhumanae necessitatis exempla referunt. Xenophon lib. 4. exped. Cyri de Taochoris: Polybius .6. 16. de Abydenis: Plutarchus in Bruto c. 46. de Xanthiis in Lycia: Appianus in Illyric. de Metullis: Lilius 21. 14. de Saguntinis, & 22. 22. de Asiensibus: Florus 2. 15.

28. de Carthaginiensibus; & 2, 18. 26. de Numantinis. Iudæos quoque templum Hierosol. & flagrantem urbem latris vultibus aspexisse, quod ita nihil essent hostibus relicti, scribit Iosephus bell. Iud. 6. 38.

1. (a) *Ariarathi*] Regnabat is in Cappadocia. Diodorus 15, 16. Plutarchus in Eumene c. 7. Erat enim Cappadocia Eumeni dicta non data. Probus. Quæ hic de Cappadocibus narrantur, ea Diodorus 18, 22. de Mauris refert: à quo & eorum quæ sequuntur plenior narratio petenda est.

2. (b) *Copii*] hoc est, annona seu comæatu. Tacitus annal. 15, 16. *Partisinope captam. Et Germ. c. 30. Cæti militem super arma ferramentis quoque & copii onerant.* Cæsar bell. Gall. 2, 10. *domestici copii res frumentarie vitæ.*

3. (c) *Spellaculo frueretur*] Modius plerosque Mss. suos dicit habere *spellaculum frueretur.* ut etiam in vino proficitur. Cæsar Bell. Gall. 2, 10. *congruit precedenti nihil.*

4. (d) *Autoritatem regiam*] Vide supra Notam ad 1, 10, 14, 1.

19. (e) *Ægyptios insigni*] Humanum se regium eius in calce exhibebat, &c. Complures etiam antea erga illum affecti propter aquas, ad ipsum confugebant. Diodorus 18, 14. apud quem lege, qua ratione Cyrenem acquisierit Ptolemæus. B.

20. (f) *Non tam tim.*] Litius 2, 12, s. *metuendus magis quam metuens.*

## CAP. VII.

Cyrene (a) autem condita fuit ab (b) Aristæo, cui nomen (c) Battos propter linguæ obligationem fuit. Huius pater (d) Cirnus, rex (e) Theramenis in insula, cum ad oraculum Delphos, propter decedens adolescentis filii nondum loquentis, deum deprecaturus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus Africam petere, & urbem (f) Cyrenem condere, usum linguæ ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile videretur, propter solitudinem Theramenis insulæ, ex qua coloni ad urbem condendam in Africam tam vastæ regionis proficisci iubebantur, res omilla

4 omilla est. Interiecto deinde tempore, (g) velut contumaces, pestilentia Deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix 5 vnam nauem completerent. Cum venissent in Africam, pulsus accolis, montem Cyran, & propter amœnitatem loci, & propter fontis vbertatem, occupatere. Ibi Battus dux eorum, linguæ nodis solutis, loqui primum cœpit: quæ res animos eorum, ex promissis Dei iam parte percepta, in reliquam spem condendæ urbis accendit. 7 Positis igitur castris, opinionem veteris fabulæ accipiunt, Cyrenem, eximia pulchritudinis virginem à Thessaliæ monte Pelio (b) ab Apolline raptam; perlatamque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupauerant, à Deo repletam, (i) quattuor pueros peperisse, Nomium, Aristæum, 8 Authocum, Argæum: missos à patre Speo rege Thessaliæ, qui perquirent virginem, loci amœnitatem captos in iisdem terris cum virgine re- 9 fedisse. Ex his pueris tres adultos in Thessali- 10 am reuersos, auita regna (k) recepisse. Aristæum (l) in Arcadia late regnasse, eumque priuatum, & apium, & mellis usum, & (m) lactis ad coagula hominibus tradidisse, foistitialesque ortus (n) si- 11 deris primum inuenisse. Quibus auditis, Battus virginis nomine ex responsis agnit, urbem Cyrenem condidit.

Num. 1. (a) *Cyrene autem condita*] Vide Herodotum 4, 150. &c. Pausaniam Laconicis & Phocicis, Strabonem lib. 1. & 17. & excerpta ex Heraclide *περὶ πηλοῦ τεσσάρων.* & Ammianum 22, 40. m. & Callimachi hymnos, & Eusebium, & Solinum c. 30. Sallustium Iugurth. 19. 4. & Pindarum ode 4. Pyth. B. Adde Stephanum de urbibus. Eustathium in Dionysium pag. 3. a. b. & maxime Diodorum Siculum 4, 83.

Ibid. (h) *Aristaeo*] Hic à Callimacho, hymno in Apollinem *Aristaeoles* dicitur, & ab Heraclide, & in Mss. Eusebii libris. B.

Ibid. (c) *Bartoi*] Mss. *Dalles*, vt supra 13, 6, 1. *Ariaralles*, & 15, 4, 13. *Sandrocolius*, duplex: in Æt. frequens in vernacula Italo- rum lingua mutatio. B. Non est tamen credibile, Italismum in hoc quidem nomine committi. Nam & Græcis autoribus Cyre- narum iste conditor, Βάρτιος dicitur. Ouidius in *Ibin*, *Blasum* in- terpretatur, disticho 270.

Conditor vt tarde *Blasus* cognomine *Cyrrhæ*.

Sic enim *Faulus Leopardus* emend. 311. verum cortexit, pro quo vulgares editiones,

*Cognitor* vt tarde *Lasus* cognomine *Myrrhæ*.

2 (d) *Cirrus*] Herodoto 4, 150. transpositis litteris. Pgi. Facit autem non regis, sed *Polymnesti* filium *Batum* 4, 153, B. Vt & *Pindarus* od. 4. *Pyth*.

Ibid. (e) *Theramenis insula*] Nomen huius insulæ ceteris omnibus est *Thera*, Spartanorum colonia. quo omnium aucto- rum consensu moueor, vt pro *Theramenis* legam *Therææ*, vnde ne- gligentes librarii primum fecerunt *Therææ*, inde *Therame*, tan- dem *Theramenis*. Bong. & Orellius thes. Geogr. in *Thera*. Me- minit autor iterum 30, 4, 1.

Ibid. (f) *Cyrenem*] Glossa est. nomen enim vrbis non ab ora- culo, sed à monte *Cyra*, aut fabula illa originem habuit. Sebif.

4. (g) *Velus contumaces*] Similia *Liuius* 2, 36.

7 (h) *Ab Apolline raptam*] Vide *Callimachum*, & eius scho- liaſten. B.

Ibid. (i) *Quattuor pueros pep. Nom. Arist. Auth. Arg.*] Aliter *Pindarus* od. 9. *Pyth.* & *Diodorus* 4, 83. qui *Cyrenes* filium vrbis referunt *Aristaeum*: *Nemius* vero & *Agrius* (ita enim legendum, non *Argæum* vt hic) *Aristaxi* cognomina faciunt, ideo sic dicti, quod venationi & pascendo pecori esset additus. Nam *Argæus* est venator: & *Argæus* *visitas pascere* dicitur.

9 (k) *Recepisse*] Ita Mss. referente in variantibus & proban- te *Bongario*. Sed editi, *cepisse*.

10 (l) *Aristæum in Arcad.*] *Virgilius Georgic.* 4, 283.

— *Arcadici memoranda inuenta magistri.*

Hic ob tot merita generi humano præstita, in numerum deorum receptus est: quem proinde *Virgilius*, inter ceteros inuocat *Georg.* 1, 14. Ceterum auctorem colligendi mellis alium, *Gargorem* Cu- retum regem, ipse *Iustinus* 44, 4, 2. refert.

Ibid. (m) *Lactis ad coagula*] *Val. Acidalius* ad *Vellicum* 2, 130, f. reſcri-

reſcribit *Lactis adæ coagula*. quod verius, dubitare nemo potest, qui & sensum & litteras intentius aspiciat.

Ibid. (n) *Sideris*] hoc est, Solis, *Ἰσχυρῶς*. quo significatu *Plinius* *panegy. c.* 29. quod terra mouit, quod sidus alius, quod an- num talis. Et c. 80. *velocissimi sideris motu, omnia inuoluit* &c. Adde *Lipſ.* lib. 2. *physiol.* *Stoic. differt.* 12.

## C A P. VIII.

- 1 Igitur *Ptolemæus* huius vrbis auctus viribus,
- 2 bellum in aduentum *Perdicæ* parabat. || Sed *Perdicæ* *PLVS* (d) odium arrogantia, quam vires hostium nocebant; quam exosti etiam focii, ad
- 3 *Antipatrum* gregatim profugiebant. || *Neoptolemus* quoque in auxilium *Eumeni* relictus, non solum transfugere, verum etiam prodere par-  
4 tium exercitum voluit. || Quam rem cum præ-  
5 sensisset *Eumenes*, cum proditore decernere præ-  
6 lio necesse habuit. || Victus *Neoptolemus* ad *Antipatrum* & (b) *Polyperchonta* profugit; hisque  
7 persuadet, vt continuatis (c) mansionibus, lato  
8 ex victoria & securo fuga sua, *Eumeni* superue-  
9 niant. || Sed res *Eumenem* non latuit; itaque in-  
10 fidiæ in infidiatores versa: & qui securum aggressi-  
11 furos se putabant, securis in itinere, & peruisio  
12 noctis fatigatis occursum est. || In eo prælio  
13 (d) *Polyperchon* occiditur. || *Neoptolemus*  
14 quoque cum *Eumene* congressus, diu mutuis  
15 vulneribus acceptis colluctatus est; in summa vi-  
16 ctus, occumbit. || Victor igitur duobus præliis  
17 continuus *Eumenes*, afflictas partes transiitio  
18 fociorum paululum sustentauit. || Ad postre-  
19 mum tamen (e) *Perdicæ* occiso, ab exercitu ho-  
20 stis cum (f) *Phytone*, & *Illyrio*, & *Alceta* fratre  
21 *Perdicæ*, appellatur: bellumque aduersus eos  
22 *Antigono* decernitur.



Num. 2. (a) *Odiū arrogantiæ* ] Cicero diuinat in Cæcil. c. 11. *Omnis arrogantia odiosa est*, in tantum quidem, vt ea vnica contubernalis sit Solitudinis, ( *ἡ ἀνὸς ἀδία, ἰσοπέλας ἕξουσιν* ) vt cum Platone censet Imp. Manuel præcepto educat. reg. 52. Pulchre Latinus Pacatus panegy. cap. 20. m. Apud Thucydidem l. 22, 13. nostro similitimum est exemplum Paulaniæ, cuius arrogantia socii Spartanorum offensi, plerique ad Athenienses transierunt. De Trifco item Euagrius lib. 6. Ecclæ. hist. cap. 4.

5 (b) *Polyperchonta* ] Imo *Crateron*. Vide mox notam ad n. 7. .

Ibid. (c) *Manfanianus* ] G. Major in edit. Colon. *transmissionibus* mallet non bene. *Manfones* Plinio 12, 14. Suetonio Tit. 10, 3. Lampridio in Alex. Seu. c. 42. Sec. sunt habitations ad quas viatores interuentu noctis se recipiunt. *Ἐπιδημιὸς τῆς ἰδιαιτορίας* appellat Herodianus in fine libri 2. *Außspann / Nachtlager*. Hinc *manfanarius* apud Hincmarum, qui Græcobarbare *ἡγεγυσιονεῶνος*, quasi *τῆς πενίας*, h. e. *manfones dirigere*, nobis *εἰν ὄριετ* / metator. Sunt qui has etate posteriori, *Μutationes* ( *ἄλλωμῶς* ) dictas putent. Sed differunt, quod isthic quiescitur & pernoctatur: hic equi aut iumenta mutantur, vt offendit V. C. Casp. Barthius Aduers. 45, 5. pr. Eadem est hæc phrasia autoris cum istis, Liu. 23, 19, 5. *Quinto in castru ad Illiturgim peruenit*, Curt. 4, 9, 24. *Vndecimo castru peruenit ad Enphratem*.

7 (d) *Polyperchon* ] *Crateros* legendum esse præterquam ex Diodoro 18, 30. Plutarcho in Eumene c. 9. & Probo in eodem, etiam ex sequente lib. 14, 5, 1. constat: vt *Polyperchonta* a *Græcia redire in Macedoniam cognouit*, non igitur hoc prælio ceciderat, quamuis eandem illam lectionem secutus sit Orofius 3, 23. B. *Craterum* etiam huius libri Prologus habet: quo minus est de hæc emendatione dubitandum.

10 (e) *Perdicca occiso* ] De cuius morte, dissentientes opiniones Diodori 18, 36. & Probi in Eumene. vide apud ipsos auctores. Vide & Paulaniam Atticis, & Orofium 3, 23. B.

Ibid. (f) *Phisonis & Illyris* ] Horum non meminit Diodorus. Plutarchus vero & Appianus in Syriaca historia Eumenem solum commemorat. *Phison* is est qui supra 13, 4, 21. *Phison*, Diodoro 19, 95. § 1. 2. 29. B.

POM.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-

RIARUM.

LIBER XIV.

CAP. I.

1 **E**umenes, (a) vt Perdiccam occisum, se hostem à Macedonibus iudicatum, bellumque Antigono decretum cognouit; (b) vltro ea militibus suis indicauit, ¶ NE FAMA (c) aut rem in maius extolleret, aut militum animos rerum nouitate terreret; ¶ simul, vt circa se animati essent, cognosceret, sumpturus consilium ex motu vnuerforum. ¶ Constanter tamen præfatus est, sicui hæc terrori essent, (d) habere eum discedendi potestatem. ¶ Qua voce adeo cunctos in studium partium suarum induxit, vt vltro illum omnes hortarentur, rescissurosque se ferro decreta Macedonum affirmarent. ¶ Tunc exercitu in Ætoliam promoti, pecunias ciuitatibus imperat; recusantes dare, hostiliter diripit. ¶ Inde Sardis profectus est ad Cleopatram, sororem Alexandri Magni, vt eius voce centuriones principesque confirmarentur, existimaturos ibi maiestatem regiam verti, vnde soror Alexandri staret. ¶ TANTA veneratio magnitudinis Alexandri erat, vt etiam per vestigia mulierum, fauor sacriati eius nominis quæreretur. ¶ Cum reuersus in castra esset, epistolæ totis castris abiectæ inueniuntur; quibusuis, qui Eumenis caput ad Antrigonum detulissent, magna præmia definiebantur. ¶ His

cognitis, Eumenes vocatis ad concionem militibus, primo gratias agit, quod nemo inuentus esset, qui ssem cruenti prœmii (c) fidei sacramento anteponeret: || deinde (f) callide subnectit, consiliis has à se epistolas ad experiundos suorum animos esse. || Caterum salutem suam in omnium potestate esse; nec Antigonum, nec quemquam ducum sic velle vincere, ut ipse in se (g) exemplum pestimum statuat. || Hoc facto, & in præsertim labantium animos deterruit; & in futurum prouidit, ut si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed ab duce tentari arbitrarentur. || Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis eius offerunt.

## NOTÆ AD LIBRVM XIV.

Num 1. (a) [Eumenes] Legenda eius vita apud Plutarchum & Probum: historię autem series petenda est à Diodoro. B.

Ibid. (b) *Vltro ea milit. fidei.* ] Ita Galba, quasdam defecisse legiones, vltro suis asseuerat, ne dissimulata seditio in maius erederetur. Tacitus histor. lib. 18. qui & histor. 3. 5. 4. Vitellium arguit, quod fractis apud Cremonam rebus, stulte cladem diffimulando, & lata omnia fingendo, remedia potius malorum, quam mala distulerit: eum confitentem consultantique super fatura adhuc fuerint spes viresque. Adde exemplum Nicię apud Thucydidem 7. 2. 17. Cęsar is apud Suetonium 66. 1. Seneca: Operum act. 3. v. 7.

Inerit malorum remedium, ignorantia est.

Et in eiusdem Agamemnone 3. 28. Clytemnestra:

clades scire qui refugit suam.

Græuat timorem, dubia plus torquent mala.

Quomodo Martialis 3. epigram. 42.

Quod regitur, maius creditur esse malum.

2 (c) *Fama rem in maius extoll.* ] Tacitus annal. 3. 44. *Cunã, ut mei fama, in maius credita.* Et histor. 4. 50. *vera & falsa, more fama, in maius innotuere.*

4 (d) *Habere eum disced. pot.* ] Sic infra 22. 4. 5.

19 (e) *Fidei sacramento* ] Mss. Modiani, *fidei sacramenti*, sensu incommodo: atque ita etiam habere suos Mss. Bongarsius testatur.

11 (f) *Callide* ] Huiusmodi calliditatis exempla nonnulla Frontinus habet strategem. 2. 7.

12 (g) *Exemplum pestimum* ] Vide Notam ad 17. 15. 12.

## CAP. II.

1 Cum interim Antigonus cum exercitu superuenit, castris que positis, postera die in aciem  
2 procedit. || Nec Eumenes moram prælio fecit: qui (a) victus, in munitum quoddam castellum  
3 confugit: || vbi cum videret se fortunam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur, aut obsidio ipsa multitudine grauaretur.  
4 || Legatos deinde ad Antipatrum, quod solus par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit: à quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. || Erat quidem solutus ad tempus motu mortis Eumenes: sed nec  
6 latus, dimisso exercitu, magna spes erat. || Omnia igitur circumspicienti, optimum visum est, ad Alexandri Magni Argyraspidas, inuictum exercitum, & tot victoriarum præfulgentem gloria,  
7 decurrere. || Sed Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant, sordidam militiam sub aliis, post tanti regis memoriam, existimantes. || Itaque Eumenes blandimentis agere; suppliciter singulos alloqui; nunc (b) commisitones suos, nunc patronos appellans, periculorum Orientium socios: nunc refugia salutis suæ, & vnica præsidia commemorans: || solos esse quorum virtute Oriens sit domitus; solos qui militiam Liberi patris, qui Herculis monumenta superarint: || per hos Alexandrum, magnum factum; per hos, diuinos honores, & inmortalem

lem gloriam consequuntur: ¶ orat ut non tam ducen  
se, quam commilitonem recipiant, vnumque ex corpore  
suo esse velint. ¶ Receptus hac lege, (c) paulatim  
imperium, primum monendo singulos, mox quæ  
perperam facta erant, blande corrigendo, viur-  
pat: nihil in castris sine illo agi, nihil admini-  
strari sine solertia illius poterat.

Num. 2. (a) *Victus, in mun. quodd. castellum* ] Victus prodi-  
tione Apolloniæ Eumenes, Noram fugiuit, quod est castellum  
Phrygiæ, vt Probus; situm in Cappadocia & Lycaonia finibus, vt  
Plutarchus Eum. c. 18. B. Strabo lib. 12. non longe à princ. Eum-  
enensis hanc Noram suo tempore *Nerassum* appellatam ait. Adde  
Diodorum 18, 41.

1. (b) *Commilitones* ] Alexander ipse militum suorum alu-  
menum se commilitonem, dicere non est veritus. Curt. 9, 2, 44.  
Eiusmodi blanditias tribuit Suetonius Cæsarî quocq; 67, 3. & Gal-  
bæ 20, 1. nec ipsum adeo Augustum, antequam imperium adeptus  
esset, iis abstinuisse, patet ex Appiani lib. 4. & 5. bell. ciuil. Sed post  
bella ciuilia nullo militum, commilitones appellabat, sed milites: am-  
bitiosius (hoc est, blandius) id existimans, quam aut ratio milita-  
ri, aut temporum quies, aut sua domus, sua maiestas posularet. Suet-  
on. Aug. 25, 1.

12. (c) *Paulatim imperium usur.* ] Tacito annal. 1, 2. hoc est,  
paulatim insurgere.

## CAP. III.

Ad postremum cum Antigonum venire cum ex-  
ercitu nuntiatura esset, compellit eos in  
aciem descendere. ¶ Ibi (a) dum ducis imperia  
contemnunt, hostium virtute superantur. ¶ In eo  
prælio non gloriam tantum tot bellorum, cum  
coniugibus & liberis, sed & præmia longa mili-  
tia parta, perdiderunt. ¶ Sed (b) Eumenes, qui  
auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reli-  
quam habebat, victos hortabatur: ¶ Nam &  
virtute eos superiores fuisse affirmabat: quippe ab his  
quinque

quinque militia hostium casa; & si in bello perstent, vl-  
tro hostes pacem petiturus. ¶ Damna, quibus se victos  
putent, duo millia mulierum, & paucos infantes, & ser-  
uitia esse, quæ melius vincendo possint reparare, quam  
deserendo victoriam. ¶ Porro Argyraspides neque  
fugam se tentaturos dicunt, post damna matrimo-  
norum, (c) & post coniuges amissas, neque bellum ge-  
sturos contra liberos suos; ¶ vltroque eum conuictis  
agitant, quod se post tot annos emeritorum stipendio-  
rum, redeuntes domum cum præmiis tot bellorum, ab  
ipsa missione rursus in nouam militiam, immensaque  
bella reuocauerit, ¶ & à laribus iam quodammodo  
suis, & ab ipso limine patriæ abductos, in anibus promif-  
sis deceperit: ¶ nunc quoque amissis omnibus felicis  
militiæ questibus, ne victos quidem in misera & inopi  
senecta quiescere sinat. ¶ Ignarus deinde ducibus,  
confestim ad Antigonum legatos mittunt, peten-  
tes vt sua reddi iubeat. Is redditurum se pollice-  
tur, si Eumenem sibi tradant. ¶ Quibus cognitis,  
Eumenes cum paucis fugere tentauit: sed retra-  
ctus, desperatis rebus, cum concursus multitudi-  
nis factus esset, petit vt postremum sibi alloqui  
exercitum liceret.

Num. 2. (a) *Dum ducis imp. contemn.* ] Nam non parere se du-  
cibus, sed imperare posularant. Probus. De hac pugna vide Diodo-  
rum 19, 42. Plutarchum & Probum. Victus est autem Eumenes  
iolo equitatu, cum ceteris copiis superior esset. B.

4. (b) *Sed Eumenes.* ] Ita Mss. Editi habent *Sed & Eum.*

7. (c) *Et post coniuges amissas* ] Nihil ambigo, hæc esse à manu  
interpolatoris explicantis præcedentia, post damna matrim. Vide  
quæ notauit ad 3, 2, 8. G.

## CAP. IV.

Iussus ab vniuersis dicere, facto silentio, laxatis  
 1 que vinculis, prolatam, sicut erat catenatus,  
 manum (a) ostendit: || Cernitis (b) milites, inquit, 2  
 habitum atque ornamenta ducis vestri, quæ mihi non  
 hostium quisquam imposuit: nam hoc etiam solatio fo- 3  
 ret. || Vos me ex victore victum, vos me ex imperatore  
 captiuum fecistis; (c) quater intra hunc annum in  
 mea verba iureiurando obstricti estis. || Sed (d) ista 4  
 omitto. NEQVE enim miseros conuitia decet.  
 || Vnum oro, si propositorum Antioni in meo capite 5  
 summa consilii, inter vos me velitis mori. || Nam ne- 6  
 que illius interest, quemadmodum aut vbi cadam; &  
 ego suo ignominia mortis liberatus. || Hoc si impetro, 7  
 solvo vos iureiurando, quo toties vos sacramento mihi  
 devovistis. || Aut si ipsos pudet roganti vim adhibere, 8  
 ferrum huc date; & permitte quod vos facturos pro  
 imperatore iurastis, imperatorem pro vobis sine religio- 9  
 ne iuraturandi facere. || Cum non obtineret, pre-  
 ces in iram vertit. || At vos, ait, deuota capita, re- 10  
 spectant dii periuurorum vindices; talesque vobis exi-  
 tus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. || Nempe 11  
 vos in eodem paulo ante & Perdica sanguine estis aspersi,  
 & in Antipatrum eadem moliti. || Ipsum denique 12  
 Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere,  
 interempturi; quod maximum erat, seditionibus agi- 13  
 rastis. || Vltima nunc ego persidorum victima, (e) has  
 vobis dixas atque inferias dico; || vt inopes extorres- 14  
 que omne æuum in hoc castrensium exilio (f) agatis, de-  
 noentque vos arma vestra, quibus plures vestros, quam  
 hostium duces absumpsistis. || Plenus (g) deinde 15  
 iræ, custodes suos præcedere ad Antioni castra  
 cæpit.

16 cæpit. || Sequitur exercitus prodito imperatore  
 suo, & ipse captiuus; triumphumque de se ipso  
 17 ad victoris sui castra ducit; || omnia auspicia reg-  
 is Alexandri, & tot bellorum palmas laureas  
 18 que vna secum victori tradentes: || & ne quid  
 deesset pompæ, elephantum quoque; & auxilia  
 19 Orientalia subsequuntur. || TANTO pulchrior  
 hæc Antigono; quam Alexandro tot victoriæ  
 fuerunt; vt cum ille Orientem vicerit, hic etiam  
 eos à quibus Oriens victus fuerat; superauerit.  
 20 || Igitur Antionus domitores illos orbis, (b) ex-  
 ercitus suo diuidit; redditis eorum quæ in victo-  
 21 ria ceperat. || Eumenem vero, veretundia prio-  
 ris amicitia, in conspectum suum venire prohi-  
 bitum, (i) assignari custodibus præcepit.

Num. 1. (a) Ostendit ] Mss. ἐπέφηνε ἀντιόχου, ostendit.

2. (b) Cernitis, milites ] Confer hanc orationem cum ea quæ  
 apud Plutarchum extat in Eum. c. 32. B.

3. (c) Quater intra h. ann. ] Ter habet Probus Eum. B.

4. (d) Sed ista ] Acidalius ad Vell. 2. 130. 8. monnit ita scriben-  
 dum. Abrumpitur enim hic oratio. Hactenus editi. & ista.

13. (e) Has vobis dixas ] Nec illas irritas. Nam vt Plutarchus  
 in Eum. c. 34. & Polyænus strateg. lib. 4. tradunt, Argyraspidas An-  
 tigonis ipse, cum maxime profuerant, ob perfidium excratiatus. Si-  
 byrio Arachofia perfectio (de quo supra 13. 4. 2.) tradidit, omni-  
 bus modis attendens conficiendosque. Sed & ducem eorum An-  
 tigenem in castrum æneam inclusum, viuum combussit, vt est  
 apud Diodorum 19. 44. Præclare Cicero in Verr. lib. 1. 15. Omnium  
 est vniuersum inuictus, qui fuit hostis suorum. Nemo vnquam sapiens  
 proditori credendum putauit. Plutarchus in Romulo c. 29. electe  
 eiusdem Antigoni dictum, amare se prodentes 3 odistis eum prode-  
 rint. & subiungit, eo ferre in sceleroso animo esse illos, qui eorum o-  
 peram requirunt, vt veneno & felle masculiarum bestiarum qui opus  
 habent. & ipse operam eorum, dum ex usu est, amplectuntur: excra-  
 rantur scelus, vbi voto potius sunt. Adde Thucyd. 3. 2. 3. Tacit. an-  
 nal. 1. 58. 3. & histor. 2. 101. 2. & 3. 31. 10. Val. Max. 9. 6. Claudian. de  
 Gild. v. 260. & c.



Ibid. (f) *Agaris*] *Mss. ageris*. quod petorantis calori magis conuenit.

15. (g) *Plenus ira*] *Mss. Modii*. & vnus item Bongarsii, *plenus ira*, vt Plinius iunior dixit in Epist. *plenus annu obit*. Sed tamen & Livius 6, 13, 3. *antiorum iratumque plenior*.

20. (h) *Exercitii suo diuidit*] *Quo tantissimo remedio consensu multitudinis extenuatur*. Tacitus histor. 4, 46. *Rumor incesse ratas fore*, vt *Thrace*, (qui montium editu inculci, atque eo ferocius agrorum disiecti, aliisq; nationibus permixti diuersi in terrore traherentur. Idem annal. 4, 46. Porro de Argæpapidarum ferocia, non alio modo domanda, Probus in Eumene.

21. (i) *Assignari custodiibus*] A quibus iugulatus est. Plutarch. Probus. B.

## CAP. V.

Interea Eurydice, vxor Aridæi regis, ut Polyperchonta à Græcia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo (a) arcessitam Olympiadem; muliebri æmulatione perculsa, abutens (b) valetudine viri, cuius officia sibi vindicabat, scribit regis nomine Polyperchonti, Cassandro exercitum tradat, in quem regni administrationem rex trāsulerit: eadem & in Asiam Antigonem per epistolas nuntiat. Quo beneficio deuinctus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gerit. Deinde profectus in Græciam, multis ciuitatibus bellum infert: quarum excidios, veluti (c) vicino incendio territi Spartani, urbem quam semper (d) armis, non muris defenderant; tum contra responsa fatorum & (e) veterem maiorum gloriam, armis diffusi, (f) murorum præsidio includunt. TANTUM eos degenerauisse à maioribus, vt, cum multis sæculis murus vrbi ciuium virtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi intra muros laterent. Dum hæc

hæc aguntur, (g) Cassandrum à Græcia turbatus Macedoniæ status domum reuocauit. Namque Olympias mater Alexandri Magni regis, cum (h) Epiro in Macedoniam, prosequente Æacida rege Molossorum, veniret, prohiberique finibus ab Eurydice & Aridæo rege cœpisset; seu memoria mariti, seu (i) magnitudine filii, & indignitate rei, moti Macedones, ad Olympiadem transiere: cuius iussu & Eurydice, & rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus regno.

Num. 1. (a) *Arcessitam Olymp.*] Diodorus 18, 17. B.

2. (b) *Valetudine*] Hoc est, morbo, de quo Nota ad 13, 2, ii.

6. (c) *Vicino incendio*] Supra 9, 3, 5.

Ibid. (d) *Armis, non muris*] Hinc illud Senecæ rhetoris Suas. 2. *Ibi muros habet (Sparta) ubi muros non habet*. Ita veteres Romani existimauerunt Romanum esse, non munitionibus, sed armis, sedque virtute securitatem sibi & eper parare, neque viros muris, sed viros viris defendere, teste Strabone lib. 5, pag. 162, 20.

Ibid. (e) *Veterem*] Ita Ms. editi veterum, non recte.

Ibid. (f) *Murorum præsidio*] Livius 34, 37. *Fuerat quondam sine muro Sparta: tyranni super loca patentibus planisque obicerant muros*. Pausanias Achaicis. B.

8 (g) *Cassandrum à Gr.*] Diodorus lib. 19. hæc late persecutus. B.

9 (h) *Epiro*] Ita Mss. cum editi habeant *ab Epiro*. Familiare aurori, nomina regionum vt propria vrbium confingere. vt 3, 3, 12. 6, 1, 7. 35, 2, 7. 23, 2, 6. 24, 3, 9. 33, 2, 6. 44, 3, 4. Ita Livius 42, 44, 9. *Peloponnesum proficisci*. Sueton. Aug. 17. *recepit se Samum insulam*.

10 (i) *Magnitudine filii*] Olympiadis dignitatem reuereri Macedones, & Alexandri in se beneficia recordari. Diodor. 19. II. B.

## CAP. VI.

Sed nec Olympias diu regnavit. NAM cum principum passim cædes, (a) muliebri magis, quam

quam regio more fecisset, fauorem sui in odium vertit. ¶ Itaque audito Cassandri aduentu, diffi-  
 2 sa Macedonibus, cum nuru Roxane, & (b) nepo-  
 te Hercule, in (c) Pydnam urbem concedit. ¶ Pro-  
 3 ficienti (d) Deidamia Æacidae regis filia, &  
 Theffalonicæ priuigna, & ipsa clara Philippi pa-  
 tris nomine, multaque aliâ principum matro-  
 nâ; S P E C I O S V S magis quam vitilis grex, comi-  
 tes fuere. ¶ Hæc cum nuntiata Cassandro essent, 4  
 statim citato cursu Pydnam venit, & urbem obsi-  
 dione cingit. ¶ Cum fame, ferroque vrgeretur 5  
 Olympias, longæ obsidionis tædio, pacta salute,  
 victori se tradidit. ¶ Sed Cassander ad concio- 6  
 nem vocato populo, sciscitaturus quid de Olympi-  
 a fieri velint, subornat parentes interfectorum,  
 qui sumpta lugubri veste, crudelitatem mulieris  
 accusarent; ¶ à quibus accensî Macedones, sine  
 respectu pristina maiestatis, occidendam decer-  
 nunt: ¶ immemores proflus, quod per filium 8  
 eius, virumque, non solum vitam ipsi inter finiti-  
 mos tutam habuissent: verum etiam tantas opes  
 imperiumque orbis quaesissent. ¶ Sed Olympias 9  
 ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, (e) veste  
 regali, duabus ancillis innixa, vltro obuium pro-  
 cedit. ¶ Qua visa, percussores (f) attoniti fortu- 10  
 na maiestatis prioris, & tot in ea memoriæ occur-  
 rentibus regum suorum nominibus, substitute-  
 runt; ¶ donec à Cassandro missi sunt, qui eam 11  
 confoderent, (g) non refugientem gladium, nec  
 vulnera: aut muliebriter vociferantem; sed viro-  
 rum more fortium, pro gloria veteris prosapia,  
 morti succumbentem, V T Alexandrum posses  
 etiam in moriente matre cognoscere. ¶ Insuper 12

(b) ex

(b) expirans, capillis & veste crura contexisse  
 fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum  
 13 videri. ¶ Post hæc Cassander (i) Theffalonicen, re-  
 gis Aridei filiam, vxorem ducit: filium Alexan-  
 dri cum matre, in arcem Amphipolitanam cu-  
 stodiendos mittit.

Num. 1. (a) *Mulicibri magis* ] *Fortuna, prosperitatem non huma-  
 niter tulit. Ideo Antipater, tanquam ex osculo, sub exitum vite  
 præceperat Macedonibus, ne mulierem regno præsefererent. Dio-  
 dorus 19, 11. Vide Pausaniam in Atticis. II.*

2 (b) *Nipare Hercule* ] *Barthes hic filius erat: Roxanis Alex-  
 ander vocabatur, Pausan. Atticis & Boticis: quo de hic agitur,  
 vt patet ex Diodoro 19, 52. Videtur ergo hic Iulianus lapsus me-  
 moria. B.*

3 (c) *Pydnam* ] *Macedoniæ urbem in Pieria regione. Qui-  
 dam editi Pithum, pro quo est qui Palyam malit, refragante hi-  
 storia. Pydnam Olympiadæ mactata nobilem asserit & Diodo-  
 rus 19, 35.*

3 (d) *Deidamia Æacida r. filia* ] *Pythi soror, Demetrii vxor,  
 Plutarchus Demet. cap. 1. & 30. qui etiam cap. 42. scribit, morbo  
 eandem extindam. Quo minus assentiri postum Iano Parrasio  
 lib. de rebus per Epidamiam quaeritis epist. 48. statuenti hanc esse  
 eandem cum ea Deidamia, de qua Pausanias in Messeniâcis & Po-  
 lyanus strategem. lib. 8. Nec enim istæ aliæque circumstantiæ  
 huic aptari possunt.*

9 (e) *Veste regali* ] *Hoc exemplo Cleopatra maximis induta  
 cultus ad mortem se parauit. Florus 4, 11, 20. Sed & Romani pro-  
 cecere, vrbe à Gallis occupata, augustissime vestiri; hostium aduen-  
 tum obstinato ad mortem animo expectant. Liu. 5, 41, 2. Et Varus,  
 cum se insignibus honorum velasset, singularis est. Patere. 2, 71, 5. Ita de  
 Philocle Athenienti Plutarchus in Lyfand. c. 23. Quin etiam viri  
 militares in aciem ad extremum discrimen ituri morem hunc  
 obtulerunt, ut olim Persæ, de quibus Curtius 5, 9, 2. & patrum  
 memoria Scrinius heros, fortissime ad sigethum occumbens.  
 Thuan. lib. 39. pag. 381. c. Socrates tamen haletum cicutam, obla-  
 tum ab Apollodoro talem cultum animo magno veterique philo-  
 sophico respuit. Ælian. var. hist. 1, 16.*

10 (f) *Percussores attoniti fortuna nauisf. pr.* ] *Similia Nostes  
 32, 1, 7. de Philopomene: Plutarchus in Artox. c. 47. de Darii: Cur-  
 tius 10, 8, 6. de Perdica: Valer. Max. 2, 10, 6. de Mario: Suetonius*

79, 2. de Augusto. Quibus ex historia recentiori nonnulla Piccar-  
tus adstruit obseru. 6, 1.

11 (g) *Non refugientem gladium* ] Nihil ignaua muliebrūque  
preui emittentem. Diodorus 19, 51. cum quo hæc comparanda, &  
quali ex aduerso ponenda sunt. B. Vtrique contrarius Paulanias  
in Bœoticis 53, 30. lapidibus obrutam tradit Olympiadem. Con-  
stantia similis exemplum obseruauit in Troade Senecæ actū 5,  
nob. Scibiſius.

12 (h) *Insuper &c.* ] Mss. *Composuisse &c.* Inde Scibiſ. rescribit,  
*Composuisse insuper exſpirans capillis &c.* ingenioſe, & ut puto, ve-  
re. De Augusto Suetonius c. 99, 1. *Supremo die percito ſpeculo, capi-*  
*lum ſibi comæ, ac malæ labentem corrigi præcepit.* Notus Euripidis de  
Polyxena verſus, quem refert Plinius lib. 4. ep. 11. *Cornelæ vir-*  
*ginis Veſtalis ſupplicium narrans: πάλλῃς πειρώσασθαι ἐξ ἑσθλῆς ἐν ἡμέ-*  
*ραις τῆς ἐσθλῆς.* Ouidius Falſor. 2. diſtich. 417. de Lucretia:

*Tunc quoque iam moriens, ne non præcumbat honeste,*

*Reſpiciit: hæc etiam iura cadentis erat.*

Quod genus exempla plura collegit Hieron. Megius miscel.  
Jan. 2, 21.

13 (i) *Theſſalonien regū Aridaſi f.* ] Theſſalonice erat Philippi  
τῆς Ἀριδαίας filia, & Alexandri ex patre forer. Diodorus 19, 35.  
Paulanias in Bœoticis. Vnde autor eam ſupra 14, 6, 3. *Olympiada*  
*primigeniam* vocauit. Luſtino impoſuit, quod Trogus forte regū Phi-  
lippi filiam ſcripſerat: & Aridaſus, Philippi poſt mortem Alexan-  
dri cognominatus eſt. B.

## POMPEII TROGI

### EPITOMA HISTO-

#### RIARVM.

### LIBER XV.

#### CAP. I.

**P**erdicca, & fratre eius, Eumene, ac Polyper-  
chonte, ceterisque ducibus diuerſæ partis oc-  
ciſis, finitum certamen inter ſucceſſores Alexan-  
dri Magni videbatur; cum repente inter ipſos vi-  
ctores nata diſcordia eſt: || quippe (a) poſtulan-  
tibus

tibus Ptolemæo, & Caſſandro, & Lyſimacho, vt  
pecunia in præda capta, prouinciæque diuiderentur;  
(b) Antigonus negauit ſe in eius belli præmia ſocios  
3 admiſſurum, in cuius periculum ſolus descenderit, || Et  
(c) vt honeſtum aduerſus ſocios bellum ſuſcipe-  
re videretur, divulgat, ſe Olympiadis mortem à Caſ-  
ſandro interſecta, viciſci velle, & Alexandri regis ſui ſi-  
lium cum matre obſidione Amphipoliſtana liberare.  
4 || His cognitis, Ptolemæus & Caſſander, inita  
cum Lyſimacho & Seleuco ſocietate, bellum ter-  
5 ra marique enixe inſtrunt. || Tenebat Ptole-  
mæus Ægyptum cum Africa parte maiore, &  
Cypro, & Phœnicæ. Caſſandro parebat Macedo-  
6 nia cum Græcia. || Aſiam & (d) partes Orien-  
tis occupauerat Antigonus, cuius filius Deme-  
trius, prima belli congreſſione, à Ptolemæo (e)  
7 apud Galaman vincitur. || In quo prælio (f)  
MAIOR Ptolemæi moderationis gloria, quam  
8 ipſius victoria fuit. || Siquidem & amicos De-  
metrii non ſolum cum ſuis rebus, verum etiam  
additis in ſuper muneribus, dimiſit; & ipſius De-  
metrii (g) priuatum omne inſtrumentum, ac ſa-  
9 miliam reddidit, || adiecto honore verborum,  
NON ſe propter prædam, ſed propter dignitatem in iſſe  
bellum; indignatum quod Antigonus devictis diuerſæ  
factionis ducibus, ſolus communis victoria præmia cor-  
ripuiſſet.

#### NOTÆ AD LIBRUM XV.

Num. 2. (a) *Poſtulantibus* ] Legatione miſſa, de qua Appianus  
bell. Syr. pag. 121, E

Ibid. (b) *Antigonus neg. &c.* ] Reſpuit quæcumque arborem conſe-  
ruuiſſet, ſub ea fructum alioſ legere, indignum eſſe dixit. Lib. 10, 24, 3.  
Nec aliter Pompeius apud Strabonem lib. 12, pag. 384, 30.

3 (c) *Ut honestum &c.* ] Lepidus apud Sallustium hist. 3, 4, 17. *Dicitur alia: sed certatum utrinque de dominatione.* Polybius egregie lib. 3, 6, III.

6 (d) *Partes Orientis* ] Ita Mss. Mediani, & vnus Bongarsii: quod placet præ hæc vnus edito. *partem Or.* Sic enim autor etiam 1, 7, 7. & alibi loquitur.

Ibid. (e) *Apud Galaman* ] Legendum *Garum* ex Diodoro 19, 94. Plutarcho in Demetr. c. 6. Appiano in Syriaca, & huius libri Periœcha. Meminit huius prælii Pausanias in Atticis, quo loco Ptolemæi res gestas breuiter & accurate recenset. B.

7 (f) *Maior Pt. moder. glor.* ] Thraſybulus *in signem victoriam elationem aliquanto moderationis laudæ fecit.* Val. Max. 4, 1. Acilius Cof. multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior. Lilius 36, 21, 3. quia præsertim aliis *victoria natura insulens & superba est.* Cicero pro Marcello cap. 3.

— *Regi franuæquis*

*Et ira, & ardens huius, & Victoria,*

*Giladinsque felix, cum in cæcis semel*

*Vecoris libido est.* Senec. Troad. v. 276. &c.

8 (g) *Prinatum omne in firmum.* ] *Regiam supellectilem.* Diodorus 19, 95. B.

## CAP. II.

**D**um hæc aguntur; Cassander ab Apollonia i rediens, incidit in (a) Abderitas, qui propter (b) ranarum muriumque multitudinem relicto patriæ solo, sedes quærebant: || veritus ne Macedoniam occuparent; facta pactione, in societatem eos recepit; agrosque iis vltimos Macedoniae assignat. || Deinde, ne (c) Hercules Alexandri filius, qui fere annos quattuordecim excesserat; fauore paterni nominis in regnum Macedoniae vocaretur, occidi eum tacite cum matre Barsine iubet, corporaque eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderetur: || & quasi parum factum in ipso primum rege, mox in matre eius Olympi-

Olympiade, ac filio admisisset; alterum quoque filium cum matre Roxane, pari fraude interficit; || scilicet quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi, quam scelere non posset. || Interea Ptolemæus cum Demetrio, navali prælio iterato, congregitur; & (d) amissa classe, hostiliter que concessa victoria, in Ægyptum refugit. || Demetrius filium Ptolemæi Leontiscum, & fratrem Menelaum, amicosque eius cum priuati instrumenti ministerio, pari prouocatus antea munere, Ægyptum remittit: || & vt appareret eos non odio, sed dignitatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant. || TANTA nunc amicitia coluntur. || Hac victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio appellari a populo iubet. || Ptolemæus quoque, ne minoris apud suos auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. || Quibus auditis, Cassander & Lysimachus, & ipsi regiam sibi maiestatem vindicauerunt. || Huius honoris ornamentis tamdiu omnes abstinerunt, quamdiu filii regis sui superesse potuerunt. || TANTA in illis verecundia fuit, vt cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro iustus heres fuit. || Sed Ptolemæus & Cassander, ceterique factionis alterius duces, CVM (f) carpi se singulos ab Antigono viderent; dum priuatum singulorum, non commune vniuersorum bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri volunt, quasi victoria vnus, non omnium foret; || per epistolâs se inuicem confirmantes, tempus, locum coeundi



condicunt, bellumque communibus viribus in-  
struunt. || Cui cum Cassander interesset propter  
7 finitimum bellum non posset, Lysimachum cum  
ingentibus copiis in auxilium sociis mittit.

Num. 1. (a) *Abdectas*] Hi videntur esse, quos Diodorus 20.  
19. pr. *Autariat* ut vocat. à *Pedicea* iuxta Orbitam *Pæoniæ* mon-  
tem collocatos. Fr.

Ibid. (b) *Ranarum muriumque muls.*] Plineius lib. 8. cap. 29.  
ab *Ranis* ciuitatem in Gallia *pulsam* memorat, si modo locus  
mendo caret. De muribus lib. 10. cap. 45. B. Idem Plineius 8. 17. ex  
insula *Gyaro* fugatos à muribus incolas, ex Theophrasto refert.

3 (c) *Hercules*] Quem reducere in regnum tentabat Poly-  
perchon: eum tamen, à Cassandro corruptus, hinc inde annos ná-  
tum *septendecim*. Diodorus 20. 20. & 23. quomodo hic reponendum  
arbitror. Iam enim annos *quindæcim* desiderat esse Alexander Mag-  
nus: & ex XV II. *quinarii* nota male iuncta, aut negligenter ex-  
pressa, leui errore fit XI III. Pausanias in *Boeoticis* *Herculem* &  
Alexandrum, Alexandri M. filios à Cassandro veneno sublatos re-  
fert. B.

6 (d) *Amissa classe*] Plutarchus in Demetrio c. 18. Diodorus  
20. 50. & seqq. B.

9 (e) *Tanto hon.*] Epiphonema simile vide supra 2. 10. 11.

10. 11. 12.] Probus in Eum. fin. *Nemo Eumene vino Rex appella-  
tus esse, sed Ptoleus: iidem post huius occasionem, satim regnum arna-  
tum nomenque sumperunt.* Lege Plutarchum in Demetr. cap. 20.  
Diodorus 20. 54. & Appianum Syriac. pag. 122. n. B. Horum exem-  
plo *Agathocles* se quoque vltro Regem nominauit, quod poten-  
tiae suae præter eum titulum nihil desse videre. Diodorus 20. 56.  
Is quippe iure gentium potest, qui superiori non agnoscit.  
Quod autem iure communi obtineri potest, frustra ab alio peti-  
tur. quod qui faciunt, male consulunt suæ maiestati, fascesque  
submittunt alienæ potentiae, vt apparet ex Tacit. annal. 2. 2. & 11.  
16. & 12. 14.

15 (f) *Carpi se singular*] Vide notam ad 8. 1. 2. b.

## CAP. III.

Erat hic (a) Lysimachus illustri quidem Ma-  
cedonia loco natus, sed virtutis experimen-

2 ris omni nobilitate clarior; || quæ tantain illo  
fuit, vt animi magnitudine, (b) philosophia ipsa,  
virtutumque gloria omnes, per quos Oriens domi-  
3 tus est, vicerit. || Quippe cum Alexander Magnus  
Callisthenem philosophum, propter salutatoris  
Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ  
sibi paratæ fuerant, conscium fuisse iratus finxis-  
4 set; || eumque truncatis crudeliter omnibus  
membris, (c) abscisisque auribus, ac naso, labiis-  
que, deforme ac miserandum spectaculum red-  
5 didisset; || insuper cum cane in cauea clausum,  
6 ad metum cæterorum circumferret: || tunc Ly-  
simachus audire Callisthenem, & præcepta ab eo  
virtutis accipere solitus, misertus tanti viri, non  
culpæ: sed libertatis pœnas pendentis, venenum  
7 ei in remedia calamitatum dedit. || Quod ad e-  
agrem Alexander tulit, vt eum obiici ferocissimum  
8 leoni iuberet. || Sed cum ad conspectum eius  
concitatus leo impetum fecisset, manum amiculo  
9 inuolutam Lysimachus in os leonis immerisit,  
10 arreptaque lingua, feram exanimauit. || Quod  
cum nunciatum regi esset, admirationi satisfac-  
tionem cessit; cariosemque eum propter con-  
11 stantiam tantæ virtutis habuit. || Lysimachus  
quoque magno animo, REGIS, (d) veluti pa-  
rentis contumeliam tulit. || Denique omni ex  
animo huius facti memoria (e) exturbata, postea  
in India insectanti regi quosdam palantes hostes,  
cum à satellitum turba, equi sui celeritate deser-  
tus esset, solus ei per immensas harenarum moles  
12 cursus comes fuit. || Quod idem antea Philippus  
frater eius cum facere voluisset, inter manus re-  
13 gis expirauerat. || Sed Lysimachum desiliens  
R 4 equo

equo Alexander, hastæ cuspidē ita in fronte vulneravit, ut sanguis aliter (*f*) cludi non posset, quam (*g*) diadema sibi demptum rex, alligandi vulneris causa, capiti eius imponeret. || Quod au- 14  
spicium, primum regalis maiestatis Lyfimacho fuit. || Sed & post mortem Alexandri, cum inter 15  
successores eius provinciae diuiderentur, (*b*) ferocissimæ gentes, quasi omnium fortissimo assignatae sunt: || adeo etiam consensu vniuersorum 16  
palmam virtutis inter ceteros tulit.

Num. 1. (*a*) *Lyfimachus*] Agathoclis filius, vnus è Custodibus Alexandri. Vide Paulaniam in Atticis, Plinium 8, 16, 27. Quæ hic (num. 7.) de Lyfimacho leoni obiecto referuntur, ea *fabulam* vocat Cælius 8, 1, 22. B. Plinius tamen d. l. verifamilia putat: ac pro veris narrat Seneca de ira 3, 17. & de clement. 1, 25. Anno certe Chr. 1262. Hermanus Grøn, Consul Colonienfis, leoni per insidias à Canonicis obiectus, eodē seremodo saluus euaſit. Munnf. Cosm.

2 (*b*) *Philosophia ipsa*] Præteritum quod habent Mss. Bongarsiani, *philosophiam ipsam*. non infrequente bonis autoribus hyperbole.

3 4. 5. 6.] De morte Callisthenis variat Plutarchus in Alex. cap. 58. & Arianus lib. 4. itemque Diogenes Laertius in Aristot.

4 (*c*) *Abscissique*] Ita vet. libros habere confirmat Ob. Gifanius in observationibus linguæ Latinæ, pro quo vulgati *abscissique*. Lilius 31, 54, 4. *brachii abscissi*. Val. Max. 8, 3, fin. *heredis abscissa*.

10 (*d*) *Velut parentis*] *Vt parentum sententiam, sic patriæ, patiente ac ferendo lenientiam esse dixit Marcus Lilius apud Lilium 27, 36, 12. Pub. Syrus:*

*Amez parentem, si equum est: si alter, seras.*

Quod præceptum pulchre diffundit Epictetus Enchirid. cap. 37.

11 (*e*) *Exturbata*] Bene Ms. *extirpata*.

12. 13. 14.] Conferenda hæc sunt cum Appiani narratione lib. de bell. Syr. pag. 129. & seq.

13 (*f*) *Cludi*] pro claudi, au. in v. ut de fraudo, de frudo apud Terentium. à *causa, excuso, & accuso*. B.

libid. (*g*) *Diadema*] Regium insigne. Id fuisse, contra quam vulgo

vulgo persuasum, non nisi fasciam è panno sinteoue, cum originationominis arguit, *πασὰ τὰ δαδέρ*, à neclendo. ligando, siue obligando dicti: tum allatis & hoc nostro, & pluribus aliis autorum locis ostendunt viri in litereis magni, Brissonius de regno Pers. lib. 1. Liptius not. 99. ad Taciti 6. annual. Pafchalius de Coronis lib. 9, 3.

15 (*h*) *Ferocissima gente*] Thraeces, & Pontici maris accolæ. Supra 13, 4, 16.

## CAP. IV.

- 1 Priusquam bellum inter Ptolemaum, sociisque eius, aduersus Antigonum committeretur, repente ex Asia maiore digressus Seleucus, 2 nouus Antigono hostis accesserat. || Huius quoque & virtus clara, & origo admirabilis fuit. || Si- 3 quidem mater eius Laudice, cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepis- 4 se; || grauidamque factam, munus concubitus, (*a*) anulum à deo accepisse, in cuius gemma ancora sculpta esset: iussaque donum filio, quem pe- 5 perisset, dare. || Admirabilem fecit hunc visum & anulus, qui postera die, eiusdem sculpturæ, in lecto inuentus est; & (*b*) figura ancoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso paruulo fuit. 6 || Quamobrem Laudice anulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, 7 edocto de origine sua, dedit. || Vbi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam 8 consecrauit. || Nam & urbem ex Antiochi patris nomine (*c*) Antiochiam vocauit; & campos 9 vicinos vrbi, Apollini dicauit. || Originis eius argumentum etiam in posteris mansit: Siquidem 10 R 5 filii

fili nepotesque eius, ancoram in femore, veluti  
 (d) notam generis naturalem habuere. || Multa 10  
 in Oriente, post diuisionem inter socios regni  
 Macedonici, bella gessit. || Principio (e) Babylo- 11  
 niam cepit: inde (f) auctis ex victoria viribus, Ba-  
 etrianos expugnauit. || Transiitum deinde in In- 12  
 diam fecit, quo post mortem Alexandri, veluti  
 ceruicibus iugo seruitutis excusso, praefectos eius  
 occiderat. || Auctor libertatis (g) Sandrocottus 13  
 fuerat: sed (h) T I T L V M libertatis post victo-  
 riam in seruitutem verterat. || Siquidem occu- 14  
 pato regno, populum quem ab externa domina-  
 tione vindicauerat, ipse seruitio premebat. || Fuit 15  
 hic quidem humili genere natus, sed ad regni po-  
 testatem maiestate numinis impulsus. || Quippe 16  
 cum procacitate sua Alexandrum regem offen-  
 disse, interfici à rege iussus, salutem pedum cele-  
 ritate quaesierat: || ex qua fatigatione, cum so- 17  
 mno captus iaceret, leo ingentis formae ad dor-  
 mientem accessit, sudoremque profluentem lin-  
 gua ei deterfit, expergefatumque blande reli-  
 quit. || Hoc prodigio primum ad spem regni im- 18  
 pulsus, contractis latronibus, Indos ad nouitatem  
 regni sollicitauit. || Molienti deinde bellum ad 19  
 uersus praefectos Alexandri, elephantus ferus in-  
 finita magnitudinis vltro se obtulit, & veluti do-  
 mita mansuetudine, cum tergo excepit; (i) dux-  
 que belli, & praelator insignis fuit. || Sic acqui- 20  
 sito regno, Sandrocottus ea tempestate, qua Se-  
 leucus futurae magnitudinis fundamenta iacie-  
 bat, Indiam possidebat: || cum quo (k) facta pactio- 21  
 ne Seleucus, compositisque in Oriente rebus, in  
 (l) bellum Antigoni descendit. || Adunatis igitur

tur

tur omnium sociorum copiis, praelium commit-  
 titur: in eo Antigonus occiditur; Demetrius fi-  
 23 lius eius in fugam vertitur. || Sed socii profligato  
 hostili bello, denuo in semetipsos arma verte-  
 runt: & cum de praeda non conuenienter, iterum  
 24 in duas factiones deducuntur. || Seleucus Deme-  
 trio, Ptolemaeus Lyfimacho iunguntur. Cassan-  
 25 dro defuncto Philippus filius succedit. || Sic,  
 quasi ex integro, noua Macedonia bella nascun-  
 tur.

4 (a) *Anchum*] qui esset instar *gnorismatis ac monumenti*, de quo genere videndus omnino Metrius exercit. critic. 1. 3.

5 (b) *Figura anchora*] Lege Appianum in Syriae historia. Aufonius de Antiochia:

— *Ille Seleucum*

*Nuncupat, ingenium cuius fuit anchora signum:*

*Quales inusta solet generis nota certi, per omneui*

*Nam subulis seriem nativa eueurit in aeg.*

Hic Seleucus cum esset in bellis victoriosus, Nicator dictus est. Appian. Syriae 124. c. B. Sic & Ammianus lib. 23. 16. *Nicatori Seleuco, victoriarum scribitur ac hoc in dilerat cognomen tantum.* Unde intelligitur quid idem sibi velit lib. 14. 26. *Seleucus efficitur impetrabilis rex, vt indicat cognomen tantum.* Nam in *petrabilis cognomen* hic est omnia impetrans ac perueniens. Sicut *impetrabilis orator* Plauto *Mossell.* 5. 2. 40. Hinc sanum siue *ἡγῶσι* Seleuco à filio Antigono consecratum, dictum fuit *Nicator* orator. Appian. in Syriae. 129. d. In numismatis tamen & alibi *Nicator* Seleucus hic cognominatur. Alius est infra 27. 1. 1.

3 (c) *Antiochiam*] Non vnam, sed ipsas sedecim à patre denominatas. *Antiochias* Seleucum condidisse scribit Appianus Syriae. 124. d. ex quibus aetate sua adhuc extare eam quae est sub Libano monte, super Oronte fluuijo, Syriae metropolis, de qua Nostro hic haud dubie sermo.

9 (d) *Notam generis naturalem*] *Ingenium signum* vocat Aufonius allato paullo ante loco: *genitiam notam* Suetonius in Aug. c. 80. 1. *σπῆγορ σῶμα Φυλῶν* Aristoteles in arte poetica. De quibus haud protita quaedam obseruauit Mich. Piccartus dec. 1. c. 7.

11 (e) *Babylonem cepit*] Diodorus 19, 107. Appianus in Syriae. B.

Ibid.

Ibid. (f) *Audirex victoria virib.* ] Supra 1, 9.

13 (g) *Sandrococtus* ] Vett. *Sandrococtus* Arrianus libr. 5. *Σανδροκοκτός* Plutarcho in Alexandro cap. 108. *Ἀνδροκοκτός*: Appiano Syriac. 113. b. *Ἀνδροκοκτός*: Orosius Ms. *Andrococto*. Fabricius *Sandrococtus* edidit ex Strabonis 15. B. Iudicio Freinsheimii, Iustinus *Andrococtus* scripsisse videtur, eique voci ex præcedente *libertatis*; literam, adiectam errore librariorum: veluti multis in autorum locis citatis animaduertere est. Exempli causa, Sifenna lib. 2. quem locum alit Macrobius 6, 4. *Scutus prædictus, telus saxa certatim manibus coniciunt in hostes. proscutus prædictus telus, saxa &c* Sic apud Nonium in *Focillatur*, ex secundo Varronis de vita P. R. corrupte legitur, propter secundam sublato metu, pro propter secunda subli. met.

Ibid. (h) *Titulum libertati &c.* ] Tacit. histor. 4, 73, 9. *Libertatis & speciosa nomina prætexuntur. nec quisquam alienum seruitutem & dominationem sibi conceperit, ut non eadem ista vocabula usurparet. In quam sententiam egregie de Corcyzororum seditione Thucydides 3, 13, 14.*

19 (i) *Duxque belli & præliator inf.* ] De elephantorum arte bellica videndi Plinius 8, 7. *Ælianus de animal.* 7, 26 & 13, 22.

21 (k) *Falsa pactione* ] Strabo lib. 15. pag. 498, 20. scribit, Seleucum adlitus Indo fl. regiones Sandrococto, contracta cum eo affinitate, dedisse, ac pro iis quingentos elephantos, accepisse. A quo non nihil discrepat Plutarcho Alex. cap. 103.

21 (l) *Bellum Antigoni* ] Lege Plutarchum in Demetrio cap. 31. &c. Pausaniam in Atticis. Dimicatum autem est ad ipsum. Appianus. B.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO- RIARUM.

### LIBER XVI.

#### CAP. I.

Post (a) Cassandri regis, filiique eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina vxor Cassandri, non magno post tempore, ab Antipatro

tro filio, cum vitam etiam per vbera materna de-  
2 precaretur, occiditur. ] Causa parricidii fuit,  
quod post mortem mariti, in diuisionem inter fra-  
3 tres regni, propensior fuisse pro Alexandro vide-  
4 batur. ] Quod facinus eo grauius omnibus vi-  
5 sum est, quod nullam materna fraudis vestigium  
6 fuit. ] QVANQVAM (b) in parricidio, nulla  
7 satis iusta causa ad sceleris patrociniã prætexi po-  
8 test. ] Ob hæcigitur Alexander in vltionem mat-  
9 ternã necis, gesturus cum fratre bellum, auxi-  
10 lium à Demetrio petit: ] nec (c) Demetrius, spe  
11 inuadendi Macedonici regni, moram fecit. ] Cu-  
12 ius aduentum verens Lyfimachus, perfradet ge-  
13 nero suo Antipatro, vt malit cum fratre in gra-  
14 tiam reuerti, quam paternum hostem in Mace-  
15 doniam admitti. ] Inchoatam igitur inter fra-  
16 tres reconciliationem cum præterisset Deme-  
17 trius, per insidias Alexandrum interfecit; ] occupa-  
18 toque Macedonia regno, eadem apud exerci-  
19 tum excusaturus, in concionem vocat. ] Ibi  
20 priorem se petiit ab Alexandro allegat; nec fecisse se,  
21 sed (d) occupasse insidias. ] Regem autem se Macedo-  
22 niã vel atatis experimentis, vel causis iustiores esse.  
23 ] Patrem enim suum & Philippo regi, & Alexandro  
24 Magno (e) socium in omni militia fuisse: ] libero-  
25 rum deinde Alexandri ministrum, & ad persequendos  
26 defectores ducem extitisse. ] Contra Antipatrum  
27 aumhorum adolescentium, amariorem semper mini-  
28 strum regni, quam ipsos reges fuisse. ] Cassandrum ve-  
29 ro patrem extinctorem regia domus, non feminis, non  
30 pueris peperisse; nec cessasse, quoad omnem stirpem re-  
31 gia subolis deleteret. ] Horum scelerum vltionem, quia  
32 nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos eius



translatam. ¶ Quamobrem etiam Philippum, Alexan-  
drumque, (f) si quis manium sensus effi, non interfecto-  
res suos, ac stirpis suae, sed viros eorum, Macedonia re-  
gnum tenere malle. ¶ Per hæc mitigato populo, rex  
Macedoniae appellatur. ¶ Lyfimachus quoque  
cum bello (g) Doricetis regis Thracum preme-  
retur, ne eodem tempore & aduersus (h) eum  
dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte  
Macedoniae, quæ Antipatro eius genero obuene-  
rat, pacem cum eo fecit.

## NOTÆ AD LIBRUM XVI.

Num. 1. (a) *Post Cassandri* Legendus Pausanias in Bœoticis:  
Plutarchus in Demetrio & Pyrrho. B.

4. (b) *In parricidio nulla satis iusta causa*] Spartianus refert,  
Basilianum occiso fratre, Papiuiano mandasse, vt in Senatu pro se,  
& apud populum facinus dilucret: illum respondisse: *Non tam  
facile parridium excusari, quam fieri.* Fuit ea principis iuriscon-  
sulti cygnæa vox: quam miror hominem si displicet postquam  
& I. C. Romæ, & Christianum, (L. B.) in libris suis de Repub. (l. c. 4.  
post med.) repræsentare, pessimo exemplo. Recte enim & ordine  
fecit Papiuianus, & viri boni officium functus est, qui morti pra-  
optauit, quam tyranno impia & iniqua imperanti patere. Idem  
ille in eo peccat, quod Papiuianum Imperatoris coniunguinem  
facit, contra quam Spartianus, quem ille auctorem laudat, I. C. eius  
cognationem & affinitatem necit distinguere. Facit quod rheto-  
res solent, quibus concessum est in historiis euentibus aliquid, vt  
dicere videantur argutus. Bong.

6. (c) *Demetrium*] Qui & Poliorcetes dicitur, hoc est, orbium ob-  
fessor: cuius cognominis vanitatem arguit Plutarchus in De-  
metr. c. 52.

10. (d) *Occupasse insidias*] Intra illud Tyronis apud Agellium  
75. Beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remitterari quam  
facta sunt. Inuitias autem imminentes precavisse iustum est magis  
quam expectari esse. Summa enim profectio stultitia est, non ire obuiam  
sceleribus cogitari, sed manere opperiri, vt cum admissa & perpe-  
trata fuerint, tunc denique, ubi quæ facta sunt, insidias fieri non pos-  
sunt, prouidetur. Quod paucis Thucydides 1, 7, 11. *Δὲ πρὸς τῶν  
βαλίων μάλλον ἢ ἀπὸ πρὸς βαλίων.* Vnde Iugurtha, æque tamen  
simula-

simulate ac noxte. *Adherbalens deli vitæ suæ insidiatum ait: quod  
vbi conpessit, se eius sceleri obuiam esse: ac prouide populum Romæ  
neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese probi-  
buert.* Sallust. Iug. 12, 5.

12. (e) *Socium in omni militia fuisse*] Alii, socium domi militiae  
que fuisse, sed contra mentem auctoris, qui hoc dicere vult, Anti-  
patrum assumentem delicias otiosumque & socordem omni se-  
ditate, & Macedoniae grauem fuisse, interea dum sub Philippo &  
Alexandro Magno graues militiae labores pertulit Demetrii pa-  
ter Antigonus. Mod.

17. (f) *Si quis manium sensus est*] Ita Seruius Sulpitius in epi-  
stola quæ est inter familiares Ciceronis quinta libri quarti: *Quod  
si quis etiam inferis sensus est, hoc certe illa te facere non vult. Quem  
ad locum obseruat P. Manutius, hæc autem simili fere formula, in  
memoria defunctorum vfos & Græcos esse. Latinorum exempla  
plura collegit Barn. Briffonius de Formul. lib. 8, pag. 840.*

19. (g) *Doricetis regis*] *Drômichatû*, legit Fabricius in Oro-  
sium ex Plutarcho Demetr. cap. 52. Pausania in Atticis, Strabone  
lib. 7, qui eum Getarum regem faciunt. Ego contra libros nihil  
mutato: neque nouum est historiarum scriptores in barbaris nomi-  
nibus variare. B.

Ibidi: (h) *Eum*] Ms. & I. bene, *Demetrium*. Adde supra 6, 1, 3,  
notam c.

## CAP. II.

1. Igitur Demetrius, totis Macedoniae regni viri-  
bus instructus, cum Asiam occupare statuisset,  
iterato (a) Ptolemaus, Seleucus, & Lyfimachus,  
experti priore certamine Q V A N T Æ vires essent  
concordia; pacta societate adunatisque exerciti-  
bus, bellum aduersus Demetrium transferunt in  
2. Europam. ¶ His comitem se, & belli socium  
iungit Pyrrhus rex Epiri, sperans N O N difficilium  
Demetrium amittere Macedoniae posse, quam  
3. acquisierat. ¶ Nec spes frustra fuit: quippe exer-  
citu eius corrupto, ipsoque in fugam acto, re-  
gnum Macedoniae occupauit. ¶ Dum hæc agun-  
4. tur, Lyfimachus generum suum Antipatrum, re-  
gnum

gnum Macedoniae adeptum sibi socii fraude querentem, interfecit; filiamque suam Eurydicen querelam sociam in custodiam tradidit: 5  
 que ita vniuersa Castandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctae poenas partim caede, partim supplicio, partim parricidio luit. ¶ Demetrius quoque à tot exercitibus circumuentus, CVM posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. ¶ Finito bello, 7  
 (b) Ptolemæus cum magna rerum gestarum gloria (c) moriturus, (d) contra ius gentium, (e) minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, ¶ eiusque rei populo rationem reddiderat: cuius non minor fauor in accipiendo, quam patris in tradendo regno fuerat. ¶ Inter 9  
 cetera patris & filii mutuae pietatis exempla, etiam ea res amore populi iuueni conciliauerat, quod pater regno ei publice tradito, priuatus officium regi inter satellites fecerat, OMNIQUE regno pulchrius regis esse patrem duxerat.

Num. 1. (a) *Ptolem. Seleuc. & Lyfim.* Plutarchus in Demetrio & Pyrrho, Pausanias in Atticis, quos in hac historia consule. B.

7 (b) *Ptolemæus* Regum Aegypti seriem vide apud Strabonem lib. 17, quædam apud Pausaniam in Atticis. B.

Ibid. (c) *Moriturus, contra* ] Sebis præfati quod editi quidam habent, *maritur. Is contra.* Suadet quod mox sequitur, *ante infirmitatem.*

Ibid. (d) *Contra ius gent. min. nat* ] Vnde Persæus apud Liniuum 40. 9. 2. fratrem incelsens: *Regnare utique vobis, inquit, huius fratris tua obsequia eras mea, obstat GENTIVM IVS, obstat vetustus Macedoniae mos, &c.* Vide quoque notata superius ad 2. 10. 2. & 5. 11. 2.

Ibid. (e) *Minimo natu ex filiis* ] Ptolemæo Phi'adelpho, nato ex Berenice. Nati autem ex Eurydice regno excluduntur, vehementer dissuadente Demetrio Phalereo, vt scribit in eius vita Diogenes Laertius.

## C A P. III.

1 Sed inter Lyfimachum, & Pyrrhum regem, socios paulo ante aduersus Demetrium, ASSIDVV M (a) inter pares discordiæ malum, bellum  
 2 mouerat. ¶ Victor Lyfimachus, pulso Pyrrho  
 3 Macedoniae occupauerat. ¶ Inde Thraciæ, ac deinceps Heraclææ bellum intulerat: cuius vrbis  
 4 & initia & exitus admirabiles fuere; ¶ quippe Bœotii pestilentia laborantibus, oraculum Delphis responderat, *coloniam in Ponti regione sacram*  
 5 *Herculi conderent.* ¶ Cum propter metum longæ ac periculosa navigationis, mortem in patria omnibus præoptantibus, res omissa esset, bellum  
 6 his Phocenses intulerunt: ¶ quorum cum aduersa prælia paterentur, iterato ad oraculum decurrunt; responsum, *idem belli quod pestilentia, re-*  
 7 *medium fore.* ¶ Igitur conscripta colonorum manu, (b) in Pontum delati, urbem Heraclæam condiderunt. Et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erant, breui tempore magnas opes  
 8 parauerunt. ¶ Multa deinde huius vrbis aduersus finitimos bella, multæ etiam domesticæ dissensiones fuere. Inter cetera magnifica, vel præcipue  
 9 illud memorabile fuit. ¶ Cum rerum potenter Athenienses, victisque Persis, Græciæ & Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent, omnibus cupide ad præsidium salutis suæ conferentibus; soli Heraclienfes ob amicitiam regum Persicorum, (c) collationem abnuerant. ¶ Missus itaque ab Atheniensibus (d) Lamachus cum exercitu ad extorquendum quod negabatur, dum relictis in littore nauibus, agros Heraclienfium  
 10 popu-

populatur, classem cum maiore parte exercitus, naufrag orepentina tempeftatis amifit. ¶ Itaque I I cum neque mari poffet amiffis nauibus, neque terra auderet, cum parua manu inter tot ferociffimas gentes, reuerti; Heraclienfes H O N E S T I O R E M beneficii, quam vltionis occasione rati, instructos commeatibus, auxiliisque dimittunt: ¶ B E N E agrorum fuorum populationem impen- I 2 sam existimantes, si quos hostes habuerant, amicos reddidissent.

Nunt. 1. (a) Inter pares discord. ] Vide notata ad 13. 2. 3.

4. 5. 6. ] Supra 13. 7. 4. &c.

7 (b) In Pontum ] Ita omnino legendum est ex vno Culacii codice. Est enim *Heraclia* hoc loco *vicius Thracia in Ponto*, Stephanus: de qua Strabo lib. 32. & Eustathius in Dionysium. Ceteri omnes & impressi, & scripti, *Metapontum*, turpi errore. *Metapontum* & *Heraclia*, Italica vrbes, librariorum in errorem induxerunt. Ex eodem libro scripti *Lamaachus*, non *Malachus*, quomodo alii vet. habent. B.

9 (c) Collationem abnuerauit ] Et res & vox eadem in Suetonio. Neri. c. 44. *omnem collationem palam recusauerunt.*

10 (d) *Lamaachus* ] Cognominem huic Atheniensem ducem memorat Plutarchus in Pericle c. 39. & nos. 4. 4. 3. Mss. tamen & quidam impressi *Malachus* hic habent, ex quo per contractionem, Syrorum *Malchus* natum suspicatur Geuurtius in spinian. lect. 3. 4.

## CAP. IV.

Passi (a) sunt inter plurima mala, etiam tyrannidem: ¶ siquidem cum plebs etiam (b) no- 2 uas tabulas, & diuisionem agrorum diuitum impotenter flagitare, ¶ diu (c) re in senatu tracta- 3 ta, cum exitus rei non inueniretur; ad postremum aduersus P L E B E M nimio (d) otio lasciuientem, auxilia à Timotheo Atheniensem duce, mox ab

Epa-

4 Epaminonda Thebanorum petiuere. ¶ Vtrisque negantibus, ad Clearchum, (e) quem ipsi in exi- 5 lium egerant, decurrunt. ¶ TANTA calamitatum necessitas fuit, vt cui patriam interdixerant, 6 eum ad tutelam patriæ reuocarent. ¶ Sed Clearchus EX ILIO facinorosior redditus, & dissensionem populi occasione inuadendæ tyranni- 7 dis existimans, ¶ primo tacitus cum Mithridate ciuium suorum hoste colloquitur; & inita societate paciscitur, vt reuocatus in patriam prodita ei 8 vrbe, præfectus eius constitueretur. ¶ Postea autem inlidias, quas ciuibus parauerat, in ipsum 9 Mithridatem verterat. ¶ Namque cum velut arbiter ciuilis discordia, de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo vrbe Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit, captumque, accepta 10 ingenti pecunia dimisit. ¶ Atque vt in illo subitum se ex socio fecit hostem: sic ex defensore senatoriæ causæ, repente patronus plebis euasit; 11 ¶ & aduersus auctores potentia suæ, à quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit, verum etiam nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis ex- 12 ercuit. ¶ Igitur populo ad concionem vocato, neque se assuturum amplius grassanti in populum sena- 13 tui, ait; intercessurum etiam, si in pristina seuitia per- 14 arbitrarentur, abiturum cum militibus suis, neque ciuilibus discordis interfuturum. ¶ Sin vero dissidant viribus propriis, vindicæ se ciuium non desuturum. 15 ¶ Proinde consulant sibi ipsis: iubeant abire se, si ma- 16 lent, vel causæ populari socium remanere. ¶ His verbis sollicitata plebs, summum ad eum imperium defert;

defert; & DVM senatus potentia irascitur, in  
 feruitutem se tyrannica dominationis cum con-  
 iugibus & liberis tradit. || Igitur Clearchus 1 x. 17  
 senatores comprehensos (nam ceteri in fugam  
 dilapsi erant) in vincula compingit. || Læta 18  
 plebs, quod à duce (g) potissimum senatorum,  
 senatus deleteret, versaque vice, auxilium eorum  
 in exitium conuersum esse. || Quibus dum mor- 19  
 tem passim omnibus minatur, cariora eorum  
 prætia facit: || siquidem Clearchus magna pecu- 20  
 nia (quasi minis populi occulte eos subtrahe-  
 ritus) accepta, spoliatus fortunis, vita quoque spo-  
 liauit.

Num. 1. (a) *Passunt etc. etiam tyrannidem* ] *Ἐρωγανθῶν*  
*ἡγεμονίας*. Strabo. De Clearcho tyranno Diodorus lib. 13. &  
 16. & Plutarchus 2. de fortuna Alexandri. B.

2 (b) *Nonis tabb. & diuis. agror.* ] Liuius 31. 38. duas hæcæ le-  
 ges. alteram *nonarum tabularum*, quia debitores ære alieno libe-  
 rantur (*ἡγεμονίας & σεσάδης* appellat) alteram *agro-*  
*rum vitium ære quo diuisiderunt*, ait eie *duas fides nonaribus*  
*res ad plebem in optimates accedendam*. Videatur & Sallust. Cat. 21.

3 (c) *Re in senatu tractata* ] Modius *re in sen. tracta* in suis  
 Mss. esse confirmat, & explicat ex illo Sallustii lug. 23. *Bellum*  
*trahi non posse*. Sed hæc similia non sunt. Nam *bellum trahere* est  
 bello moras addere. Hic vero *rem trahere* est rem tractare, seu de  
 re disputare. Conuenientius est exemplum Sallustii. lug. 93. *tra-*  
*here cum animo suo, omittit etiam ne incipitum, pro tractare, deliberare*.  
 Sicuti *tractus* pro tractatu, *affectio* pro affectatione, *ostensio* pro  
 ostentatione, & c. bonis autoribus dicitur, indice Cl. Salmatio ad  
 Hist. Aug. pag. 109. D. 2.

Ibid. (d) *Ozio lasciu.* ] Seneca epist. 56. *Nunquam vacat Lasci-*  
*uire districte: nihilque tam certum est, quam otio vitia negotio dis-*  
*centi*. Quæ posteriora verba ipsa habet & Curtius 7. 1. 5.

4 (e) *Quem ipsi in exilium egerant* ] Ita de Coriolano & Ca-  
 millo Liuius lib. 2. & 5.

11 (f) *Pares* ] Validos satis ad resistendum. Supra 7. 6. 4. *pa-*  
*res belli*.

18 (g) *Potissimum* ] G. Maior potissime vult. Non placet.

CAP.

## CAP. V.

- 1 **C**ognito deinde, quod bellum sibi ab iis qui  
 profugerant, misericordia in auxilium soli-  
 citatis ciuitatibus, pararetur, seruos eorum ma-  
 2 numittit. || Et ne quid mali afflictis honestissi-  
 mis domibus deesset, vxores eorum, filiasque nu-  
 bere seruis suis, proposita recusantibus morte,  
 compellit; vt eos sibi fidiore, & dominis infestio-  
 3 res redderet. || Sed MATRONIS tam lugubres  
 nuptiæ, grauiore repentinis funeribus fuere.  
 4 || Itaque multa se ante nuptias, multa in ipsis nu-  
 ptiis, occisis prius nouis maritis, interficiunt, &  
 se tam funestis calamitatibus, virtute ingenui pu-  
 5 doris, eripiunt. || Prælium deinde committitur:  
 quo victor tyrannus captiuos senatores in trium-  
 6 phi modum (a) per ora ciuium trahit. || Reuer-  
 sus in urbem, alios vincit, torquet alios, alios oc-  
 cidit: nullus locus urbis à crudelitate tyranni va-  
 7 cat. || Accedit sæuitiæ insolentia, crudelitati ar-  
 rogantia: || interdum enim (b) Ex SUCCESSV  
 continuæ felicitatis obliuiscitur se hominem: in-  
 9 terdum Iouis se filium dicit. || Eunti per publi-  
 cum, (c) aurea aquila velut argumentum generis  
 10 præferebatur: || veste purpurea, & cothurnis  
 regum tragicorum, & aurea corona utebatur:  
 11 || filium quoque suum (d) Ceraunon vocat, vt deos  
 non mendacio tantum, verum etiam nominibus  
 12 illudat. || Hæc illum facere, duo nobilissimi iu-  
 uenes Chion & Leonides indignantes, patriam  
 13 liberaturi in necem tyranni conspirant. || Erant  
 hi (e) discipuli Platonis philosophi; qui virtutem,  
 ad quam quotidie præceptis magistri erudiebantur,

S 3

tur,



tur, patriæ exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, (f) veluti clientes, in insidiis locat. || ipsi 14 more iurgantium, ad tyrannum veluti ad regem in arcem contendunt: || qui iure familiari 15 tatis admitti, dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab altero obrunctur. || Sed & ipsi, focis tardius auxilium ferentibus, à satellitibus obruuntur. || Quare factum est, vt tyrannus quidem occideretur, sed patria non liberaretur. || Nam (g) frater Clearchi 18 Satyrus eadem via tyrannidem inuadit; (h) multisque annis, per gradus successione, Heracienses sub regno tyrannorum fuere.

Num. 5. (a) *Per ora ciuium* ] In publica quasi pompa: vt omnibus conspicuus esset. Ennius ita de se dixit *velit vniuersi per ora vrsium*. Sallust. Iugurth. 31. 12. *Ineodum: per ora vestra magnifici*. Tacit. histor. 3. 36. *In ore vulgi agere*, vbi plulcula Lippius Nota 46. Notter iterum 36. 1. 5. *Traductus per ora ciuium ciuium, populu in ludibrium saneris ostenditur.*

8 (b) *Ex successu &c.* ] Curtius 4. 14. 34. *Fragilitas humana nimia in prosperis obliuio est.* Seneca suaz. 2. *Nunquam in solido stetit superba felicitas: & ingentium imperiorum magna fastigia obliuio fragilitatu humane collapsa sunt.*

9 (c) *Aurea aquila &c.* ] Horum pleraque fuere principatus insignia posterioribus temporibus etiam apud Romanos: nisi quod Imperatoribus eorum, exemplo Regum Persicorum, non aquila aurea, sed ignis præferabatur, vt luculenter docet elegantissimus Lippius ad Taciti annales Excursu r. Mod.

11 (d) *Ceraunon* ] hoc est, *Tonitru*. Plutarch. de fortuna Alexandri 2. 13. *Clearchus tyrannus gesianis fulmen: unumque fulgurum, Tonitru appellauit*. Fulmen, scilicet vt ipse Iouem referret, cuius personam ridicale fimebat. Ita namque Byzantius illum Iocum est interpretatus: cum in Græcis vulgo impressis προσηγοριαι, *fulmen*, mendose legatur exponaturque οὐρανίου *sciptrum*.

13 (e) *Discipuli Platoni* ] Præter hos nostros alii plures enumerantur à Diog. Laërtio in vita Plat. & Athenæo sub finem libri X l. quo loco satis maligne de discipulis institutus Platonijs iudicat Athenæus.

Ibid.

Ibid. (f) *Velut clienter*. Et n. seq. *veluti ad regem*. ] Glossemata sunt. Sebistii iudicio & meo.

14. 15. 16. ] Similima referuntur à Liuiio 1. 40.

18 (g) *Frater Clearchi Satyrus* ] Diodorus 16. 36. filium *Timotheum* ei successisse refert: qui & eum interfectum ait, cum in *Bacchanalibus ludos spectatum erat*. Consule quoque Memnonis excerpta. B. Item Athenæum lib. 3. 7. & 12. 12. & rursus Diodorum 20. 78. Quibus autoribus inter se collatis pensitatisque, Feinsheimii nostri sententia verisimilis mihi reddetur, autorem ista suo more confundere, & duos Clearchos, autem atque nepotem, in vnum conflare. Res ita habet. *Clearche*, qui tyrannidem *Heracleæ* primus inuadit, successore filii, *Timotheo* primo, deinde *Dionysio*: *Dionysio* item filii, *Zathra* (qui forte Iustino *Saturus* seu *Satyrus* est) & *Clearchus* alter.

Ibid. (h) *Multa annis* ] In Memnonis Excerptis legimus, *Heracleotas partim à tyrannis, partim à Lysimacho, priuatos libertate fuisse annos LXXXIV.*

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTORARUM.

### LIBER XVII.

#### CAP. I.

1 **P**eridem ferme tempus in Helleponti & Chersonesi regionibus terræ motus fuit: || maxime tamen (a) *Lysimachia* vrbs ante duos & viginti annos à *Lysimacho* rege condita, euerfa est. 3 || Quod portentum dira *Lysimachio*, stirpique eius, ac regni ruinam, cum clade vexatorum regionum portendebat. Nec ostentis fides defuit: 4 || nam breui post tempore, (b) *Agathoclem* filium suum, quem in successionem regni ordinauerat, per quem multa bella prospere gesserat, non solum patrium, verum etiam humanum v-

tra morem, (c) perofus, miniftra Arfinoë nouer-  
ca, veneno interfecit. || Hæc illi prima mali labe, 5  
hoc initium impendentis ruinae fuit. || Nam par- 6  
ricidium, principum fequuta cædes lunt', luen-  
tium fupplicia (d) quod occifum iuuenem dolo-  
bant. || Itaque & hi qui cædibus fuperfuerant, & 7  
hi qui exercitiibus præerant, certatim ad Seleu-  
cum deficiunt; || eumque pronum iam ex æmu- 8  
latione gloriae, bellum Lyfimacho in fere com-  
pellunt. || Vltimum hoc certamen commilito- 9  
num Alexandri fuit, &, velut ad exemplum for-  
tunæ, par referuatum. || Lyfimachus quattuor & 10  
LXX annos natus erat. Seleucus feptem & LXX. 11  
|| Sed in hac ætate vtrique (e) animi iuueniles  
erant, imperiique cupiditatem infatiabilem ge-  
rebant. || QUIPPE cum orbem terrarum duo 12  
foli tenerent, anguftiis fibimet inclufi videban-  
tur, vitæque finem non annorum fpatio, fed im-  
perii terminis metiebantur.

## NOTÆ AD LIBRUM XVII.

Num. 2. (a) *Lyfimachia*] Prius *Cardia* dicta. Stephan. Pausan-  
in *Attic.* Eam fuo tempore deletam fuiffe fcribit Strabo lib. 10. B.

4 (b) *Agathoclem*] Lege Pausaniam in *Atticis*, & Strabonem  
lib. 13. qui Lyfimachum aut *κακῶς εὐκλείους πατριάρχου* filium  
necaffe. Per *κακῶς εὐκλείους* domesticas calamitates intelligit, quæ  
hic apud Pausaniam recensentur, non improbos familiares, quod  
putauit doctiffimus Fabricius. B. De Agathocleis ipfiusque Ly-  
fimachi cæde addendus Appianus Syriac. pag. 130.

Ibid. (c) *Perofus &c.*] Sunt hæc firmado noftratum adagio:  
*Nouercam habens habet & vitricum.* adeo blanditiæ muliebres,  
amorque nouellus fuperueniens, naturales etiam affectus euer-  
tunt. Simile exemplum exiat infra 34. 4. 1.

6 (d) *Quod occifum iuu. doleb.*] Tacit. *Agric.* c. 45. *Præcipua fub*  
*Domitiana miferiarum pars erat, videre & affici: cum fuffuria noftra*  
*fubcri-*

*fubfcriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus fufficeret*  
*fenus ille vultus. Quem ad locum egregie, vt folet, vir & amicus*  
*magnus Mich. Virdungus.*

11 (e) *Animi iuueniles*] Modius in fuis Mss. effe confirmat  
animi iuuenales, idque etiam tepiffie fe multis locis in membra-  
nis Liiui & Senecæ. Sic dixit Horatius in *Arte*:

*Nec nimium teneri iuuenentur verfibus umquam.*

## CAP. II.

- 1 I n (a) eo bello Lyfimachus amiffis ante variis  
caufibus xv liberis, non infrenue moriens, po-  
2 ftremus domus fuæ ruinae cumulus accessit. || Læ-  
tus tanta victoria Seleucus, & quod maius victo-  
ria putabat, folum fe de cohorte Alexandri re-  
3 maniffiffe; victoremque victorum extitiffe, || non  
*humanum effe opus, fed diuinum munus* gloriatur:  
IGNARVS prorfus, non multo post (b) fragili-  
tatis humanæ ete ipfum exemplum futurum.  
4 || Quippe post menses admodum feptem (c) à  
Ptolemæo, cuius fororem Lyfimachus in matri-  
monio habuerat, per infidias circumuentus occi-  
5 ditur; || regnumque Macedoniae, quod Lyfi-  
6 macho eripuerat, cum vita pariter amittit. || Igi-  
tur Ptolemæus cum & in gratiam memoriae mag-  
ni Ptolemæi patris, & in fauorem vltionis Lyfi-  
7 machi ambitiofus apud populares effet, || primo  
Lyfimachi filios conciliare fibi ftatuit; nuptias-  
que Arfinoes fororis fuæ, matris eorum petit,  
8 puerorum adoptione promiffa, || vt cum in lo-  
cum patris eorum fuffiffiffet, nihil illi moliri,  
vel verecundia matris, vel appellatione patris au-  
9 derent. || Fratris quoque regis Ægypti concor-  
diam per epiftola deprecatur; profelfus depo-

vere se offensam crepti paterni regni, neque amplius à fratre quaesiturum, quod honestius à paterno hoste perceperit. || Omnique arte (d) adulatur Eumeni, & 10 Antigono Demetrii filius, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. || Sed nec Pyrrhus rex Epi- 11 ri omissus, (e) ingens momentum futurus, vtri parti socius accessisset, || qui & ipse spoliare sin- 12 gulos cupiens, omnibus se partibus venditabat. || Itaque Tarentinis aduersus Romanos laturus 13 auxilium, ab Antigono naues, ad exercitum in Italiam deportandum, mutuo petit; ab Antiocho pecuniam, qui opibus quam militibus instructior erat; à Ptolemæo Macedonum militum auxilia. || Sed Ptolemæus, (f) cui nulla dilationis 14 ex infirmitate virium venia esset, quinque millia peditum, equitum quatuor millia, elephantos quinquaginta, non amplius, quam in biennii usum dedit. || Ob hæc Pyrrhus, filia Ptolemæi in 15 matrimonium accepta, (g) vindicem eum regni reliquit: ne abducta in Italiam iuuentute, prædam hostibus regnum relinqueret.

Numi. 1. (a) In eo bello Lysimachus ] Præter Pausaniam & Strabonem vide Appianum Syriaca. B.

3 (b) Fragilitati humane ] Cuius admonens Cyrum Cæsus: Humanarum rerum circulus est, inquit, qui rotatus, semper eisdem fortinatus esse non sine. Herodotus 1, 207.

4 (c) A Ptolemæo ] Ceraugo. Erat hic filius Ptolemæi Soteris, & Eurydices Antipatri filii. Appianus, qui Seleucum tres & LXX annos vixisse scribit: quod eum iis quæ Iustinus supra regulit, non congruit. B. Seleuci Nicatoris à Ptolemæo Ceraugo pecciti meminit & Plinius 6, 11.

10 (d) Adulatur Eumeni &c. ] Nob. Sebillus hæc ita respondenda censet: adulatur Antiocho fil. Sel. ne Eum. (cuius tamen Plutarchus in Demetrio nullam mentionem facit) & Ant. Dof. cum g. &c. terris &c.

11 (c) Ingens momentum ] Taciti illud simile est histor. 1, 59. Bataurorum cohortes, prout inclinassent, grande momentum, socii aut aduersa. Lucanus 4, 319.

Momentumque fuit, mutatus Curio, rectus.

Adde supra 5, 4, 12. de Alcibiade.

14 (f) Cui ] Fortecum. Seb.

15 (g) Vindicem &c. ] Francisci Modii membranzæ distinctionibus aliquot auctius, hoc modo: vindicem eum regni reliquit: pacificatus cum omnibus finitimis, ne abducta &c. non male doctorem esto iudicium.

## CAP. III.

1 Sed (a) quoniam ad Epiri mentionem ventum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. 2 || (b) Molossorum primum in ea regione regnum 3 fuit. || Post Pyrrhus Achilles filius, amisso per absentiam [ Troianis temporibus ] paterno regno, in his locis confedit, qui Pyrrhidæ primo, 4 postea Epirotæ dicti sunt. || Sed Pyrrhus cum in templum Dodonæi Iouis ad consulendum venisset, ibi (c) Danaßam neptem Herculis rapuit: ex 5 cuius matrimonio octo liberós sustulit. || Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opesq; affinitatum auxilio magnas parauit: || atque ita Heleno filio Priami regis, ob 6 industriam singulariter, regnum Chaonum, & (d) Andromachen Hectoris, quam & ipse matrimonio suo in diuisione Trojanæ prædæ accep- 7 rat, uxorem tradidit: || breuique post tempore, Delphis (e) insidiis Orestæ filii Agamemnonis, in- 8 ter altaria dei interit. || Successor huic (f) Pialis 9 filius fuit. || Per ordinem deinde, regnum ad 10 (g) Artybam descendit: || cui, quoniam pupillus & vnicus ex gente nobili superesset, intentio-

re omnium cura seruandi eius educandique, publice tutores constituuntur: || Athenas quoque 1 1  
erudiendi gratia missus; **Q**UANTO doctior maioribus suis, tanto & gratior populo fuit. || Pri- 1 2  
mus itaque leges, & senatum, annuosque magistratus, & reipub. formam composuit: || & vtrā 1 3  
Pyrrho sedes, sic vita cultior populo ab Arryba statuta. || Huius filius Neoptolemus fuit: ex quo 1 4  
nata est Olympias, mater Alexandri Magni, & Alexander, || qui post eum regnum Epiri tenuit: & in Italia bello gesto, in Brutiis interit. || Post eius mortem (h) frater Aëacides regno 1 6  
successit, qui A S T I D V I S aduersus Macedonas bellorum certaminibus populum fatigando, offensam ciuium contraxit: || ac propterea in exilium actus, Pyrrhum filium (i) viuum, admodum paruulum in regno reliquit. || Qui & ipse 1 8  
cum a populo propter odium patris ad necem quaereretur, furtim (k) subtractus in Illyrios defertur: || traditusque est Beroæ, (l) Glauci regis vxori nutriendus, quæ & ipsa generis Aëacidarum erat. || Ibi eum, seu misericordia fortunæ 2 0  
eius, seu infantilibus blandimentis inductus rex, aduersum Cassandrum Macedonia regem, qui eum sub belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis officio. || Quibus rebus moti Epirotæ, odio in misericordiam verso, (m) annorum x i. eum in regnum reuocauerunt, datis tutoribus, qui regnum (n) vsque adultam eius ætatem tuerentur. || Adolecens deinde multa bella gessit; tantusque 2 2  
rerum successu haberi cæptus est, vt Tarentinos (o) solus aduersus Romanos tueri posse videretur.

Num.

Num. I. (a) *Quoniam* &c.] Similis excursus totidem prope verbis inchoatur infra 18, 3, 1.

2 (b) *Molossorum*] Chæones primum, Molossos deinde regnasse refert Strabo lib. 7. quem lege. B.

4 (c) *Lanassum*] Sic Veit. & Plutarchus in Pyrrho cap. 1. qui eam facit genitam Cleodis Hylli filii, qui filius erat Herculis. B.

6 (d) *Andromachen* Hæc. &c.] Videndus omnino Seruius ad illud Virgillii Aen. 3. 319.

*Hæc tibi, Andromache, Pyrrhini cunnibus seruas?*

7 (e) *Infidus Orestes*] Sic & Virgilius Aen. 3. 337.

— *scelerum furui agnatus Orestes*

*Excipit incantum, patriasque obruncat ad aras.*

Consentit Velleius 1, 1, 8. Strabo tamen lib. 9. pag. 290, 22. & *Mashe-tes* sublatum tradit. Conciliare videtur Entebius Chron. ad ann. DCCLIV. Pyrrhum Delphi in templo Apollinis occisum ab Oreste, sed nimirum prodicione *Alacæri* successerit. Ipse autem fecisse putandus est, quod per alium quis fecerit.

8 (f) *Piala*] *Pielum* vocat Pausanias in Atticis. *Pylades* hic imperitii liberti substituerat, Orestis nomine inducti. Erat hic *Andromachæ* filius. Pausan. Ceterum Regum Epiri genus vide apud Pausaniam in Atticis, & Plutarchum in Pyrrho. B.

9 (g) *Arrybam*] Ita ex veteri scriptura legendum iudicauit, habent enim *Vet. thribam*, alii *heribam*. Nisi quis malit ex Plutarcho *Pyrr.* c. 1. *Tharrhytam*, quod accedit ad *Tarriba*, quod in vno veteri legitur. Et quæ de eo Plutarchus refert cum auctore nostro conueniunt: *Tharrhytam* seruum primum qui moribus *Græciæ, literæ, & legibus* humani ciuitates imbuti, celeberrime euasisset. *Tharyp-* hunc vocat Pausanias in Atticis: eius filius *Alcetas*, pater *Arryba*, sive *Arbyæ*, vt Plutarchus, seu *Arbyba*, vt Diodorus lib. 16. & Neoptolemi. *Arbybæ* filius *Aëacides*, à quo Pyrrhus. Neoptolemi filia, *Troas*, Olympias Alexandri Magni mater, & Alexander filius, de quo supra 12. 1. & 2. Hæc ex Plutarcho & Pausania. Hinc supra lib. 7. 6. 11. legendum arbitror, conciliant e nuptias patris, tutores virginis, *Arbyba*, rege *Molossorum*. Et lib. 8. 6. 4. *Siquidem Arbybam regem Epiri* &c. atque *Alexandrum paruulum eius, vxoris Olympiadis fratrem, &c.* Lector sagax & eruditus iudicet. Bong. Plutarchus in Alex. c. 2. fratrem Olympiadis *Arbybam* vocat, quod idem cum *Arbyba* crediderim: licet *Selymbria* & *Selybria*, *lampiana* & *lapsana*, *ελαμπίαν* & *ελαψάν* &c. promiscue dicitur.

16 (h) *Frater Aëacides*] Frater patruelis, vt ex iis constat quæ supra notauit. B.

17 (i) *Viuum admodum paruulum*] Plutarchus Pyrrh. cap. 2. *παραίσιον ὄντα*. Lego *binium admodum*, vt paruulum ex glossa sit. B.

Ego



Ego parvulum non liberis abicio, dictionem autori familiarum. vt 13, 3. l. &c. Magis probo Freinsih. pro vltimam rescribentem *sum.*

18 (c) *Subtrahus*] ab Androelide & Angelo. Plutarch. in Pyrrho c. 2.

19 (1) *Glauca*] *Glauca* pridem G. Maior edidit, & firmat eam scripturam Plutarchus in Pyrrho c. 4.

20 (u) *Anonorum XI. l.*] *Duodecim* ait Plutarchus Ibid.

Ibid. (n) *Vsq;e adultam*] Ita Mss. Modiani, & amat sic loqui postea, vt ostendit in Indice Freinsihemius. Editi, *vsq;e ad adultam.*

22 (e) *Salus*] Deest dicam, an abest hoc in Mss. Modii.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARVM:  
LIBER XVIII.  
CAP. I.

Igitur (a) Pyrrhus rex Epiri, cum iteratâ Tarentinorum legatione, additis Samnitium & Lucanorum precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus fatigaretur, non tam supplicum precibus, quam (b) spe inuadendi Italiæ imperii inductus, venturum se cum exercitu pollicetur. || IN QVAM rem inclinatum semel animum, præcipitem agere cœperant (c) exempla maiorum: ne aut in seclor patruo suo Alexandro videretur, quo defensore iudem Tarentini aduersus Bruttios vsi fuerant; aut minores animos Magni Alexandro habuisse, qui tam longâ à domo militia Orientem subegit. || Igitur relicto custode regni filio Ptolemæo, annos xv nato, exercitum in portu Tarentino exponit, duobus parvulis filiis, Alexandro & Heleno, in solatia longinquæ secum expeditionis (d) adductis. || Cuius auditio

audito aduentu, Consul Romanus (e) Valerius Lævinus, festinans vt prius cum eo congregeretur, quam auxilia sociorum conuenirent, exercitum in aciem educit: || Nec rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini moram fecit. 6 || Sed Romanos vincentes iam, (f) inusitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere prælio coegit; victoresque iam noua Macedonum monstra repente vicerunt. || Nec hostibus incruenta victoria fuit. Nam & ipse Pyrrhus grauius vulneratus est; & magna pars militum eius cæsa; maioremque gloriam eius victoriæ, quam lætitiâ habuit. || Huius pugnæ euentum multæ ciuitates secuta; Pyrrho se tradunt. || Inter ceteras etiam Locri, prodito præsidio Romano, ad Pyrrhum deficiunt. || Ex ea præda Pyrrhus (g) CC captiuos milites Romam gratis remisit, vt cognita virtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. || Interiectis deinde diebus, cum sociorum exercitus superuenisset, (b) iterato prælium cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit.

NOTÆ AD LIBRVM XVIII.

Num. 1. (a) *Igitur Pyrrhus*] De Pyrrhi in Italiam expeditione, Plutarchus in Pyrrho, Pausanias lib. 1. l. Florus lib. 1. 18. Orosius lib. 4. 1. & epitome Liuiana. B.

Ibid. (b) *Spe inuadendi &c.*] Vide notata superius ad 4. 5. 5.

2 (c) *Exempla maiorum*] Virgil. Æn. 3. v. 342.

*Et quid is antiquam viri utem, animæque viriles,*

*Et pater Aeneas, & auunculus excitas Hector?* Ita Æn. 12. 439.

3 (d) *Adducti*] Legendum *abducti*. B.

4 (e) *Valerius Lævinus*] Plutarcho in Pyrrho cap. 34. *Αλ. Σίρος.*

Licet transpositis, & interiecto, legendum *Λουδοίον*. Pugna eorum missa est medio campo inter Pandosiam urbem & Heracleam. Plutarch. ibidem. Heraclea autem, auctore Plinio 3, II. pr. inter Sicim est & Acitin fluuios. Vnde in Orofio 4, I. legere audeo, apud Heracleam & Pandosiam urbem, fluuiumque Sirin: quamuis Ms. habeat, Heracleam Campaniæ urbem, fluuiumque Lirin: cum nulla sit Campaniæ Heraclea, & Liris fluuius ab hoc loco alienus sit. Sequitur est autem Orofius lori corruptum exemplar. ideo vt Orofius, ita & Florus 1, 18. to. emendandus. B.

6 (f) *Inuoluta ante elephantem forma*] Plinius 8, 6. pr. scribit, Italiam non visos hæcenus elephantos, *bonos Lucias* appellasse, quippe in Lucanis primos esse. Adde Varroem lib. 6. de lingua Latina, Florum 1, 18, II. Solinum cap. 25. Frontinum strateg. 2, 4, 13.

10 (g) *CC captiuos*] De quibus versus Ennii elegantes sunt apud M. Cicero. Officior. 1, 12. B.

11 (h) *Iterato*] Ad Asculum vibem.

## CAP. II.

Interea Mago, dux Carthaginensium, in auxilium Romanorum cum (a) cxx nauibus missus, senatum adiit, *ægre tulisse Carthaginenses, affirmans, quod bellum in Italia à peregrino rege paterentur: Ob quam causam missum se, vt quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxiliis iuuarentur.* ¶ Gratia à senatu Carthaginensibus acta, auxiliaque remissa. ¶ Sed Mago ingenio, post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginensium, Pyrrhum adiit (b) speculaturus consilia eius de Sicilia, quocum arcessiri fama erat. ¶ (c) Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii Carthaginensibus fuerat, vt Romano bello, ne in Siciliam transire posset Pyrrhus, in Italia detineretur. ¶ Dum hæc aguntur, legatus à senatu Romano (d) Fabricius Luscinus missus, pacem cum Pyrrho composuit. ¶ Ad

7 ¶ Ad quam confirmandam, (e) Cyneas Romam cum ingentibus à Pyrrho donis missus, neminem, cuius domus muneribus pateret, inuenit.

8 ¶ Huic continentia Romanorum simile exemplum, iisdem ferme temporibus fuit. ¶ Nam missi à senatu in Ægyptum legati, cum ingentia sibi à Ptolemæo rege missa munera spreuissent, inter-

iectis diebus ad coram inuitatis, aureæ coronæ missæ sunt, quas illi (f) honoris causa receptas, postera die (g) statuis regis imposuerunt. ¶ Igitur Cyneas cum turbatam cum Romanis pacem (h) ab Appio Claudio renuntiasset, interrogatus à Pyrrho, *qualis Roma esset*, respondit, (i) *Regum*

10 *urbem sibi visam.* ¶ Post hæc legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis Carthaginensium bellis vexabatur. ¶ Itaque relicto Locris Alexandro filio, firmatisque sociorum ciuitatibus valido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit.

11 *urbem sibi visam.* ¶ Post hæc legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis Carthaginensium bellis vexabatur. ¶ Itaque relicto Locris Alexandro filio, firmatisque sociorum ciuitatibus valido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit.

Num. 1. (a) *CXX nauibus*] CXXX habet Valer. Max. 2, 7. B.

4 (b) *Speculaturus consilia*] Vt solebant Carthaginenses. Vnde Frontin. strateg. lib. 1 c. 2. n. 3. & 4. Ars magna Principibus etiam in familiaribus, de qua Piccatoris obseruatio. dec. 7, 4.

5 (c) *Nano Romanus &c.*] Mens auctoris legi postulat; Nam Carthaginensibus, ead. em. a. Romanis f. Sebif. Mihi 7<sup>o</sup> Romanis glossamati simile videtur.

6 (d) *Fabricius*] Alii hunc missum ferunt, vt de captiuis redimendis ageret. De Romanorum continentia lege Valerium 4, 3. Hoc voluit Varro lib. 2. de vita Pop. R. *Una absentia viri multarumque Romæ fuerunt, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere.* B.

7 (e) *Cyneas*] Fuit hic Demosthenis auditor, cuius eloquentia plures vires, quam suis armis subactas esse dicebat Pyrrhus. Plutarch. Pyrr. c. 28. Adde Liuium 3, 4, 4, 5.

9 (f) *Honoris causa*] hoc est, ne liberalitatem regis aspernari vide-

viderentur. Mss. tamen *humini* habent: vnde Freinsh. *omnis* facit: quippe mali ominis fuisset, hospitalia munera non admittere.

Ibid. (g) *Stratus regis imposuerunt* ] Muneribus scilicet regibus in ipsius regis honorem versis. quæ certe non adulatio, sed Romana moderatio potius dici debuit. Narrat Athenæus lib. 10, 10. *Ælianus* var. 2, 41. & *Laetius* in *Xen.* haud multum dissimile factum *Xenocratis philosophi*, qui muneris sibi datam à *Dionysio* rege coronam auream, domum à cena rediens, *Mercurio*, qui itabaturæ regias artes, iniecit. Adde *Lipii Notam* 167, ad *Tacit. anpal.* 2.

10 (h) *Ab Appio Claudio* ] *Cum de Pyrrho pace geretur, ad eam causam Appium illum & cacum & Iencu delatum, memorie prodromum est.* *Cicero Philipp.* 1, 5. Adde *l. 1. §. 1. ff. de postulando.* & *l. 2. §. 26. de orig. iur.*

Ibid. (i) *Regum urbem* ] *Plutarchus in Pyrrho c. 42. de Senatu tantum: cum multorum regum visum esse concilium.* B. *Florus* 1, 15, 26. *Urbem templum sibi visam, senatus regum esse.*

## CAP. III.

Et quoniam ad Carthaginienfium mentionem  
ventum est, de origine eorum pauca dicenda  
sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quo-  
rum casus etiam dolendi fuerunt. || Tyriorum  
gens condita (a) à Phœnicibus fuit, || qui (b) ter-  
ram motu vexati, relicto patriæ solo, (c) Assyrium  
flagnum primo, mox mari proximum littus in-  
coluerunt, || condita ibi urbe, quam (d) à pi-  
scium vbertate, Sidona appellauerunt: nam pi-  
scem Phœnices sidon vocant. || Post multos de-  
inde annos à rege Afcaloniorum expugnati, na-  
uibus appulsi, Tyron urbem ante annum Troia-  
næ cladis condiderunt: || ibi Perlsarum bellis diu  
varieque fatigati, victores quidem fuere: sed at-  
tritibus viribus, (e) à seruis suis multitudinem abun-  
dantibus, indigna supplicia perpassi sunt: || qui  
conspiratione facta, omnem liberum populum  
cum dominis interficiunt: atque ita potiti vrbe,  
lares

lares dominorum occupant, rempub. inuadunt,  
coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos  
procreant. || Vnus ex tot millibus seruorum fuit,  
qui miti ingenio, senis domini, paruulique filii  
eius fortuna moueretur; dominosque non truci  
feritate, sed pia misericordiae humanitate respi-  
ceret. || Itaque cum velut occisos alienasset, seruis-  
que de statu reipub. deliberantibus placuisset re-  
gem ex suo corpore creati, eumque potissimum  
quasi acceptissimum diis; qui solem orientem  
primus vidisset, rem ad Stratonem (hoc enim ei  
nomen erat) dominum occulte latentem detu-  
lit. || Ab eo formatus, cum medio noctis omnes  
in vnum campum processissent, ceteris in Ori-  
entem spectantibus, solus Occidentis regionem in-  
tuebatur. || Id primum aliis videri furor, in Oc-  
cidente solis ortum querere: || vbi verò dies ad-  
uentare cœpit, ediffimisque culminibus vrbs  
oriens splendens, exspectantibus aliis, vt ipsum  
solem aspicerent, hic primus omnibus fulgorem  
solis in summo fastigio ciuitatis ostendit. || Non  
(f) seruilis ingenii ratio visa; requirentibusque  
auctorem, de domino constitetur. || Tunc intel-  
lectum est; QVANTVM ingenua seruilibus in-  
genia præstarent; malitiaque seruos, non sapien-  
tia vincere. || Igitur venia seni filioque data est;  
& velut numine quodam referuatos arbitrantes,  
regem Stratonem creauerunt. || Post cuius mor-  
tem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes  
transiit. || Celebre hoc seruorum facinus, (g) me-  
tuendumque exemplum toto orbe terrarum fuit.  
|| Itaque Alexander Magnus, cum interiecto tem-  
pore in Oriente bellum gereret, velut vltor pu-  
bica

blicæ securitatis, expugnata eorum vrbe, omnes qui prælio superfueraut, ob memoriam veteris cædis (b) crucibus affixit: ¶ genus tantum Stratonisinuiolatum seruauit, regnumque stirpi eius restituit, ingenuis & innoxii incolis in sula attri- butis, vt, exstirpato seruili germine, genus vrbis ex integro conderetur.

Num. 2. (a) *A Phœnicibus*] Curtius 4. 4. 25. ab Agenore Tyrum conditam scribit. Hanc postea Romanorum coloniam Vlpianus l. in pr. ff. de censib. celebrat, inde sibi originem fuisse memorans.

3 (b) *Terramotu vexati*] Strabo lib. 1. & 16. B.

Ibid. (c) *Affyrum stagnum*] Lucum intelligit *Gennesaretiuum*, de quo Strabo lib. 16. De Sidone & Tyro vide eundem Strabonem, & Q. Curtium. B. Adde Pomp. Melam l. 12. Alterius Tyri Phœnicum coloniz, quam præfringit fluuius Tyras, meminit Ann. Marcellinus 22, 13.

4 (d) *A piscium vbert.*] Sed D. Hieronymus in quaestione sine tradit. Heb. in Genesim (tom. 3. 206. d.) De Chanaan primum natus est Sidon, inquit, à qua vrbe in Phœnice Sidon vocatur.

6 (e) *Seruis famulit. abund.*] Florus 3. 12. 15. *Quid bella seruilia?* vnde ubi, nisi ex abundantia familiarum? Tacit. annal. 4. 27. *Vrbi trepidat ob multitudinem familiarum, qua gliscerat immensum, minore indies plebe ingenua.* Iunge Theucydidem 4. 16. 12. de Spartanorum Helonis: Liliurum 3. 16. 3. Senecam de clem. 1. 24. princ.

13 (f) *Non seruili*] Plato lib. 6. de LL. sub finem ex Homero productus hos versus qui nobis tamen Odyls. 17. 312. paulo aliter leguntur:

Ἥμισυ γὰρ τι νῶς ἀπαμείβεται εὐρώπῃ Ζεὺς,

Ἀνδρῶν δὲ ἄδῃ καὶ τῶν ἄλλων ἡμᾶς ἐλπίει.

*Dimidia menta deprinat Iuppiter illos*

*Seruili quoscumque vros sors cepit iniquam.*

Contra ea Dionys. Cato lib. 3. distich. 11. *Vrile consilium &c. & maxime Seneca epist. 47.*

17 (g) *Metuendum exemplum.* Et n. 18. *publica securitas*] Eodem vtus argumento Marcellinus 17. 29. *ut seruis rebelles, inquit, acius signa transferri, nihil a publica rogi abat.*

18 (h) *Crucibus*] Quippe proprio feruorum supplicio. Plaut. in Milite 2. 4. 19. Tacitus histor. 2. 72. 4. & 4. 11. 9. Vulcatius in Auidio Cassio c. 4. Capitolinus in Maccino cap. 12.

## CAP. IV.

- 1 Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis  
conditi, PARCIMONIA & labore quaerendi cito (a) conualuere. ¶ Ante cladem dominorum cum & opibus, & multitudine abundarent, missa in Africam iuuentute, (b) Vticam  
3 condidere: ¶ cum interim (c) rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Elissa filia, insignis formæ  
4 virgine, heredibus institutis. ¶ Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. ¶ Elissa quoque (d) Acerbæ auunculo suo, sacerdoti Hercules, qui honos secundus à rege erat, nubit.  
6 ¶ Huic magna, sed dissimulata opes erant: aurumque metu regis non tectis, sed terræ crediderat: ¶ quam rem etsi homines ignorabant, fama  
7 tamen loquebatur. ¶ Qua incensus Pygmalion, oblitus iuris humani, auunculum suum, eundemque (e) generum, sine respectu pietatis occidit. ¶ Elissa diu fratrem propter scelus auerfata, ad postremum dissimulato odio, mitigatoque  
9 interim vultu, fugam tacito molitur, assumptis quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse, eandemque fugiendi  
10 cupiditatem arbitrabatur. ¶ Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare velle, NE amplius ei mariti domus, cupida obliuionis, gratiam Iulius imaginem renouaret, neque vltra amira admonitio (f)  
11 oculis eius occurrat. ¶ Non inuitus Pygmalion verba fororis audiuit, existimans cum ea & aurum  
12 Acerbæ ad se venturum. ¶ Sed Elissa ministros migrationis à rege missos, nauibus cum omnibus  
T 3 opibus



opibus suis prima vespera imponit, prouecta que  
 in altum, compellit eos onera harenæ pro pecu-  
 nia inuolucris inuoluta, in mare deicere. ¶ Tunc 13  
 deflens ipsa, lugubrique voce Acerbam (g) ciet;  
 orat, vt libens opes suas recipiat, quas reliquerat; ha-  
 beatque inferas, quas habuerat causam mortis. ¶ Tunc 14  
 ipsos ministros aggreditur: sibi quidem ait opta-  
 tam olim mortem: sed illis acerbe cruciatus, & dira  
 supplicia imminere, qui acerbe opes, quarum spe parri-  
 cidium rex fecerit, auaritia tyranni subtraxerint.  
 ¶ Hoc metu omnibus iniecto, comites fugæ ac- 15  
 cepit. Iunguntur & senatorum in eam noctem  
 præparata agmina; atque ita (h) sacris Herculis,  
 cuius sacerdos Acerbas fuerat, repetitis, exilio se-  
 des quærunt.

Num. 1. (a) *Conualuere*] Est qui mutat, *conuoluer*, minime ad  
 Iustini genium: cui *conualuere* significat crescere, seu potentia  
 auferere. Sic 3, 4, 1. & 36, 2, 18.

2. (4) *Vitam condit*.] Eadem Velleius 1, 2, 9. & Mela 1, 7.

3. (c) *Rex Tyro*] Malim Tyri. Didonis autem pater Agenor,  
 filius Beli. b. Silius Italicus in titio libris, de bello Punico, vbi de  
 fano Didonis seu Elissæ:

— sicut in marmore incisa

*Effigies, Belusque parens, omnique nepotum*

*Æ Belsæricis: fac gloria gentis Agenor:*

*Et quælonga dedit terræ cognomina Phœnix,*

Lucem huic historię toti fœnerabuntur scitissimi illius Musæ,  
 quæ Fabri semestria lib. 3. cap. 2. & 13.

5. (d) *Acerbas*] Qui vulgo, & à Marone, *Sichæus* dicitur. In ora  
 Mss. aliquot adscriptum est, *Harbas* legendum: falso Mauritano-  
 rum principem cum Didonis marito confundentes. Alii, *Acerbas*  
 habent, ut pro b. Seruius in Virgilio, notat *Sicharbam* eundem  
 appellatum, & fragmentum de Didone, quod mihi ex veteri libro  
 transcriptum communicauit popularis meus P. Darsiel: in quo to-  
 tus hic locus adducitur ex Trogo Pompeio in Epitomis. B.

8. (e) *Generum*] Id est, sororis maritum, vt ex Sophoclis Oedi-  
 po tyranno, & Probi Pausania, notant viri ingenio parabilis Jac-  
 Cuiacius Observation. 6, 17. Quomodo & Ditmarus, & Vviti-  
 chindas

chindus Saxo lib. 1. loquuntur sunt. Sed & Cedrenus, Iothor socer-  
 rum Moyse vocat *πυγμαλιον ἢ γαμαλιον*. Vt quicumque vxorem al-  
 teri dat, aut filiam, aut sororem, eius gener dicitur. Fortasse &  
 qui ducit, gener dicitur: quo sensu *πυγμαλιον* legimus  
 Matth. 22, 24. B. Zonaras in Strauracia generale vocabulum re-  
 stringit, *γαμαλιον* ἐπὶ τῆ ἀδελφῆ. Cæterum istiusmodi nomina  
 cognationum & affinitatum, ab autoribus non-iurisconsultis  
 confundi sepe contumpeque, demonstrat præter alios Alb. Gentil-  
 is lib. 5. de nuptiis, pag. 448. & seq.

10. (f) *Oculi eius*] Cicero familiar. 6, 1. *Oculi augent dolorem,*  
 *nec auertere ea miserius cogitationem sinitur.*

13. (g) *Ciet*] Forte ciens.

15. (h) *Sacris Herculis*] Institutus primum ab Iroa Tyri rege  
 (qui in sacris Regum libris *Chiram* vocatur) sub id tempus, quo  
 Salomon Hierosolymis imperabat. Ioseph. antiquit. Iudaicar. 8, 2.

## CAP. V.

1. P rimum illis appulsus terræ, Cyprus insula  
 2. fuit: ¶ vbi sacerdos Iouis, cum coniuge &  
 liberis, deorum monitu, comitem se Elissæ so-  
 ciumque præbuit, pactus sibi posterisque perpe-  
 3. tuum honorem sacerdotii. ¶ Conditio pro ma-  
 4. nifesto omine accepta. ¶ Mos (a) erat Cyprii,  
 virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pec-  
 uniam quæsturas, in quæstum ad litus maris  
 5. soluturas. ¶ Harum igitur ex numero lxxx ad-  
 modum virgines raptas, nauibus imponi Elissæ iu-  
 bet; vt & iuuentus matrimoniam, & vrbs subolem  
 6. habere posset. ¶ Dum hæc aguntur, Pygmalion  
 cognita sororis fuga, cum impio bello fugientem  
 persequi pararet; ægre precibus matris, & deo-  
 rum minis victus, quieuit: ¶ cui cum in ispirati va-  
 tes canerent, non impuere lacryum, si incrementa vr-

bis toto orbe auspiciatissima (b) interpellasset, hoc mo-  
 do spatium respirandi fugientibus datum. || Ita-  
 que Elissa delata in Africa sinum, incolas loci  
 eius, aduentu peregrinorum, (c) mutuarumque  
 rerum commercio gaudentes, in amicitiam soli-  
 citat: || deinde (d) empto loco, qui corio bouis  
 (e) tegi posset, in quo fessos longa navigatione  
 socios, quoad proficisceretur, reficere posset; co-  
 rium in tenuissimas partes secari iubet, atque ita  
 maius loci spatium quam petierat, occupat: || vn-  
 de postea ei loco (f) Byrsæ nomen fuit. || Con-  
 fluentibus deinde vicinis locorum, qui spelucris  
 multa hospitibus venalia inferebant; sedesque  
 ibi statuentibus, ex frequentia hominum velut  
 instar ciuitatis effectum est. || Uticensium quo-  
 que legati, dona ut consanguineis attulerunt;  
 hortatique sunt, vrbem ibi conderent, vbi sedes  
 sortiti essent. || Sed & Afros detinendi advenas  
 amor cepit. || Itaque consentientibus omnibus,  
 Carthago conditur, statuto annuo vectigali  
 (g) pro solo vrbis. || In primis fundamentis ca-  
 put bubulum inuentum est: quod auspicium  
 quidem fructuosa terra, sed laboriosa, perpe-  
 tuoque serua vrbis fuit: propter quod in alium  
 locum vrbis translata. || Ibi quoque (h) equi ca-  
 put repertum, bellicosum potentemque popu-  
 lum futurum significans, vrbis auspiciatam sedem  
 dedit. || Tunc (i) ad opinionem nouæ vrbis con-  
 currentibus gentibus, breui & populus, & ciui-  
 tas magna facta.

Num 4. (a) *Moxerat* &c. Lactantius diuinar. insit. 1. 17. *Venus*  
*autur mulieribus in Cypro moris illius fuit, nec sola preter alia mulie-*  
*res impudica & virorum appetens videretur. Armeniis similes fe-*  
*re morem vitibus Strabo, sine libri II. & Lydis Herodotus 1. 95.*  
 Punicis

Punicis Valerius Max. 2. 6. 15. Phœnicibus D. Augustinus de Ciui.  
 Dei. 4. 10.

7 (b) *Interpellasset*] Sic autor iterum 15. 3. 3. & 44. 4. 20. Ele-  
 ganter Curtius 6. 6. 14. *Ne in seditionem res verteret, otium inter-*  
*pellandum erat bello.* Et 4. 6. 11. *Saxa cotique interpellant specum.*  
 Capitolinus in M. Ant. Philosc. cap. 2. *Interpellauit ipsam sicut et em-*  
*securitate tempore imperii, Tiberio iuuuatio.* Vide de hac voce Freins-  
 hemii indicem.

8 (c) *Mutuarumque rerum commercio*] Quod Spartanis quo-  
 que tribuit autor 3. 2. 1. & Germanis Tacitus cap. 5. idemque cum  
 Aristoteles Politic. 1. 5. tum Plinius nar. hist. 33. 1. princ. vt anti-  
 quissimum, & maxime conueniens naturæ commendat.

9 (d) *Deinde empto loco*] Virgilius 1. Æneid. Strabo 17. Appi-  
 anus de bellis Punicis: Eufesthius in Dionysium: & ceteri  
 passim autores de Carthagine multa: de qua florere rectius putat  
 Sallustius lug. 19. 3. *quam patrum dicere, B.*

Ibid. (e) *Tegi*] Male vitur autor hoc verbo: rectius Appia-  
 nus de bell. Pun. pag. 1. b. *ἄρα ἔργον πύργου πρὸ τῆς πόλεως*: & Li-  
 uius 34. 61. 10. *quantum loci, bouis tergo amplecti poterimus.* Nec ali-  
 ter Virgilius Æn. 1. 372.

*Taurino quantum possent circumdare tergo.*

10 (f) *Byrsæ*] Strabo lib. 17. pag. 52. 4. *Byrsam*, hoc est, ter-  
 gus, ait arcem fuisse in media vrbis Carthagine, loco edito, in cui-  
 us vertice templum Æsculapii fuerit, quod Asdrubalis vxor, vr-  
 be capta, secum coneruarit.

14 (g) *Pro solo*] Ita 19. 1. 4. Antiquitatem obserua moris illius  
 pendendi vectigalis quod *selarum* Vlpianus, nostri *Bodonijus*  
 appellat. Infra 19. 2. 4. *Stipendium vrbis* condicitur.

15 (h) *Equicaput*] Ideo *Καρχαδὼν* dicta, quod ipsorum lin-  
 gua est *caput equinum*. B. Adde Virgil. Æn. 1. v. 424. Eiusmodi  
 auspicia prisca in condendis vrbibus curiose obseruata, præter  
 alia exemplo est Roma apud Liuium 1. 55. 7.

17 (i) *Ad opinionem nouæ vrbis*] Infra 23. 1. 12.

## CAP. VI.

Cum successu rerum florentes Carthaginis  
 opes essent, rex (a) Maxitanorum (b) Hiabaras  
 decem Pœnorum principibus ad searcessit, Elis-

se nuptias sub belli denuntiatione petit: || quod legati reginæ referre mentuentes, Punico cum ea ingenio egerunt; nuntiantes regem aliquem posse, qui cultiores vitus eum, Afrosque perdoceat: || sed quem inueniri posse, qui ad Barbaros & ferarum more viventes transfire à consanguineis velit? || Tunc à regina castigata, SI PRO (c) salute patriæ asperiores vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur: regis mandata aperuere, dicentes, QUÆ præcipiat alius, ipsi facienda esse, si velit vrbi consultum esse. || Hoc dolo capta, diu Acerbæ viri nomine eum multis lacrymis & lamentatione flebili inuocato, ad postremum *ituram* se quo *sua* vrbe *fata* vocarent, respondit. || In hoc trium mensium sumpto spatio, pyra in vltima parte vrbis extructa, velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias cædit, & sumpto gladio pyram conscendit; || atque ita ad populum respiciens, *ituram* se ad *virum*, sicut *præceperant*, dixit, vitamque gladio finiuit. || Quando Carthago inuicta fuit, pro dea culta est. || Conditæ est vrbs hæc (d) LXXII annis ante quam Roma; || cuius virtus sicut bello clara fuit, ita domi status variis discordiarum casibus agitata est. || Cum inter cetera mala, etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, & SCelere pro remedio vfi sunt. || Quippe (e) homines, vt vitæ animas immolabant; & impuberes (quæ ætas (f) etiam hostium misericordiam prouocat) aris admouebant, (g) pacem deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita dii rogari maxime solent.

Num. 1. (a) *Maxianoribus*] Vett. quidam *Muxianorum*, vulgo *Mauritanorum*. Eustathius (in Dionij. pag. 30. a.) *Hiarbam* regem

gem facit *Maticum*. Apud Stephanum de vrbib. *Malytes* sunt *Libya Nomades*. Sunt autem & alij *Malytes*, & alij *Machmes*. Docto lectiori iudicium relinquo. B. *Malytes* Libyicos populos, habet etiam Amm. Marcellinus lib. 29. cap. 25. & 27. De his auctori sermonem hic esse, sentit etiam in exercitationibus Plinianis pag. 32. c. magnus ille Salmastius.

Ibid. (b) *Hiarbas*] Melius sine aspiratione *Hiarbas*, quomodo & Græci, & Virgilius, idem.

4 (c) *Pro salute patriæ*] Neque enim idonei aliquid habent antiqui *salute communis*. Vatro rer. hum. lib. 20. citante Nonio in Vocæ Antiquis.

6 & 7] Seruius non vulgo vulgatus, sed manuscriptus (Fuldenus) ad illud Virgilio *Æn. l. v. 344.*

*Imperium Dido Tyria regis vrbe profecta.*

*Dido*, inquit, verè non sine *Elissa* antea dicta est: sed post interitum à *Poenis* *Dido* appellata fuit, id est, *Virago*, *Punica lingua*; quod cum à *sua* ciuitas egeret arcidam de *Africæ* regibus *nuide*; & priora *maritimi* amore teneretur *3* oris se animo & interiret, & in *pyram* iniecit, quam se ad expiansio priora *maritimi* manes extraxisset, fingebat. Mod.

9 (d) LXXII annis] Hic plurimum variant auctores quidam ante Troiam captam conditam volunt, inter quos Philistus apud Eusebium, & Appianus: quidam post captam Troiam, antequam Roma conderetur. Neque hi in numero annorum consentiunt. *Paterculus* 1, 64. annos quibus & LX ante Romam. *Liuii* epitoma lib. 51. annos DCC fessile Carthaginem refert: eursus autem est anno vrbis DCVII. fuerat ergo ante urbem conditam annos XCLII. *Solinus* cap. 30. annos DCCXXXVII, vel vii in veteri codice *Vineti* legitur DCLXXVII. *Eusebius* venisse in potestatem Romanorum anno à conditione sui DCLXXIII. (ita est in Ms.) vel vltali affirmant DCCXLVIII. prior numerus vno anno plus habet, quam *Paterculi* ratio. *M. Cætero* de Repub. *Nec tantum Carthago habuisset opus, fecerant: fere annos, sine consilio & disciplina*. Sed hæc accuratius explicauit *Bochelli* mei ad *Eusebium* observationes chronicae. B. *Consultendus* & *Scaliger* animaduertit, *Euseb.* ad annum MCLXVII, & MDCCCLXXI maxime vero ænonibus *Hælogis*. Cum auctore nostro congruit traditio *Catonis* apud *Seruium* ad *Virgilio* *Æn. l. v. 271. Æn. 4. v. 459.*

12 (e) *Homines vt vitæ animas*] Vide *Curium Ruf.* 4. 3. 38 & B. & *Silium Italicum* lib. 4. v. 67 *Quandam præter Carthaginenses, hoc iumentis dixit sacrificium* *Dionysius Halicarn.* 1. 38. *Gallus* etiam alias gentes occidentales sua etiamdem ætate, sub *Augusti* principatu tenuisse scribit; occidentente *Cæsare* *Gall.* 6. 16. & *Plinio* 30. 1. 6n. Sed & de maioribus nostris *Tacitus*

Germ. c. 9. Quo verò ritu Poeni liberos immolarint, refert Plutarchus in libro de superstitione cap. 21. & Diodorus 20, 14. Rationem habet Varro lib. 16. diuinar. rer. citante Augustino 7, 19. de Civ. Dei: Ideo à quibusdam pueri Saturno solitissimi immolari, sicut à Pœnu; & à quibusdam etiam iuvenes, sicut à Gallis: quia omnium feminum spirituum est genus humanum. Ceterum humana sacrificia facunde execratur Lactantius 1, 21. Adde Ioan. VViorum de præstig. dæm. 1, 7.

Ibid. (f) *Etiã hostium*] Ita fere infra 16, 2, 5.

Ibid. (g) *Pacem deorum*] Proprie verbum est Pontificale: Nonius propitiationem interpretatur. Ita Livius 7, 2, 1. *Pacem deum exposcende causâ, lectisternium fuit.* Plautus Amphitru. 5, 1, 75. *Vt Iouis supremi, multum hostium, pacem exposcam.*

Silius Ital. lib. 15, v. 439.

*Gramineas pacem superum poscebat ad aras.*

### CAP. VII.

Itaque A D V E R S I S tanto scelere numinibus, 1  
cum in Sicilia (a) diu feliciter dimicassent, 2  
translato in Sardiniam bello, amissa maiore exer- 3  
citus parte, graui prælio victi sunt. || Propter 4  
quod duce suum (b) Maleum, cuius auspiciis 5  
& Sicilia partem domuerant, & aduersus Afros 6  
magnas res gesserant, cum parte exercitus, quæ 7  
super fuerat, exulare iusserunt. || Quam rem ægre 8  
ferentes milites, legatos Carthaginem mittunt, 9  
qui reditum primo, veniamque infelicis militiæ 10  
petant; tum denuntient, (c) quod precibus ne- 11  
queant, armis se consecuturos. || Cum & preces & 12  
minæ legatorum præterea essent, interiectis die- 13  
bus, concensis nauibus, armati ad urbem veni- 14  
unt: || ibi deos hominesque testari, non se ex- 15  
pugnatum, sed recuperatum patriam venire; offensu- 16  
rosque ciuibus suis, non virtutem sibi priore bello, sed 1  
fortunam defuisse: || prohibitis comæatibus, ob- 2  
fessaque vrbe, in summam desperationem Carthagi-

7 thaginienfes adduxerunt. || Interea Cartalo Ma-  
lei exsulis ducus filius, cum præter castra patri-  
(d) à Tyro, quo decimas Herculis ferre, ex præ-  
da Siciliensi, quam pater eius ceperat, à Cartha-  
ginienfibus missus fuerat, reuenteretur, arcessi-  
tusque à patre esset, prius publica se religionis of-  
ficia executurum quam priuata pietatis, respon-  
8 dit. || Quam rem etsi indigne ferret pater, non  
9 tamen vim afferre religioni ausus est. || Interie-  
ctis deinde diebus, Cartalo (e) petito comæatu  
à populo, cum reuerfus ad patrem esset, ornatus  
que purpura, & infulus sacerdotii, omnium se  
oculis ingereret, tunc in secretum abducto pater  
10 ait: || *Ausue es, nefandissimum caput, ista purpura  
& auro ornatus, in conspectum tot miserorum ciuium  
venire? & mœsta ac lugentia castra, circumfluentibus  
quieta felicitatis insignibus, velut exultabundus intra-  
11 re? Nusquam ne te alius iactare potuisti? Nullus locus  
aprior, quam sordes patris, & exilii infelicis arumne  
12 fuerunt? Quid, quod paulo ante vocatus, non dico  
patrem, duce certe ciuium tuorum superbe spreuisti?  
13 Quid porro tu in purpura ista coronisque aliud, quam  
14 victoriarum mearum titulos geris? Quoniam igitur  
tu in patre nihil nisi exsulis nomen agnoscis; ego quoque  
imperatorem me magis, quam patrem iudicabo; sta-  
tuamque in te exemplum, ne quis posthac infelicibus  
15 miseris patris illudat. || Atque ita eum cum or-  
natu suo, in (f) altissimam crucem in conspectu  
16 vrbis suffigi iussit. || Post paucos deinde dies Car-  
thaginem capit: euocatoque populo ad concio-  
nem, exilii iniuriam queritur: (g) belli necessi-  
tatem excusat: contentumque victoria sua, punitis  
auctoribus miserorum ciuium, iniurijs exilii omnibus  
seve-*



se veniam dare dicit. ¶ Atque ita decem senatoribus interfectis, urbem legibus suis reddidit. ¶ Nec multo post ipse affectati regni accusatus, duplicis & in filio & in patria patricidii pœnas dedit. ¶ Huic Mago imperator successit, cuius industria, & opes Carthaginienfium, & imperii fines, & bellica gloria laudes euerunt.

Num. 1. (a) *Diu feliciter* ] Duo Mss. & vulgari, & Orosius 4. d. *infeliciter*: quod non probat: sequitur enim, *Sicilia partem damnata*. B. Facit præsequens num. 7. & 13: ubi de præda victoriaque Siciliensi.

2 (b) *Maleum* ] *Matæum* edidit in Orofio Fabricius, quomodo habet vnus Ms. B.

3 (c) *Quod precibus nequeant* ] Eiusmodi preces armatas, *καταναγκαστικα* Cicero ad Artic. 9. 16. eleganter appellat, hoc est, interprete Platone epistol. 7. *de precibus nequeant* *καταναγκαστικα*, preces cum necessitate ac vi coniunctas. *Preces erant, sed quibus contractum non passeret*, inquit Tacitus hist. 4. 46. de militibus impendia orantibus. *Quod rogant, exigere possunt*. Lilius 32. 21. Huc pertinet vox illa centurionis in Senatu Romano, qui gladii capulum ostendens, *Suos non feceritis, inquit, his faciet*. Suet. Aug. cap. 26.

7 (d) *At Tyro, quo decimas Herculi* ] Carthaginienfes, quod ex Tyro in coloniam essent deducti, decimas omnium, que in præsentium rationem cadebant, Herculi colonia suæ patrono Tyrum transmittere solitis scribit Diodorus 20. 14.

9 (e) *Petito commatu* ] hoc est, abundi licentia. Vulgo *saluum condultum* appellant.

15 (f) *Atiffimam crucem* ] Vt solebat in noxio aliquo insigni, Sicut Poeni factitarunt in Regulo apud Silium Italicum:

*vidicim robore pendens*

*Italiam cruce sublimi peltaret ab alta*

Quo peruenit irritis Galbæ, qui cuidam imploranti leges, & *in rem Rom. se testificantis, quasi solatio & honore crucis pernotato leuaturus, nullo præter cetera altioreni flatu crucem inquit*. Sueton. Galb. c. 9.

16 (g) *Belli necessitatem excusat* ] Bene Latine, Sic Lilius 36. 23. 4. *valeritatem oculorum excusauit*, hoc est, in sui excusationem adduxit. *Excusare magnit uoluntatem negotiorum* Tacit. annal. 5. 1. *Diuersa excusare*, hoc est, diuersas excusati patrociniū causas prætere. Ibid. 3. 11.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTORICARUM.

LIBER XIX.

CAP. I.

1 Mago Carthaginienfium imperator, cum primus omnium, ordinata disciplina militari, imperium Pœnorum condidisset, viresque ciuitatis non minus bellandi arte quam virtute firmasset, (a) diem fungitur, ¶ relictis duobus filiis Hasdrubale & Hamilcare: qui per vestigia paternæ virtutis decurrerent, sicuti generi, ita & magnitudini patris successerunt. ¶ His ducibus Sardinia bellum illatum: ¶ aduersus Afros quoque vectigal pro solo urbis multorum annorum repetentes, dimicatum: ¶ sed Afrorum SICVTI causa iustior, ita & fortuna superior fuit; bellumque cum his solutione pecuniæ non armis finitum. ¶ In Sardinia quoque Hasdrubal grauiter vulneratus imperio Hamilcari fratri tradito interit: ¶ cuius mortem, cum iustus ciuitatis, tum & (b) dictatura vndecim, & (c) triumphus quattuor insignem fecere: ¶ hostibus quoque creuere animi, (d) VELVTI cum duce vires Pœnorum cecidissent. ¶ Itaque Sicilia populis propter assiduas Carthaginienfium iniurias, ad (e) Leonidam fratrem regis Spartanorum concurrentibus, graue bellum natum: in quo & diu, & varia victoria præliatum fuit. ¶ Dum hæc aguntur,

tur, legati à Dario Perſarum rege Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœnii humanas hoſtias immolare, & canina veſci prohibebantur; ¶ (f) mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere à rege iubebantur: ¶ petentes ſimul auxilia aduerſus Græciam, cui illaturus bellum Darius erat. ¶ Sed Carthaginienſes auxilia negantes, propter aſſidua finitimum bella, cæteris, ne per omnia contumaces viderentur, (g) cupide paruere.

## NOTE AD LIBRVM XIX.

Num. 1. (a) *Diem ſungitur*] Is Mago ſeipſum interfecerat, ob rem male geſtam contra Syracuſanos. Ob quam cauſam in crucem corpus mortui ſublatum eſt à Carthaginienſibus. Plutarchus in vita Timoleontis, cap. 33.

7 (b) *Diſtatura*] Romano more loquitur, & vim potius eius poteſtatis ſimilitudinemque cum Romana, quam proprium vocabulum reſpicit. Indicem Freinſhemii velle, ubi plures qui ita locuti. Simili ratione Curtius 5, 2, 11. & noſter ſupra 2, 11, 15, *pretoribus* nominant, & infra 31, 2, 9. *Conſulem*.

Ibid. (c) *Triumphis*] Seruius ad illud Virgilii Æn. 4. v. 37.

*Ducitoresque alii, quos Africana terra triumphis  
Ducit: alii:*

*Quidam dicunt, inquit, Aphros nunquam triumphaffe. Plinius autem ſecundò hiſtoria naturali, & Pſo-peius Trogus Aphros dicunt pompam triumphis primò inueniſſe, quàm ſibi Romani poſtea vindicarunt. Lianus utem Andronicus reſert, eos de Romanis ſapientum triumphaffe, ſuarque peritici Romaniſſi poſtea adornaſſe.*

3 (d) *Veluti cum duce &c.*] Similis locus ſupra 6, 8, 1.

9 (e) *Leonidam*] Diodorus 19, 80. Acrotatum Cleomenis regis filium appellat; & videtur eadem eſſe hiſtoria, niſi quod forſan ex erratio luſtini temporum ratio minus congruit. Er.

11 (f) *Mortuorum corpora crem. &c.*] Ipſum cremare non fuit apud Romanos veteri inſtituti terra condebantur, &c. Plin. 7, 54. Iudæorum morem notat Tacitus hiſtoriar. 5, 3, 8. Id verno micam alicui videatur (quod & Barn. Briſſonius lib. 2. de rege Perſar. obſeruat) Perſarum Regem, Carthaginienſibus humaniſſi conſuetudi-

ſuetudinem vt abominabilem interdixiſſe, quæ Perſis tamen ipſis in vſu fuerit, vt apparet ex Herodoto 3, 16. & Xenophonte lib. 8. Cyræid. ſub finem. Vt proinde non ab re Joh. Kirchmannus lib. 1. de fun. Rom. cap. 2. ſuſpicietur, hunc luſtini locum traiditione corruptum, & ita reſcribendum eſſe: *mortuorum corpora terra potius obruere, quam cremare, à rege iubebantur. Quæ tranſpoſitio cum veteri Perſarum conſuetudine ad amuſſim conuenit: nec aliena eſt à ritu ipſorum Carthaginienſium, quibus τὸν νεκρὸν κρημνίζω ſeu cremationem cadaverum, etiam ante Darii iſtius ætatem in vſu fuiſſe legimus. Et poterunt illi iuſſu Perſe aliquantisper à crematione abſtinueſſe: ad quam tamen, vt fuit illorum ingenium, paulo poſt redierunt. Quamquam id quidem certum eſt, ſeculis poſterioribus cremationem Perſis etiam vſitatum fuiſſe: quod cum ex Amm. Marcellino 19, 3. princ. tum Procopio lib. 1. de bello Perſico pag. 17, 12. eſt manifeſtum, vbi Seſoſi præter cætera criminari datur, quod uxorem contra ſas leges Perſarum humauerit potius quam cremauerit.*

13 (g) *Cupide paruere*] De humanis tamen ſacrificiis id negat Curtius 4, 2, 39. vbi ſacrilegium hoc, inquit, verius quam ſacrum Carthaginienſes à conditoribus (Tytiis) traditum, vſque ad excidium vrbis ſuaſeſſe dicuntur. Niſi forſan idem, quod modo de crematione ſuſpicabamur, hic dici poſſit, illud intermiſſum ad tempus, & in vſum poſtea reuocatum: quod ipſum etiam ſerè Tytiis acceſſiſſe, Curtius ibidem aſſerit. Tertullianus apolog. cap. 8. ſcribit, Carthaginienſes principatu Tiberii fuiſſe prohibitos id facere, crucifixis etiam ſacerdotibus: nihilominus tamen perſeuerare in eo ſacrificio, etiam ſua ætate, ſed occulte. Plutarchus apophtheg. c. 20. Gelonem tradit Carthaginienſes, ad Himeram deuiſos coegiſſe inter conditiones pacis hanc etiam adſcribere: *ipſos in poſterum, liberi Saturno nunquam immolaturi*. Cæterum in orbe Romano deſitas *ἀνερωστροβίας* lege lata ab Imp. Hadriano, narrat Porphyrius lib. 2. De abſtinentia ab eſu animalium, ex Pallante.

## CAP. II.

- 1 Interea (a) Hamilcar bello Sicilienſi interſcitur, relictis tribus filiis, Imilcone, Hannone,
- 2 Giſcone. ¶ Hasdrubali quoque par numerus filiorum fuit, (b) Annibal, & Hasdrubal, & Sapho. ¶ Per hos res Carthaginienſium ea tempeſtate gerebantur. ¶ Itaque & Mauris bellum illatum,

latum, & aduerſus Numidas pugnatum, & Afri compulſi ſtipendium vrbis conditæ Carthaginienſibus remittere. ¶ Deinde C V M familia tanta imperatorum gravis liberæ civitati eſſet, omniaque ipſi agerent ſimul & iudicaret, centum ex numero ſenatorum iudices deliguntur, ¶ qui reuerſi à bello ducibus, rationem rerum geſtarum exigenter, vt hoc metu ita in bello imperia (c) cogitarent, vt domi iudicia legesque reſpicerent. ¶ In Sicilia in locum Hamilcaris, imperator (d) Imilco ſuccedit: qui cum nauali terreſtrique bello ſecunda prælia feciſſet, multasque ciuitates cepiſſet, repente (e) peſtilentis ſideris vi exercitum amiſit. ¶ Quæ res cum nuntiata Carthagini eſſet, mœſta ciuitas fuit: omnia vlulatus non ſecus ac ſi vrbs ipſa capta eſſet, perſonabant: ¶ clauſæ priuata domus, clauſa deorum templa, intermiſſa omnia ſacra, omnia priuata officia damnata. ¶ Cuncti deinde ad (f) portum congregantur, egredientesque paucos è nauibus, qui cladi ſuper fuerant, de ſuis percontantur. ¶ Vt (g) verò dubia antea ſpe, & ſuſpenſo metu incerta orbitatis exſpectatione, caſus ſuorum miſeris eluxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infelicitum matrum vlulatus, & flebiles querelæ audiebantur.

Num. 1. (a) *Hamilcar bello Sicil.* ] Supra lib. 4. 2, 7. Diodorus 20. 30. B.

2 (b) *Annibal*] Mirum quid in mentem venerit auctori, quod *Aſtrubalem* Annibalis patrem facit: cum *Anilcarem* omnis habeat hiſtoria. Fortaſſe fuerit hic Annibal ſenior, Annibalis magni patris. Nam & tempus congruere videtur.

6 (c) *Imperia cogitarent*] G. Maior in editione veteri, probante in Variis lectionib. Bongarſio, mallet *agitarent*: quomodo Noller 1, 5, 5. dixit, *agitare regnum*, hoc eſt, regnare: & Seneca epiſt.

120. *agitare publicum*, hoc eſt, veſtigal exercere, publicanum eſſe. Mihi non diſplicet *cogitarent*, eo ſenſu quo Tacitus annal. 1. 11. 2. *Non dominationem & ſervor, ſed reſtorem & cines cogitaret*. Noſter iteum 42. 4. 4. plus *hoſtem quam fratrem cogitans*.

7 (d) *Imilco*] Diodoro 14. 51. *Ἰμίλκων*. Is totam ferme Siciliam, exceptis Syracuſis, occupauerat. B.

Ibid. (e) *Peſtilentis ſideris vi*] Peſtem eam deſcribit Diodorus 14. 71. & 72.

8. 9. 10.] Similem publici luſtus hypotypoſin vide ſupra 5, 7. 4. &c.

10 (f) *Portum*] Editi plerique *portam*, quod mendosum eſſe, tota narrationis ſeries arguit.

11 (g) *Vt vero dubia*] Similium Tacitus A. 4. 63. 3.

## CAP. III.

- 1 Inter hæc procedit inops è naui ſua imperator, ſordida ſeruilique tunica diſcinctus: ad cuius conſpectum plangentium agmina iunguntur.
- 2 Ipſe quoque manus ad cælum tendens, nunc ſortem ſuam, nunc publicam fortunam deſlet:
- 3 ¶ nunc deos accuſat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta victoriarum, qua ipſi dederant, abſtulerint: qui captis tot vrribus, totiesque hoſtibus terreſtri naualeque prælio victis, exercitum victorem non bello, ſed peſte deleuerint. (a) Deferre ſe tamen ciuibus ſuis non modica ſolatia, quod mali eorum hoſtes gaudere, non gloriari poſſent. ¶ Quippe cum neque eos qui mortui ſunt, à ſe occiſos; neque eos qui reuerſi ſunt, à ſe fugatos poſſent dicere. (b) Prædam quam relictis à ſe caſtris abſtulerint, non eſſe valem, quam velut ſpolium victi hoſtis oſtendent: ſed quam poſſeſſione vacua, fortuitis dominorum mortibus, ſicuti caduca occuparint. ¶ Quod ad hoſtes pertinet, victores ſe reſeſſiſſe; quod ad peſtem, 8 victos. ¶ Nihil tamen ſe grauius ferre, quam quod interfortiſſimos viros mori non potnerit, ſeruatusque ſit non

fit non ad vitæ iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis. ¶ Quamquam ubi miseræ copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoque sequentium commilitones suos: ¶ offensusque patriæ, non ideo se in eam diem vixisse, quoniam velit vivere: sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hostium exercitus relictos, morte sua (b) proderet. ¶ Tali vociferatione per urbem ingressus, ut ad limina domus suæ venit, profecutam multitudinem velut postremo alloquio dimisit: ¶ obseratisque foribus, ac nemine ad se, ne filius quidem admittis, (c) mortem sibi conscivit.

Num. 4. (a) Deserre ] Rediisse forte refertur.

10 (b) Proderet ] hoc est, desereret, destitueret. Sic infra 22, 8, 14, pater filiorum proditor. Martialis 9, 73, proditor Helles, expendente Grutero, cum legatur vulgo peritor. Livius 26, 36, 9. Publica prodendo, tua nequiquam serues. Hoc sensu Virgilius Æn. 10, 593, Græci quoque ita προδοίσεις. Vt Hierodjanus lib. 6, pag. 138, τὰ ὄπ' ὅτε τὰς ἀνατολὰς δι' ἀμείλιον προδοίσεως: quod Politianus, ut solet, optime vertit: qui res in oriente per negligentiam prodidit. Vbi prodidit: rescribendum male censent emendatores: qui & eruditissimi Xylandri versionem in Dione lib. 33, non bene castigant: præstitit nunquam suscipere bellum, quam susceptum prodere, substituitque deserere. Nobis proprie hoc dicitur, *verworfosen, verließelichen*.

12 (c) Mortem sibi conscivit ] Caputalem sibi ipsi multam irrogavit, vitam inedia finiuit. Diodorus 14, 77, B.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARVM.  
LIBER XX.  
CAP. I.

Dionysius (a) è Sicilia Carthaginensibus pulsus, occupatoque totius insulæ imperio, (b) GRA-

(b) GRAVE otium regno suo, periculosamque desidiæ tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit: ¶ simul ut militum vires continuo labore (c) acuerentur, & regni fines proferrentur. 2 ¶ Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant, fuit: ¶ quibus deuictis, finitimos quosque aggreditur, omnesque Græci nominis Italiam possidentes, hostes sibi destinat: ¶ quæ gentes non partem, sed vniuersam ferme Italiam ea tempestate occupauerant. ¶ Denique multæ vrbes adhuc post tantam vetustatem (d) vestigia Græci moris ostentant. 7 ¶ Namque (e) Tuscorum populi, qui oram in- 8 feri maris possident, (f) à Lydia venerant: ¶ & (g) Venetos, quos incolas superi maris videmus, capta & expugnata Troia, Antenore duce, misit: 9 ¶ (h) Adria quoque Illyrico mari proxima, quæ & (i) Adriatico mari nomen dedit, Græca vrbs est: 10 ¶ (k) Arpos Diomedes exciso Ilio, naufragio in ea 11 loca delatus, condidit. ¶ Sed & Pisæ in Liguri- 12 bus (l) Græcos auctores habent: & in Tuscis, Tarquinii à Thesalis & (m) Spinambri: (n) Peru- 13 sini quoque originem ab Achæis ducunt. ¶ Quid (o) Ceren urbem dicam? Quid Latinos populos, 14 qui ab Ænea conditi videntur? ¶ Iam (p) Falisci, (q) Nolani, (r) Abellani, nonne Chalcidensium coloni sunt? ¶ Quid tractus omnis Campaniæ? Quid Bruttii, Sabinique? Quid Samnites? 15 ¶ Quid (s) Tarentini? quos Lacedæmone profecto, (t) Spuriusque vocatos accepimus: ¶ (v) Thurinorum urbem condidisse Philocteten ferunt, ibique ad huc monumentum eius visitur: & (x) Hercules sagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Troiæ fuere. V 3 No-



## NOTÆ AD LIBRUM XX.

Num. 1. (a) *Dionysius*] Quo pacto hic Sicilia devicta Italiam agrestis sit, lege Diodorum lib. 14. B.

Ibid. (b) *Græce eriam &c.*] Infra 35. 1. 1. Velleius 2. 78. 4. *Cæsar*, ne res disciplina inmiscisima Otium curam pereret militem, crevisti expeditionibus, parentia periculorum, bellis experientia durabat exercitum. Seneca epist. 56. Magni imperatores cum male parere militem vident, aliquo labore composcunt, & expeditionibus detinent. Nisi quam vacat lascivire districte nihil, tam certum est, quam uti vitia negotio desunt. Adde Curtium 6. 6. 14. & 8. 9. 1.

2 (c) *Acherentur*] Vitruv. eo similes Florus 2. 3. 6. Nec aliter vtræq; gentis, quasi cote quadam Populæ Romæ ferrum sua virtutis decubatur. Seb.

3. 4. 5. 6.] Hi dicti, non *Italis*, quomodo præci & germani Italiae populi: sed *Italici*, quod essent & Græcia in Italian adventitii: sicuti Siciliotæ & Phthiotæ à Sicilia & Phthiis discriminauit. Hinc appellatur *Philosipota* quoddam, genui *Italici*, quod auctore Pythagora Samio à Græcia in Italia colli cepisset. Hocum item erant *Italice mensæ* luxu infames, de quibus Plato epist. 7. & ex eo Cicero Tullius. s. 35.

6 (d) *Vestigia Græci moris*] Vide Gruteri dissertationem 45. ad Tacitum.

7 (e) *Tuscorum populi*] Tyrreni, à Tyrreno Atys filio, Hercules nepote. Strabo lib. 5. ceteri. Seneca de consol. ad Helviam cap. 6. *Tuscorum Asia sibi vendicatur*. Confer hunc locum cum Solini cap. 2. Vidè & Virgilium l. 7. & II. Aeneid. & Tacit. annal. 4. 6. B.

Ibid. (f) *A Lydia*] Sic & Velleius l. 1. 9. & 10. Appianus Punicæ pag. 3. c. alii. Dionysius tamen Halicarnass. l. 16. Tuscos non aduenam, sed indigenam gentem, nec vanis argumentis, facit.

8 (g) *Veneros*] Hos à deusis Troianis octos (& quæ non gens originem indementitur) auctores plerique cum nostris tradunt. V. Cato apud Plinium 3. 19. Livius l. 1. 2. & 3. Virgilius Æn. 1. 246. Silius Italicus 3. 6. 4. & c. Strabo tamen lib. 4. pag. 134. 7. eosdem ab *Eneæ*, Galliæ populis, Oceano accolis, descendisse verifimiliter putat. *Ab Eneæ* porro dicti *Veneri*, sicut ab *avis* *Vinnus*, & similia.

9 (h) *Adria*] Quæ Ptolemæo & emendatioribus Plinii codicibus, Hermol. Barbaro in castig. teste, *Adria*, *Adriæ* quoque dictam, & à Diomede fuisse conditam, notat Stephanus. *Romanorum* coloniam facit Livius epit. 11.

Ibid. (i) *Adriatico mari nomen dedit*] Idem affirmant, Polybius

bius 2. 14. Livius 5. 33. 8. Strabo 5. pag. 148. Plinius 3. 16. Eustathius in Dionys. pag. 19. pr. quorum contra consensum nihil valet vnius Aurelius Victor in Æl. Adriano hunc hinc norem *Adria Martuicorum* agri *Piceni oppido*, quod à nostro diuerfum est, tribuens.

10 (k) *Arpa*] Prius *Argiripa* dicta. Virgil. Æn. 11. 246. quo loco lege Seruam. B. Adde Appianum in Annibale pag. 311. c. Plinium 3. 11. Stephanum in *Ἀργυροπία*, & Scholiasten Lycophronis. De hoc oppido accipiens Horatius lib. 1. Satyr. 8. 6.

11 (l) *Græcos auctores*] *Pisam*, seu *Pissam*, seu *Pisum* (nam variè scribunt auctores) à Pisis, Elidis in Peloponneso vrbe, deducit Strabo lib. 5. pag. 154. 12. Plinius 5. 15. Itinerarium Rutillii lib. 7. v. 573.

*Elide deducit suscepit Etruria Pissam.*

Ibid. (m) *Et Spinambri*] Probatur mihi Clareani coniectura, vt legamus *Tharquinii à Thyssalis, & Spina, & Rauenna*. Rauennam enim à Thyssalis conditam docet Strabo. Malim tamen, & *Spinâ vrbi*, quod à Veteri lectione propius abest. Spina autem quondam *Græca vrbs nobilis*. Strabo. B.

Ibid. (n) *Perusini q. orit. ab Aclæis*] Appianus autem lib. 5. bell. ciu. Perusiam à Tyrrenis in Italia conditam, & ob id Iunonem Tyrrenorum more in ea vrbe coli solitam tradit. Adde quæ Seruius adnotauit ad Virgil. 10. 198.

12 (o) *Ceres*] *Cæren* alii scribunt: quam à Pelasgis conditam refert Strabo. De vrbum conditoribus, auctorum dissenfentia hic notare, non est mihi propiitum: & tanta est inter eos varietas, vt ne vrbs quidem Romæ quæ consistit. B.

13 (p) *Falisci*] Seruius ad Virgil. Æn. 7. 695.

Ibid. (q) *Nolani*] Solinus cap. 2. *Nolani* à Tyriis, seu potius, emendante Salmasio, *Thuriis*, qui mox *Thurium* Nollro sunt, conditam scribit: Velleius 1. 7. 5. à *Tuscis*. Cum auctore nostro consentit Silius Ital. lib. 12. v. 136.

*Hinc ad Chalcidicam transferri citus agmina Nolam.*

Ibid. (r) *Avellanæ*] De *Avella*, quæ & *Auella* (vide *noces auellanae*) deducit Macrobius Sat. 1. 14. vide Seruium ad Virgil. Æn. 7. v. 740. Coloniæ posterioribus temporibus factam, autor est Frontinus.

15 (s) *Tarentini*] Memorabilem historiam conditæ vrbis *Tarenti* vide apud Strabonem lib. 6. Faulianum in Phocicis, Statium ad Virgil. Æn. 3. 552. aliofque.

Ibid. (t) *Spuriis*] De quibus supra ad 3. 4. 7.

16. (v) *Thurinatorum urbem*] Quæ antea *Sybaris*, inde *Thurium*, & *Thurni*, & *Thuria*: denique *Copia* dicta. *Liuius* 25, 15, 12. *Thurini* *Tarentinu* *Metapontinæ*, indidem ex *Achaia* oriundi, etiam cognatione iuncti erant.

Ibid. (x) *Herculis sagitta*] *Aristoteles* in *Admirandis*. B.

## CAP. II.

Metapontini (a) quoque in templo *Minervæ* 1  
ferramenta, quibus (b) *Epæus*, à quo conditi 2  
sunt, equum *Troianum* fabricavit, ostentant. 3  
¶ propter quod omnis illa pars *Italia*, (c) maior 4  
*Græcia* appellata est. ¶ Sed principio originum 5  
Metapontini cum *Sybaritanis* & *Crotoniensibus* 6  
pellere ceteros *Græcos* *Italia* statuerunt. 7  
¶ Cum primum urbem (d) *Sirim* cepissent, in expugnatione eius quinquaginta iuvenes amplexos (e) *Minervæ* simulachrum, sacerdotemque deæ velatum ornamentis, inter ipsa altaria trucidaverunt. ¶ Ob hæc cum peste & seditionibus vexarentur, priores *Crotonienses* *Delphicum* oraculum adierunt. ¶ Responsum his est, *si nem mali fore, si violatum Minervæ numen, & interfectorum manes placassent*. ¶ Itaque cum statuas iuuenibus iustæ magnitudinis, & in primis *Minervæ* fabricare cepissent, Metapontini cognito oraculo deorum, occupandam manum & (f) deæ pacem rati, iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt, & deam (g) panificiis placant. ¶ Atque ita pestis utrobique sedata est, cum alteri magnificentia, alteri velocitate cessasset. ¶ Recuperata sanitate, non diu *Crotonienses* quievere. Ita 10  
que indignantes, in oppugnatione *Siris*, auxilium contra se à *Locrensisibus* latam, bellum his intulerunt.

11 runt. ¶ Quo metu territi *Locrenses*, ad *Spartanos* decurrunt: auxilium supplices deprecantur.  
12 ¶ Illi longinqua militia grauari, auxilium à *Castore* & *Polluce* petere eos iubent. ¶ Neque legati responsum sociæ urbis spreverunt: profectique in proximum templum, facto sacrificio, auxilium deorum implorant. ¶ Litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant, haud secus læti, quam si deos ipsos secum (b) aduecturi essent; pulvinaria iis in naui component, faustisque profecti omnibus, solatia suis pro auxiliis deportant.

Num. 1. (a) *Metapontini*] *Metapontum* *Stephanus* aliique *Metabum* nominant. *Strabo* lib. 6. conditum tradit à *Pylis*, qui cum *Nestore* ab *Ilio* nauigantur.

Ibid. (b) *Epæus*] *Virgil.* *Æn.* 2, 264.  
— & ipse dolus fabricator *Epæus*.

Huius instrumenta in templo *Minervæ* consecrata memorat *Aristoteles* in *Admirandis*.

2 (c) *Maior Græcia*] Vide *Festum* in *Maior Græcia*, & quæ ad eum *Isid.* *Scaliger*, & *Strabonem* lib. 6. *Seneca* ad *Helium* cap. 6. *Totum Italia latius, quod inferi mari alluitur, Maior Græcia fuit.* B. Ad huius *Græciæ* differentiam nominat *Liuius* 7, 26, 19. *Græciam Viteriorem*, hoc est, *verè Græciam*; & vix hæc *est Citerior*. Quæ nobilis *Italia*; portio, una cum *bruttis*, hodie *Calabria* nomine censetur.

4 (d) *Sirim*] *Siris* *Italia* civitas, *Metaponte* propinqua: *Stephan.* Deinde *Heraclæa* dicta: *Plin.* 3, 11. *Σαγίτιν* vocat *Strabo* lib. 6. B.

Ibid. (e) *Minervæ simulacrum*] *Palladium*, ad imitationem illius *Troiani* factum, quod erat argumento, *Sirin* profugorum *Troianorum* esse coloniam.

7 (f) *Dea pacem*] *Liuius* 30, 13, 3. *Ab diu pars vtraque, hostiis malè andis, pacem petiit*, ut mala scilicet auerterent, & parcerent. Nam hoc ipso verbo vtebantur precantes. *Plautus Mercat.* 4, 1, 12.

*Apollo, quæso te, ut dei pacem propicias, &c.*

*Neque ut parcam gnato: parce propitius.* Adde *sup.* 18, 6, 12, g.

Ibid. (g) *Panificiis*] *Plinius* præfat. ad *Vesp.* *Ex diu læterifici multaque gentes supplicat: & molantantum salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio deos colere quoquo modo posse.*

14 (h) *Aduecturi*] in *Mss.* *Modii Fuldenisibus, auerturi*. *Vtrumlibet certo respectu bene: sicut supra* 18, 13. *adductis vel abductis.*

## CAP. III.

**H**is cognitis, Crotonienses & ipsi legatos ad  
 oraculum Delphos mittunt, victoriae facul-  
 tatem, bellique prosperos euentus deprecantes.  
 ¶ responsum, *prius votis hostes, quam armis vin-*  
*centos.* ¶ Cum vouisset Apollini decimas præ-  
 da, Locrenses & voto hostium, & responso dei  
 cognito, nonas vouerunt; tacitamque eam rem  
 habuere, ne votis vincerentur. ¶ Itaque (a) cum  
 in aciem processissent, & Crotoniensium cen-  
 tum viginti millia armatorum constitissent, Lo-  
 crenses paucitatem suam circumspicientes (nam  
 sola quindecim millia militum habebant) omnia  
 spe victoriae, in destinatum mortem conspirant;  
 ¶ tantusque ardor ex desperatione singulos ce-  
 pit, vt victores se putarent, si non inulti more-  
 rentur. ¶ Sed dum mori honeste quaerunt, felici-  
 ter vicerunt: Nec alia causa victoriae fuit, quam  
 quod desperauerunt. ¶ Pugnantibus Locris, aquila  
 ab acie nunquam recessit, eosque tam diu cir-  
 cumuolauit, quoad vincerent. ¶ In cornibus quo-  
 que (b) duo iuuenes diuerso à ceteris armorum  
 habitu, eximia magnitudine, & albis equis, &  
 coccineis paludamentis, pugnare visi sunt, nec  
 vltra apparuerunt, quam pugnatum est. ¶ Hanc  
 admirationem auxit incredibilis (c) famae veloci-  
 tas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est,  
 & Corintho, & Athenis, & Lacedaemone (d) nun-  
 tiata est victoria.

Num. 4. (a) *Cum in aciem processit* Ad Sagram fluium. Strabo  
 lib. 6. Cicero de Nat. deor. 1. 2. & 3. 5. Plutarchus in *Amilio* cap.  
 4. Locrensiū cum Rhēginis fuisse X. millia; Crotoniensium  
 CXXX.

CXXX. millia. Strabo refert. & ortum inde prouerbum in de-  
 rogantes rei fidem: *Cerriora esse quam illa apud Sagram: cuius me-*  
*minit & Cicero de Nat. deor. 3. 5. B. Meminit etiam Eustathius*  
*in Beotiam Homeri* pag. 110. 23.

4. 5. 6. ] Vell. Paterculus 2. 52. 2. *Metellus cum in hostem suos*  
*ire periculoſo loco iuberet, facientibus omnibus in prociſtu ſeſta-*  
*menta, velut ad certiam mortem eundem foret; non deterritus præ-*  
*ſeſſito, quem morituum miſerat, militem victorum recepit. tantum*  
*effecit miſus timori pudor, ſeque deſperatione quaſiſſa.* Vidē Vege-  
 tium de re milit. 3. 21. & 4. 25. Virgil. *Æn.* 4. 254.

Vna salus vobis nullam sperare salutem.

8 (b) *Duo iuuenes* ] Similia Florus 1. 11. 5. & Frontinus 1. 11. 9.

9 (c) *Famae velocitas* ] Adde supra 2. 14. 9. item Plinium hist.  
 nat. 7. 22. Florum 3. 3. lib.

Ibid. (d) *Nunciata est victoria* ] Ludis Olympiæ auditam  
 scribit Cicero de Nat. deor. 1. 2. & ceteri: Strabo pro fabulâ id  
 habet.

## CAP. IV.

**P**ost hæc (a) Crotoniensibus nulla virtutis ex-  
 ercitatō, nulla armorum cura fuit. ¶ ODE-  
 RANT enim quæ infelicitèr sumpserant; mutaf-  
 sentque vitam luxuria, ni (b) Pythagoras philo-  
 sophus fuisset. ¶ Hic Sami Demaroto locuplete  
 negotiatori natus, magnisque sapientiæ incre-  
 mentis ornatus, Ægyptum primo, mox Babylo-  
 niam (c) ad perdiscendos fiderum motus, origi-  
 nemque mundi spectandam profectus, summam  
 scientiam consequutus erat. ¶ Inde regressus,  
 (d) Cretam & Lacedaemona, ad cognoscendas  
 Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges,  
 contenderat. ¶ Quibus omnibus instructus,  
 Crotonam venit, populūque in luxuriam la-  
 psam, auctoritate sua ad vsū frugalitatis reuo-  
 cavit. ¶ Laudabat quotidie virtutem; & vitia lu-  
 xuria, casusque ciuitatum ea peste perditarū  
 enume-

enumerabat; ¶ tantumque studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, vt aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur. ¶ Matronarum quoque separatam à viris doctrinam, & puero-  
rum à parentibus frequenter habuit. ¶ Docebat nunc has pudicitiam, & obsequia in viros; nunc illos modestiam, & litterarum studium. ¶ Inter hæc velut **GENITRICEM** virtutum (*e*) frugalitatem omnibus ingerebat, ¶ consecutusque disputationum assiduitate erat, vt matronæ auras vestes, ceteraque dignitates suæ ornamenta, (*f*) velut instrumenta luxuriæ deponeret, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipsi deæ consecrarent, ¶ præ se ferentes, **VERA** ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. ¶ In iuuentute quoque quantum profligatum sit, victi feminarum contumaces animi manifestant. ¶ Sed ex iuuenibus cum sodalitiij iure sacramento quodam nexi, (*g*) separatam à ceteris ciuibus vitam exercerent, quasi cœtum clandestinæ coniurationis haberent, (*h*) ciuitatem in se conuerterunt, ¶ quæ eos, cum in vnam domum conuenissent, cremare voluit. ¶ In quo tumultu ferme petiere: ceteri in exilium profecti. ¶ Pythagoras autem cum annos **xx** Crotonæ egisset, Metapontum migravit, ibique (*i*) decessit: ¶ cuius tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent; eumque pro deo colerent.

Num. 1. (*a*) *Crotoniensis, nulla virt.*] De eorum pristina virtute præter Strabonem lege Ciceronem Rhet. 2.1. de luxuria autem & vitæ genere post arditas bellis frequentibus vires, vide Petronium in Satyrico, apud quem pro *scenam*, ne idem his dicat, legendum arbitror *carnas*. *Quisquis suos heredes habet, inquit, nec ad carnas, nec ad spectacula admittitur.* B. Dubitanti de hac emendatione Petroniana, Frcinshemius noster ostendit locum Liuii,

scenam

*scenam à spectaculo distinguens, lib. 7. 2. Ludis quoque sceniis, noua res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) instituti dicuntur.*

2 (*b*) *Pythagoras*] Vide Laërtium in eius vita, M. Ciceronem Tuscul. 5. 4. B. Adde Cicero de oratore 3. 24. Liuium 1. 18.

3 (*c*) *Ad perdiscedos*] *Φιλομαχίας χέειν*: tyrannidem fugiens. Strabo lib. 14. B.

4 (*d*) *Cretam*] Quam præcisæ temporibus, legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem traxisse Græcorum præstantissimos, ait Strabo lib. 10. pag. 328. 50. Adde Tacitum annal. 3. 26. 5.

10 (*e*) *Frugalitatem*] Commendatam Senecæ de tranquill. animi cap. 1. & 9. & epist. 17. Plinio epist. 2. 4. & 6. 8.

11 (*f*) *Velut instrumenta luxuriæ*] Tertullianus lib. 6. c. 2. de habitu muliebris, *instrumenta muliebrum gloria vocat.* Eo loco, vbi legitur, *medicamentis ex succo, quibus lana colorantur, emendandum videtur mala.* B.

14 (*g*) *Separatam*] Seneca epist. 5. *Id agamus, vt meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: aliqui quos emendari volumus, fugamus, & à nobis auertimus & c.* Hoc primum Philosophus promittit, *sensum communem, humanitatem, & congregatorem: à qua professione dissimilitudo separabit.*

Ibid. (*h*) *Ciuitatem in se conuert.*] Nec immerito. Liuius 34. 2. 4. *Ab hoc genere summum periculum est, si catus, & consilia, & secretas consultationes esse sinat.*

17 (*i*) *Decepsit*] Vel inedia: vel interfectus à Syracusanis, dum agrum fabaceum circuit. Laërtius in Pyth.

18 (*k*) *Templum*] Cerebris delubrum vocabant, vicumque Musis sacratum, vt idem ex Phauorino refert.

## CAP. V.

- 1 Igitur Dionysius tyrannus, quæ (*a*) supra à Sicilia exercitum in Italiam traiecit, bellumque Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotonienses vix vires longo otio ex prioribus belli claderescentes, aggressi eunt: ¶ qui fortius  
2 tum paucis tanto exercitui eius, quam antea cum tot millibus Locrensium paucitati resisterunt.  
3 ¶ **TANTVM** virtutis paupertas aduersus infolentes



lentes diuitias habet, tantoque insperata interdum sperata victoria certior est. || Sed Dionysium gerentem bellum, legati Gallorum, qui ante menses (b) Romam incenderant, societatem amicitiamque petentes aduent; || *gentem suam inter hostes eius positam esse, magnoque vsui ei futuram vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in praelium hostibus affirmant.* || Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat. || Iis autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedesque nouas quaerendi, (c) intestina discordia, & assiduae domi dissensiones fuere: || quarum tædio, cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt; & (d) Mediolanum, Comum, Brixiam, (e) Veronam, (f) Vergamum, (g) Tridentum, (h) Vicentiam condiderunt. || Tusci quoque, duce Rhæto, auiis sedibus amissis, Alpes occupauere: & ex nomine ducis (i) gentes Rhætorum condiderunt. || Sed Dionysium in Sicilia aduentus Carthaginensium reuocauit: qui reparato exercitu, bellum quod lue deseruerant, auctis viribus repetebant. || Dux belli Hanno Carthaginensis erat: || cuius inimicus Suniatus, potentissimus ea tempestate Pænorum, cum odio eius, Græcis litteris, Dionysio aduentum exercitus, & (k) segnitiam ducis familiariter prænuuntiaffet, comprehensis epistolis, proditiōis damnatur: || facto senatus consulto, *ne quis postea Carthaginensis, aut literis Græcis, aut sermoni studeat; ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete possit.* || Nec multo post Dionysius, quem paulo ante non Sicilia, [non Italia] capiebat, assiduis belli certaminibus

victus,

victus fractusque, (l) insidiis ad postremum suorum interficitur.

Num. 1. (a) *Supra*] Scilicet huius libri principio.

4 (b) *Romam incenderant*] De Roma à Gallis capta & incensa pleni sunt auctorum libri. B. Instar omnium esto Liuius lib. 3. cap. 41. & feqq.

7 (c) *Intestina discordia*] Seneca consol. ad Heluiam cap. 6. Non omnibus eadem causa relinquenda quaerendique parum fuit. Alii excidia urbium suarum, hostilibus armis elapsi, in aliena, hostiliter suis, expulerunt: alii domestica seditio submouit: quosdam fertili ora, & in manus laudatæ, fama corrupti: alii alia causa exciuit domibus suis. Adde Liuium 2. 16, 3. Sallust. iugurth. c. 78. 1.

8 (d) *Mediolanum*] Quod alii autoribus Mediolanum, & hæc Mediolanus; & Mediolana pluraliter. Vrbis originem exponit & Liuius 3, 34. 9.

Ibid. (e) *Veronam*] Huius originem & Liuius 5, 35. 1. ad Gallos cum nostro referte videtur: at Plinius 3, 19. ad Rhætos Euganeosque.

Ibid. (f) *Vergamum*] pro Bergomum: more posterioris æui usitatissimo, B. in V. conuerso.

Ibid. (g) *Tridentum*] Plinius 3, 19. Rhætorum hoc, non Gallorum facit oppidum.

Ibid. (h) *Vicentiam*] Memorata Tacito histor. 3, 8. Plinio aliisque Vectia est, imitatione Græcorum, qui ex *Albenfes, Verhenfes, Clemens*, & talibus, extruxit n. *Αλβήσιος Οίβηνησιος Κλεμένησι* faciunt. Quomodo & Græco-barbaris *καρχήσιος* est *αρχήσιος*, circensia: *ἰεράσιος*, armenta. &c. De hoc toto loco vide Saresberiensem polierat. lib. 4. cap. 17.

9 (i) *Gentes Rhætorum*] Stephanus: *Rhæti Tyrrhenica seu Tusca gens*, B.

12 (k) *Segnitium*] Mss. Fuldenses constanter *segnitiam*: quod pro eodem est. Terentius And. 1, 3, 1. *Nihil loci est segnitia atq; infortuna*. Alii dixerunt etiam *segnitas*: pro eodem. Accius *Æneadis* siue Decio: *Es nunc, quod eorum segnitatē ardet focus*. Item Andromeda: *Namque ut dicam te metu aut segnitatē addubitare, haud meum est*. Ipse denique Cicero de Orat. 1. 41. *Et quoniam de imprudentia diximus, castigenus etiam segnitatem*. Mod.

14 (l) *Insidiis a. p. interficitur*] Cicero de Nat. deor. 3, 35. *Atque (mallem namque) in suo testulo mortuus in Thymanidii in rogo in illius est*. Diodorus 15, 74. refert, eum epulante & largius bibente in

bentem in morbum incidisse: fieri autem potest, vt cum infidiis suorum periret, id ebrietati tribueretur: quod Alexandro M. [ & Claudio. Suet. ] uenit. Vide Plutarchum, & Probum in Diono. B. Plinius 7. 53. gaudio extinctum scribit, accepto tragicæ uictoriæ nuntio.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

RIARUM.

LIBER XXI.

CAP. I.

**E**xtinguendo in Sicilia Dionysio tyranno, in lo-  
cum eius milites maximum natu ex filiis  
eius, nomine Dionysium, suffecere; || & (a) na-  
turae ius secuti, **ET QVOD** firmitus futurum  
esse regnum, (b) si penes filium remansisset, quam  
fi portionibus inter plures natos diuideretur, ar-  
bitrabantur. || Sed Dionysius inter initia regni, 3  
auunculos fratrum suorum, uelut æmulos imperii  
sui, hortatoresque puerorum ad diuisionem regni,  
tollere gestiebat. || **QVARE** paulisper 4  
dissimulatum animum prius ad fauorem popularium  
conciliandum intendit; excusatus facturus  
quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. ||  
Igitur (c) nexorum tria millia è carcere di-  
mittit: tributa populo per triennium remittit;  
& quibuscunque delinquentis potest, animos  
omnium sollicitat. || Tunc ad destinatum faci-  
um conuersus, (d) non cognatos tantum fratrum,  
sed etiam ipsos interficit: || **VT** quibus confor-  
tium regni debebat, ne spiritus quidem confortium  
relinqueret, tyrannidem in suos priusquam  
in externos auspiciatus.

No-

## NOTÆ AD LIBRUM XXI.

Num. 2. (a) *Natura ius*] Plerique veteres *naturam eius*, ex quo *natura ius*, fecit doctor meus Iac. Cujacius ad l. 1. D. de pactis, quem uide. Error hinc natus est. In vet. libris diphthongus scribitur literis separatis æ. Cum ergo in veteri esset *naturæ ius*, negligens exscriptor, *natura eius*, exscripsit, quod deinde a uadæ corrector supra ducta linea emendauit. vt legeretur *naturam eius*: id & alii postea, maiori etiam audacia, mutarunt in, *maturam ætatem eius*. Similibus mendis infedum Senecam, ostendit mihi Cl. & doctissimus Vir Nic. Faber, libro de Ira 2. cap. 30. ubi legitur: *Pater est: tantum profuit, ut illi donda iniuria eius sit*: cum in libris Mss. sit, *ut illi etiam iniuria eius sit*, nemo non doctissimo viro assentiat, legendum, *iniuria ius sit*. Et lib. 1. de Clen. ent. c. 19. *Cum licet innocens alius, & ob hoc securum, salutare potentiam eius trahere*. Veteres codices, *salutare potentiam eius*: Quis non uideat legendum, *potentiam eius*? Sed Cuiacii emendationem probat auditor ipse, lib. 2, 10, 2. *atque privilegium dicit, quod ius, & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus adit*. Et lib. 34. 3. 7. *uocat ius gentium*, Vnde libenter emendarem locum libri 41. 5. 11. infra, *quarum maior Phraates, more gentis, heres regni, ut legeremus, more gentium, uel, iure gentium*. imperitus librarius pro *more*, ut sciebant veteres, concepit legendum, *more*: inde *more gentium*, tandem *more gentis*. Supra lib. 16, 2, 3. de Prolemao. *Et contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, cuius et rei populo rationem reddidit*, quæ postrema uerba notanda sunt, vt intelligamus, regem contra ius & receptos mores, nihil absque consensu populi inuouare posse. Nam & infra lib. 39. 3. 3. cum Ægypti regina minorem filium regem facere uellet, à populo compellitur, majorem eligere. Herodotus 9, 2. ait. *Est apud omnes uersos homines institutum, ut maximus natu liberus obtineat principatum*. Neque lex diuina quicquam patitur primogeniti derogari. Deuter. 21, 15. &c. Ius autem nature esse ius gentium, notum est ex Ictorum libris. [§. singularum. 11. Infit. de rer. diuis. & §. uenditæ. 42. d. 1. *iure gentium, id est iure naturali*: quæ scilicet natura lū ratio di inter omnes homines constituit. §. 1. Infit. de iure Nat. &c.] Cicero 3, 5. de Offic. *Neque uerbis hoc solum natura, id est, iure gentium, &c.* De Dionysio iunioris lege Plutarchum & Probum in Diono, & Diodorum 16, 5. cum seqq. & Gemilium. B.

Ibid. (b) *Si penes unum*] Vnde Stratius Atralo prudenter ingerit apud Livium 45, 19, 14. *Si partem regni fraternali peteres, ambo infirmos distrahis uiribus, & amicos iniuriis obnoxias fore.*

(c) *legitur nexor.*] Tacit. Histor. 4, 63. *Non iam imperium in hostibus ut in elementia fama.*

(d) *Non cogn. tant. &c.*] Plutarchus in Demetrio cap. 5. *Familia*

*milia Regum (Alexandro M. Succedentium) pancevner, frequentes habent liberarum, frequentes etiam matrum neces & uxorum. Nam fratrum parricidia, ut POSTULATA gematra sumunt, sic contedebantur habebanturque commune quoddam Postulatum & viginti ad securitatem. Quo exemplo Turcarum quoque Principes imperium a parricidiis auspiciantur.*

## CAP. II.

Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, **(a)** faginam corporis **(b)** ex nimia luxuria, **(c)** oculorumque validudinem contraxit; adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. Propter quæ dum contemni se putat, lævitia grassatur; nec ut pater carcerem nexis, sed cædibus civitatem replet. **OB QVÆ** non contemptior omnibus, quàm iniuriosus fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitavit, imperium deponeret, an bello resisteret. Sed à militibus prædam & vrbis direptionem sperantibus, descendere in prælium cogitur. Victus, cum iterato non felicius fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum, quibus cum sibi de pace conveniret. In quam rem missos primores, in carcere retinet; atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam civitatem mittit. Fitigitur in ipsa vrbe anceps prælium: in quo oppidanis multitudine superantibus, **(d)** Dionysius pellitur: qui cum obsidionem arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. Exul **(e)** à Locrensibus sociis exceptus, velut iure regnaret, arcem occupat; solitamque sibi lævitiam exerc-

exercet. Coniuges principum ad stuprum rapi iubebat: virgines ante nuptias abducebat, stupratasque sponsis reddebat. **(f)** locupletissimos quosque aut civitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum inuadebat.

Num. 1. **(a)** *Saginam*] Adde 34, 2, 7. & 38, 8, 14, præcipue de Prolemaxi prodigiola obestitate Atheorum longule à sine lib. 12. cum Æliano var. histor. 9, 13.

*Ibid.* **(b)** *Ex nim. luxur. volet. oc. cont.*] Nihil enim est, quod certiore aut citioris inductat caliginem iugi: ingluvie quia, ut ait Fortunianus, edacitas cibos vorat, sed vultus vorat. Hæc Saresbertiens. poliar. lib. 8. cap. 6. m. ubi locus hic Trogi laudatur.

*Ibid.* **(c)** *Oculor. valet. udinemi.*] Ita Livius 31, 34, 2. Vide supra Notam ad 13, 2, 11. d.

**(d)** *Dionysius pellitur*] Opera Dionis inprimis. B.

9, 10.] Demosthenes. Philippicæ 2. m. *Tæx & tyrannus omnis est libertati inimicus, & legibus infensus.* Livius 44, 2, 1. *Naturâ inimica inser se sunt, libera civitas & rex.* Otanes apud Herodotum 3, 80. *Vir tyrannum iura patriæ labefactas: feminæ vim adfert: indemnatos interimit.*

9 **(e)** *À Locrensibus*] Vide Strabonem lib. 6. & Ælianum var. histor. 9, 8. B.

10. **(f)** *Locupletissimas, &c.*] Aristoteles Politic. 5, 11. tradit, proprium Tyrannorum esse, cives reddere pauperes, & ut Nero dixit apud Suetonium cap. 32. *hoc agere, ne quis quidquam habeat: tum ut exhaustis civibus facultatem adimant nocedi: tum etiam quia ipsi in luxum & libidinem perenni sumptu est opus.*

## CAP. III.

Dein cum rapinæ occasio deesset, vniuersam civitatem callido commento circumvenit. Cum Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, voverant, si victores forent, ut **(a)** die festo Veneris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, cum aduersa bella cum Lucanis gererent; in contionem eos

Dionysius vocat: hortatur vt vxores filiasque suas in templum Veneris, quam possint ornatisimas mittant: **¶** ex quibus sorte ducte centum, voto publico fungantur, religionisque gratia; vno stent in lupanari mense, omnibus ante iuratis viris; ne quis vllam atramine: **¶** Quae res ne virginibus, voto ciuitatem soluentibus, fraudi esset, decretum faterent, ne qua virgo nuberet, priusquam ille maritis traderentur. **¶** Probato consilio, quo & superstitioni & pudicitiae virginum consulebatur, certatim omnes feminas impensius exornatas, in templum Veneris conueniunt: **¶** quas omnes Dionysius immisissis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in praedam suam vertit. **¶** Quarundam viros ditiores interficit, quasdam ad prodendas virorum pecunias torquet. **¶** Cum his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Siciliam redit. **¶** Ibi Syracusas (b) securis omnibus, post longam intercapedinem pacis, per proditionem recepit.

Num. 2. (a) Die festo Veneris] Aegodisus sunt Atheno lib. 8. & 4. Veneralia quidam interpretantur, sicut Bacchanalia, Saturnalia, &c.

10. (b) Securis omnibus] Vell. Patere. 2. 118. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; & frequentissimum initium est calamitatum, SECVRITAS.

## CAP. IV.

Dum haec in Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginensium Hanno opes suas, quibus vires reipubl. superabat, ad occupandam dominationem intendit, regnumque inuadere, interfecto senatu, conatus est. **¶** Cui sceleri (a) sol-

(a) sollempnem nuptiarum diem filiae suae legit, vt religione votorum, nefanda commenta facilius tegerentur. **¶** Itaque plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, vt poculis veneno infectis, secretis senatum, & sine arbitris interficeret, (b) orbamque tempubl. facilius inuaderet. **¶** Qua re magistratibus per ministros prodita, S C E L U S declinatum, non vindicatum est, ne in viro tam potenti plus negotii faceret res cognita, quam (c) cogitata. **¶** Contenti itaque cohibuisse, decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt; idque obseruati non ab vno, sed ab vniuersis iubent, ne persona designata, non vitia correcta viderentur. **¶** Hoc consilio praeventus, iterum seruitia concitat, statutaque rursus caedum die, cum denuo se proditum videret, timens iudicium, munitionum quoddam castellum cum viginti millibus seruorum armatis occupat. **¶** Ibi dum Afros, regemque Maurorum concitat, capitur, virgisque caesus, effossis oculis, & manibus cruribusque fractis, (d) velut a singulis membris pœnae exigerentur, in conspectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in crucem figuratur. **¶** Filii quoque, cognatique omnes, etiam innoxii, supplicio traduntur, NE quisquam aut (e) ad imitandum scelus, aut ad mortem viciscendam, ex tam nefaria domo superesset.

Num. 2. (a) Solempnem nuptiarum diem] Nec enim Eoz illae Par. primum infandi sceleris exemplum sunt. Quod ad Hispanorum adagium: Nulli magi panoptian requiri, quos in nuptis & publicis ludis. Vide Camerar. oper. subciv. 1. 23. & 3. 89.

3 (b) Orbam] Senaru, quasi parentibus, destitutam.

4. 5] Scye solum insularum remedium est, si non intelligantur. Tacitus Annal. 14. 6. Tali consilio, militum conspirationem de-



clinate conatus est Vocula, apud eundem, Histor. 4, 56. & declinauit Etconicus apud Xenoph. Hist. Græc. lib. 2. princ.

4 (c) *Cogitata* Coniurationi & insidiis hoc verbi competit. Suetonius Tib. c. 19. *Tormentis expressa confessa cogitati facinorū.* Et in Calig. c. 12. *Esnon de perfetto, ac certe de cogitato parricidio professus.* Ita Curtius 6, 10, 15. & 7, 15.

7 (d) *Velut à sing. membrum panæ exig.* In simili casu, simili a. cumine Florus 3, 21, 43. *Vi per singula membra mœtere. ur.* Plinius tamen lib. 9. cap. 15. sub finem, *diversam causam mortis Hannonis adfert.*

8 (e) *Ad imitandum scelus* Hæc una est ex rationibus Regis quintæ, C. ad l. l. ul. Maiest. cuius sanctio aliis iniqua videri possit: quia scilicet in posteris exempla paterni, hoc est, hereditarii criminis metuuntur. Nota Cassiorum, Corneliorum, Brutorum, &c. historia.

## CAP. V.

Interea Dionysius Syracusis receptus, cum grauior crudeliorque in dies ciuitati esset, iterata 1  
conspiratione obsidetur. ¶ Tunc (a) deposito 2  
imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, 3  
receptoque priuato instrumento, (b) Corinthum 4  
in exilium proficiscitur. ¶ Ibi (c) HUMILIMA 5  
LIMA quæque tutissima existimans, in sordidissimum 6  
vitæ genus descendit: ¶ non contentus in 7  
publico vagari, sed potare: nec conspici in popinis, 8  
lupanaribusque, sed totis diebus desiderare: ¶ cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare, 1  
pannosusque & squalidus incedere: risum libentius præbere, quàm captare: ¶ in macello 2  
perstare; quod emere non poterat, (d) oculis 3  
deuorare: ¶ apud (e) Edilès aduersus lenones 4  
(f) iurgari; omniaque ita facere, vt contemnendus 5  
magis, quàm metuendus videretur. ¶ Novissime, 6  
ludimagistrum professus, pueros in tritico docebat, ut aut à timentibus semper in publico videretur,

retur, aut à non timentibus facilius contemnere-  
9 tur. ¶ Nam licet tyrannicis vitiis semper abundaret: tamen simulatio hæc vitiatorum, non (g) natura 1  
erat; magisque hæc arte, quàm amisso regali pudore faciebat, expertus quàm IN VISA tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. 2  
IO ¶ Laborabat itaque inuidiam præteritorum, contemptu præsentium demere: (h) neque honesta, 3  
II sed tuta consilia circumspiciebat. ¶ Inter has tamen dissimulationum artes, in simulatus est affectata tyrannidis; nec aliter quàm dum contemnitur, liberatus est.

Num. 2. (a) *Deposito imp. arcem Syracusanū* Timoleonti & Corinthiis se arcemque permissit. Legendus Plutarchus c. 17. & Probus in Timoleonte, Diodorus 16, 71. B.

Ibid. (b) *Corinthum in exilium* Mirificum mutata insigniter conditionis speculum exhibens. Diodor. cap. 71. Inde natum proetium, & Dionysius Corinthi. E. Quod extat in Cicer. ad Attic. 9. 9. Quintilian. 5, 6. Læcili Platonæ. Originem adagiū tradit Plutarchus de garul. c. 23. Adde Cicer. Tuscul. 3, 12. Valer. Max. 6, 9.

3 (c) *Humilima quæque tutissima* Seneca epist. 107. pr. *Multi in contemptu remedi causa adituerunt.* &c. Vt Brutus apud Livium 1, 56, 9. Archelaus apud Dionem lib. 57. Claudius apud Suetonium in eius vita cap. 38.

6 (d) *Oculus deuorare* h. e. auidè spectare. Ita Martialis 1, 97. & apud comedere, 9, 60.

7 (e) *Apud Edilès aduersus lenones iurg.* Edilibus enim cura fornicum popinamque fuit: quo propterea, loca Edilum inuentia vocat Seneca de vit. beat. c. 7. Vide Lips. ad Tacit. 2. Annal. excursu O. Adde notata superius ad 19. 1, 7.

Ibid. (f) *Iurgari* Mss. Bong. Modiiue, *iurgare*, ut Cicero dixit 4. de Repub. S. iurgant. *benro suum concertatio est.* Horatius tamen maluit illo uci, latyn. 2, 2, 99.

— *iure, inquis, Trifas iſtu*

*Iurgatur verbi.*

9 (g) *Natura* Freinsheim, *natura* mavult,

10 (h) *Neque honesta, sed iusta cons.* Honestia vitiis cedunt in rebus expressio. L. vii s. 23. 1, 4. *Cedit interduo generosa Spiritus vilitate.* & *seruina viribus succumbit;* ubi, *infinitura.* legitur *consilia, speciosa sequenti concidendum est.* Valer. Max. 7, 6, 1.

## CAP. VI.

**I**nter hæc Carthaginienſes tanto ſucceſſu rerum Alexandri Magni exterriti, verentes ne Perſico regno & Africam vellet adiungere, mittunt ad ſpeculandos eius animos Hamilearem, cognomento (a) Rhodanum, virum ſolertia facundiaque præter ceteros inſignem. || Augebant enim metum & Tyrus urbs, (b) auſtor originis ſuæ, capta: || & (c) Alexandria æmula Carthaginis, in terminis Africæ & Egypti condita: || & 4 felicitas regis, apud quem (d) nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabantur. || Igitur Hamilear per Parmenionem aditu regis obtento, profugiſſe ſe ad regem expulſum patria fingit, militemque ſe expeditionis offert. || Atque ita conſiliis eius exploratis, (e) in tabellis ligneis, vacua deſuper cera inducta, ciuibus ſuis omnia perſcribebat. || Sed Carthaginienſes poſt mortem regis 7 reuerſum in patriam, quaſi urbem regi (f) venditaſſet, Non ingrato tantum, verum etiam & crudelianimo, necauerunt.

Num. 1. (a) *Rhodanum*] Quidam Mss. *Rodanum* ſcilicet *Rodanem*. Frontinus ſtrategem, 1, 2, 3. *Rodanum*. B.

2 (b) *Auſtor orig.*] Vide ſuprà 18, 3, 1. &c.

3 (c) *Alexandria*] Suprà 11, 11, 13.

4 (d) *Nec cupiditas*] Seneca de Clemente, 1, 1. *Facit audivis nimiam felicitas: nec tam temperate cupiditatis ſunt: inquam, ut in eo quod contigit deſinant gradus à magnis ad majora ſis: & ſpes improbiſſimam complectantur, in ſperata aſſecturi.* Similia Thucydides 4, 4, 4, & 4, 12, 37. Diodorus 19, 1.

6 (e) *In tabellis ligneis*] Imitatione Demarſti, de quo ſuperius 2, 10, 13. *Æneas in poſteriori, cap. 31. Præter alios occulte ſcribendi modos, hunc ipſum quoque memorat: niſi quod creta ſimilius terra, non inſuſa cæra ſcripturam deletam ait. Vnde etiam modus*

rege-

relegendi litteras diuerſas, noſterait, craſa cera læſas eſſe tabellas: Æneas, ligneam tabellam in aqua poſitam, cluta creta, ſcripturam offendiſſe.

7 (f) *Venditaſſet*] Ita vet. quomodo etiam legendum in Oroſio lib. 4. cap. 6. cuius Ms. habet, *indicaſſet*. B.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-

RIARUM.

LIBER XXII.

CAP. I.

**A**gathocles (a) Sicilia tyrannus, qui magnitudini prioris Dionyſii ſurceſſit, ad regni maiestatem ex humili & ſordido genere peruenit. 2 || Quippe in Sicilia (b) patre figulo natus, non honeſtiorẽ pueritiam, quàm principia originis habuit. || Siquidem (c) forma, & corporis pulchritudine egregium, diu vitam ſtupri patientia (d) exhibuit. || Annos deinde pubertatis egreſſus, libidinem à viris ad feminas tranſtulit. || Poſt hæc apud vtrumque ſexum famoſus, vitam latrocinii 6 mutauit. || Interiecto tempore, cum Syracuſas conceſſiſſet, accuſatus in ciuitatem inter incolas 7 eſſet, diu ſine ſide fuit; || **Q**UONIAM nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod in 8 quinaret, habere videbatur: || in ſumma gregariam militiam forticus, non minus tunc ſeditioſa, quam antea turpi vita, in omne facinus promiſſiſſimus erat. || Nam & manu ſtrenuus, & in 9 concionibus perſacundus habebatur. || Breui itaque centurio, ac deinceps tribunus militum fa 10 ctus eſt. || Primo bello aduerſus (d) Æneos ma 11

X 5 gna

gna experimenta [sui (e)] Syracusanis dedit. || Sequenti (f) Campanorum, tantam de se spem omnibus fecit, ut in locum demortui ducis Damasconis sufficeretur. || Cuius uxorem adulterio cognitam, post mortem viri in matrimonium recepit. || Nec contentus quod ex inope repente diues factus esset, piraticam aduersus patriam exercuit. || Saluti ei fuit, quod focii capti tortique, de illo negauerunt. || Bis occupare imperium Syracusarum voluit: bis in exilium actus est.

NOTÆ AD LIBRVM XXII.

Num. 1. (a) *Agathocles*] Lege Diodorum lib. 19. B. Itemque Polybium 12. v. 8cc. & Suidan, cuius illa verba, *τι δ' ἀρχὴν ἔσθ' ἔτι δ' ἄξιον ἔσθ'*: non est assecutus interpres. Nam hoc haud dubie sibi voluit, quod illa Ciceronis. Cæsari mutuum cum Nicomede stuprum obsecantis, apud Suet. Cæf. 49. 7. Notum est. & quid illi illi tu dederis.

2 (b) *Potere signa*] Plutarchus in Apophtheg. c. 6. B. Ausonius epigr. 8.

3 (c) *Forma*] *Forma elegans, ac corpore valens*, Diodor. 19. 2. P.

Ibid. (d) *Exhibuit*] Vide Notas ad 9. 2. 7. & 11. 10. 9.

11 (d) *Ætneæ*] Ms. *Æthiæ*. In vetusta editione, quam Lugdunensem ex integro typographico suspicor. *Ætneæ*. Quid si *Ætneæ*, aut *Ætneæ* legas?

Ibid. (e) *Sui Syracusanis*] Inclusa absunt à bonis libris: quia tamē sine his manca est oratio, & in vno Ms. reperitur, nihil mutare ausus sum: quamvis ea mihi valde suspecta sint. Belli in Agrigentinos & Crotonianos meminit Diodorus: de Ætneis & Campanis nullum verbum, & *Damasco* illi est *Δάσκος*. Plurimum autem in tota hac narratione ab auctore nostro discrepat Diodorus, ut quivis ex lib. 19. & 20. videre potest. B.

12 (f) *Campanorum*] Nam hos in Sicilia loca quædam tenuisse, Diodorus 16. 62. indicat.

CAP. II.

1 **A** Murgantinis apud quos exulabat, odio Syracusanorum, primò prætor, mox dux creatur. || In eo bello & urbem Leontinorum capit, & patriam suam Syracusas obsidere cœpit: || ad cuius auxilium Hamilcar dux Pænorum impetratus, depositis hostilibus odiis, præsidia militum mittit. || Ita (a) vno eodemque tempore Syracusæ, & ab hoste, civili amore defensæ; & à civie, hostili odio impugnatae sunt. || Sed Agathocles, cum videret fortius defendi urbem quàm oppugnari, precibus per internuntios Hamilcarem exorat, ut inter se & Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sua repromittens. || Qua spe impletus Hamilcar, societatem cum eo, metu potentia eius iungit: ut quantum virium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticae potentia recipereat. || Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur: verum etiam prætor Syracusis constituitur. || Tunc Hamilcar, expositis (b) ignibus cereis (c) tactisque, in obsequia Pænorum iurat, & Deinde acceptis ab eo quinque millibus Astorum, (d) potentissimos quosque ex principibus interficit: || atque ita veluti reipub. statum formaturus, populum (e) in theatrum ad contionem vocari iubet, contracto in gymnasio senatu, 1 quasi quædam prius ordinaturus. || Sic compositis rebus, in missis militibus populum obsidet; se 2 natum trucidat: || cuius peracta cæde, ex plebe quoque locupletissimos & promptissimos interficit.

Num. 4. (a) *Ita vno, &c.*] Ita fere supra, 6, 5, 11.

8 (b) *Ignibus cereis*] Nam in rebus sacris, qualis illa iuris iurandi, cereis adhibitis constat, Sebis, tamen *ignib. Cereis* legendum, certe vitii quid subesse putat.

Ibid. (c) *Telluque*] Virgil. Æneid. 12, 201.

*Tango arvis, mediisque ignes, & numinat estor.*

9 (d) *Potentissimus*] Mss. Fuldenfes (vt & Bongartiani) *potissimus*, quod pro eodem est. Significat enim præcipuus & prima no. LX. Mod.

10 (e) *In theatrum ad consensum*] Nam Græcis & Græciensibus plerisque Theatrum fuisse pro curia, foro, comitio, patetentiam ex Cicero pro L. Flacco c. 7. Diodoro 16, 85. Livio 24, 29, 1. Tacito Hist. 2, 80, 6. Val. Max. 2, 2, 3. Frontino 3, 2, 6. Aufonio in prologo Iudi 7. sapient.

### C A P. III.

**H**is ita gestis, militem legit, exercitumque conscribit: quo instructus, finitimas ciuitates nihil hostile metuentes, ex improviso aggreditur. Pænorum quoque socios, permittente Hamilcare, se de vexat: propter quod querelas Carthaginem socii non tam de Agathocle, quam de Hamilcare detulerunt: || *hunc vt dominum & tyrannum, illum vt proditorem* arguentes: à quo *infectissimo hosti, fortuna sociorum, interposita pactione, donata sint*: || *sicut ab initio Syracuse in pignus societatis sint tradita, vrbs semper Pænis infesta, & de imperio Sicilia Carthaginis emula: nunc insuper ciuitates sociorum eidem titulo pacis additas.* || Denunciare igitur se, hac breui ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros, quantum malum non Sicilia magis, quam ipsi Africa attulerint. || His querelis senatus in Hamilcarem accenditur. Sed quoniam (a) in imperio esset, (b) tacita de eo suffragia tulerunt, & sententias prius quam recitarentur, in vrnam coniectas ob-

signari

signari iusserunt, dum alter Hamilcar Gisgonis filius, (c) à Sicilia reuërteretur. || Sed hæc callida commenta Pænorum; & sententias, (d) inaudita mors Hamilcaris præuenit; liberatusque est fati munere, quem sui periniuitiam ciues inaudito damnauerant. || Quæ res Agathocli aduersus Pænos occasionem mouendi belli dedit. || Prima igitur illi cum Hamilcare Gisgonis filio, prælii congressio fuit: (e) à quo victus, maiori mole reparaturus bellum, Syracusis concessit. || Sed secundi certaminis eadem fortuna; quæ & prioris, fuit.

Num. 6. (a) *In imperio esset*] *Tum temporis consul*; ut infra 31, 2. 5. de Hannibale loquitur autor. Ita Cicero de Arusp. respon. c. 17. *Sacrificium bene Dea fit in ea domo, qua est in imperio, h. e. in domo Consulis, deß regierenden Ammeisterß.* Plutarch. Cæ. c. 13.

Ibid. (b) *Tacita de eo suffragia*] Infra 22, 7, 10. Capitolinus in Gordianis cap. 12. tradit, quale fuerit apud Romanos; *senatus-consultum tacitum*; & quare sic appellatum. Sed illud ab hoc nostro diuersum est.

Ibid. (c) *A Sicilia*] *In Siciliam* legit. Freinshem.

7 (d) *Inaudita mors*] Locus hic cum depravate legeretur, Glareano negotium fecit: ego Mss. lectioem expressi, in qua nihil est quod lektorē morari possit. B.

9 (e) *A quo victus*] Diodorus extremo libro 19. apud quem de Syracusarum obsidione nihil. B.

### C A P. IV.

**C**um igitur victores Pæni Syracusas obsidione cinxissent, Agathocles cum se neque viribus parem, neque ad obsidionem ferendam instructum videret; super hæc à sociis crudelitate eius offensus, desertus esset, (a) statuit bellum in Africam transferre: || **M**IRA prorsus audacia, vt qui-



vt quibus in solo vrbis suæ par non erat, eorum vrbi bellum inferret; & qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena; victusque victoribus insultaret. ¶ Huius consilii non minus admirabile silentium, quàm commentum fuit; populo hoc solum professus, inuenisse se victoriæ viam: animos illi tantum in breuiem obsidionis patientiam firmarent: vel si cui status præsentis fortunæ displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem. ¶ Cum mille sexcenti discessissent, ceteros (b) ad obsidionis necessitatem frumento & stipendio instruit: quinquaginta tantum secum talenta ad præsentem usum aufert, cetera ex hoste melius, quàm ex focis paraturus. ¶ Omnes deinde (c) seruos, militaris ætatis, libertatè donatos sacramento adegit, eosque & maiorem partem fermè militum nauibus imponit; RATVS exæquata utriusque ordinis conditione, mutua inter eos virtutis æmulationem futuram: (d) ceteros omnes ad tutelam patriæ reliquit.

Num. 1, 2. & seqq.] *Multum interest*, ait Scipio apud Liuium 28, 44, 2. *alieni populè fieri, an tuos vt exindique viderem. Plus animi est in ferenti periculum, quam propulsanti, &c.* Vide Amiani dist. in Tacit. 18, 2. Adde notam ad 11, 6, 9.

1 (a) *Statuit bellum in Af.]* Confer hæc cum Diodoro 20, 3. & seqq. li. Val. Max. 7, 4. Idem consilii Antiocho Regi ab Annibale datum est, ut bellum in Italiam trajiceret. Liuius 34, 59. Ita Frontinus 1, 3, 8. *Scipio manente in Italia Hannibale, transmissis in Africam exercitu, necessitate Carthaginiensium imposuit revocandi Hannibalem: sique a domo in sinibus in hostiles (sic emendat Freitsh.) transiit bellum.*

4 (b) *Ad obsidionis necessitatem]* Præferendum videbatur quod habent impressi veteres, & Ms. unus. Bong. edidit, *obsidionis necessitate.*

5 (c) *Seruos militariæ ætatis]* Ita sup. 3, 6. Liuius 22, 57, 11. Florus 2, 6, 10.

ibid.

Ibid. (d) *Ceteros omnes ad tutelam]* Cum frane Anandree. Ne quid autem se abente Syracusani moverent, disfluxit à se in vicem cognationes, & maxime fratres, à fratribus, parentes à liberis, vt qui domi manebant, de amicis & propinquis qui cum Agathocle erant, solliciti, quiescerent. Dioder. 20, 4, B.

## CAP. V.

- 1 **S**eptimo (a) igitur imperii anno, comitibus duobus adultis filiis, Archagatho & Heraclida, nullo militum sciente quò veneretur, cursum
- 2 in Africam dirigit. ¶ Cum omnes aut in Italiam prædatum se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primum, exposito in Africa littore exercitu,
- 3 consilium suum omnibus aperit. ¶ Quo in loco Syracusæ posita sint, ostendit: quibus aliud nullum auxilium superesset, quam vt hostibus faciant, quæ ipsi
- 4 patiantur. ¶ Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires subministrant: foris hostem etiam suis viribus vinci (b) deficientibus sociis, & (c) odio diuturni imperii externa
- 5 auxilia circumspicientibus. ¶ Huc accedere, quod vrbes, castellaque Africa non muris cincta, non in montibus posita sunt, sed in planis campis, sine ullis munimentis iaceant: quas omnes metu excidii facile ad belli societatem perlici posse. ¶ Maius igitur Carthaginiensibus ab ipsa Africa, quàm ex Sicilia exarsurum bellum; cœturaque auxilia omnium aduersus vnam urbem, nomine quam opibus ampliores, & quas non attulerit vires,
- 7 inde sumpturum. ¶ Nec (d) in repentino Pænorum metu, modicum momentum victoriæ fore, qui tanta audacia hostium percussis, trepidaturi sint. ¶ Accessura & villarum incendia, castellorum, urbiumque contumacium direptionem, tum ipsius Carthaginis obsidionem.
- 9 ¶ Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed & aliis in se

in se sentient patere bella. || His non solum Pœnos vinci, 10  
sed & Siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in  
eius obsidione hostes, cum sua virgine antur. || Nusquam 11  
igitur alibi facilis bellum, sed nec prædam vberiore  
inueniri posse. Nam (e) capta Carthagine, omnem  
Africam Siciliamque premium victorum fore. || Glo- 12  
riam certe tam honestamilitiæ tantam in omne ævum  
futuram, vt terminari nullo tempore obtuione possit;  
vt dicatur eos solos mortaliū esse, qui bella, qua domi  
ferre non poterant, ad hostes transfulerint, victique vi-  
ctores insecuti sint, & obseffores vrbs sue obsederint.  
|| Omnibus igitur forti ac lato animo bellum incun- 13  
dum, quo nullum aliud possent aut præmium victoribus  
vberius, aut victis monumentum illustrius dare.

Num. 1. (a) *Septimo igitur* Restituendus est numerus in Dio-  
doro, initio libri 19. Cum enim lib. 20, 2. dicat, 3 Troja capta ad  
Agathoclis in Africam expeditionem, esse annos  $\nu\beta\epsilon\tau\alpha\ \pi\lambda\epsilon\upsilon\sigma\ \tau\omega\upsilon\ \epsilon\chi\lambda\alpha\kappa\alpha\iota\omega\upsilon\ \delta\gamma\delta\omicron\eta\kappa\alpha\iota\omega\upsilon$ , id est, DCCLXXXIII. & in Africam  
professus sit VII. anno imperii sui: ut & ex ipso Diodoro constar  
a capta Troia ad eius tyrannidem erant anni DCCLXXVI. Male  
igitur in Diodoro legitur  $\delta\epsilon\lambda\alpha\upsilon\sigma\ \tau\omega\ \iota\epsilon\beta\epsilon\tau\alpha\ \iota\omega\ \iota\epsilon\beta\epsilon\tau\alpha$ , id est, DCCC.  
LXVI. cum sit legendum  $\iota\epsilon\beta\epsilon\tau\alpha\ \iota\omega\ \iota\epsilon\beta\epsilon\tau\alpha$ . Nisi superior numerus  
emendandus videtur, ut legamus  $\iota\epsilon\beta\epsilon\tau\alpha\ \iota\omega\upsilon\ \delta\epsilon\lambda\alpha\kappa\alpha\iota\omega\upsilon$ ,  
Et hoc verius. B.

4 (b) *Deficientib. sociis* Tacitus Histor. 2. 97. Prosperis tui rebus,  
occurrit ad obsequiū, adversam fortunam ex æquo detrahitant. Thu-  
cydides de Atheniensium sociis, 1. 20, 20. & 1. 24, 35. & 33, 4. item-  
que de Lacedæmoniorum, 4, 11, 10.

Ibid. (c) *Odio diatarni imperii* Illorum per Africam sociis, qui  
jam dudum imperata graviter ferrent, occasionem defectionis arrepra-  
runt. Diodorus 20, 3, R. Spesqueque, nequid rei suas, omni præsent. i sta-  
tu blandior est. Lilius 31, 17, 8. Multo rodio præsentium, & cupidine ma-  
tationis, sui queque periculo letantur. Tacit. Annal. 3. 44.

7 (d) *In repentino P. metu* Subita conterrerit hostes, ustrata v le-  
ferunt. Vegetius 2. 26. Huiusmodi exempla collegit Piccarus ob-  
servation. histor. 6, 9.

11 (e) *Capta Carthagine, omnem Africam* Hoc argumento Se-  
netus apud Herodianum lib. 2. milites hortatus, Occupemus, in-  
quit,

quit, quamprimum Romani, Latere ipsum Imperii, reliqua dein sta-  
ti & capi. itare. Adde Livium 21, 33, & 34, 26, 3. Tacitum Agr. 17, 2.  
Florum 2. 9. 3.

## CAP. VI.

1 **H**is quidem adhortationibus animi militum  
erigebantur: sed terrebat eos portenti reli-  
2 gio, quod nauigantibus eis, sol defecerat. || Cuius  
rei rationem non minore cura rex, quam belli  
3 feddebat, affirmans, si prius quam proficiscerentur,  
factum esset, credituram aduerlum profecturos prodigi-  
um esse: nunc quia egressus acciderit, illis ad quos ea-  
3 tur portendere. || Porro defectus (a) naturalium stile-  
rium semper præsentem rerum statum mutare; certum-  
4 que rebus suis commutationem significari. || Sic con-  
solatis militibus, vnuerfas (b) naues, consentien-  
te exercitū, incendi iubet, Vt omnes seirent, au-  
5 xilio fugæ adempto, aut vincendum, aut morien-  
6 dum esse. || Deinde cum omnia, quacunque in-  
7 gredederentur, prostererent, villas castellaque in-  
8 cenderent, obuius eis fuit cum xxx millibus Pœ-  
9 norum (c) Hanno: || sed prælio commisso, duo  
de Siculis, tria millia de Pœnis cum ipso duce  
7 cedere. || Ha c victoria & Siculorum animi eri-  
8 guntur, & Pœnorū franguntur. || Agathocles  
victis hostibus, vrbes castellaque expugnat, præ-  
9 das ingentes agit, hostium multa millia trucidat,  
10 || Castra deinde quibz lapide a Carthagine sta-  
11 tuiti, (d) vt damna carissimarum rerum, vastita-  
temque agrorum, & incendia villarum, de muris  
10 ipsius vrbs specularentur. || Interea ingens tota  
Africa deleti Pœnorum exercitus fama, occupa-  
11 tarumque vrbum, diuulgatur. || Stupor itaque  
omnes

omnes & admiratio incessit, unde tanto imperio tam subitum bellum, præsertim ab hoste iam victo. || admiratio deinde paulatim in contemptum Pœnorum vertitur. Nec multo post non Afri tantum, verum etiam vrbes nobilissimæ nouitatem sequuntur, ad Agathoclem defecere; frumentoque & stipendio victorem instruxere.

Num. 1. 2. 3. Hoc ipso exemplo, & similibus aliis, ostendunt Frontinus 1. 12. & Piccartus obleru. 10. 3. boni ducis esse, metum militum ex aduersis omnibus conceptum, prudenter eludere, & in contrarium vertere. Huic nostro geminum quid est in Curtio 4. 10.

3. (a) *Naturalium siderum*] Solis & Lunæ, ita forte dictorum, quod rerum naturam maxime fouere credantur.

4. (b) *Naues incendi iubet.*] Idem eodem consilio fecere Corcyæti apud Thucydidem 3. 13. 22. Nec dissimilia Livius 9. 23. item 21. 43. & 44. item 46. 10. 8. Britanni ab septu effugiu, multa & clara, sacina edidit. Tacit. 12. 31. Nimirum

*Vna salus victis, nullam sperare salutem.*

Virgil. Æn. 2. 354. Adde sup. 1. 6. 10.

5. (c) *Hannib*] Et *Bomilicar*, Diodor. 20. 10, qui auctori nostro dicitur *Bomilicar*, aut *Vomilicar*. Habuerunt autem in exercitu XL millia pedum, equites mille. Diodor. ibidem. Orofius Ms. pro XXX. milia habet viginti, & ita vnus è nostris. Nec magis in exercitum numero conueniunt. Orofius, qui cetera hinc transcripsisse videtur, duo millia Pœnorum, Siculos duos: Diodorus 20. 13. illorum mille, horum ducentos cecidisse scribit B.

9. (d) *Ut damna cariffimar. rer.*] Eodem respiciens Antonius apud Tacitum Hist. 3. 30. *rapi ignes, infertique amantissimi extra vrbes adificia iubet: si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur.* Quod ipsam tamen comminandi potius quam faciendum, nec ad desperationem hostes adigendos, præcipit cum Onoiandro strateg. c. 6. Thucydides 1. 13. 17.

## CAP. VII.

His Pœnorum malis etiam deletus in Sicilia cum imperatore exercitus, velut quidam ærumnarum cumulus accessit. || Nam post profectio-

fectionem à Sicilia Agathoclis, in obsidione Syracusarum Pœni legniores redditi, ab (a) Antandro fratre regis Agathoclis occisione cæsi nuntiabantur. || Itaque CVM (b) domi forisque eadem fortuna Carthaginensium esset, iam non tributaria tantum ab his vrbes, verum etiam focii reges deficiebant, AMICITIAMVRVM iura (c) non fide, sed successu ponderantes. || Erat inter ceteros, rex Cyrenarum (d) Aphellæ, qui spe improba, regnum totius Africæ amplexus, societatem cum Agathocle per legatos iunxerat; pactusque cum eo fuerat, vt Siciliæ illi, sibi Africa imperium, victis Carthaginensibus, cederet. || Itaque cum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset, Agathocles blando alloquio, & humili adulatione, cum sapius simul cenassent, adoptatusque filius eius ab Aphella esset, incautum interficit: || occupatoque exercitu eius, iterato Carthaginenses omnibus viribus bellum cientes, magno vtriusque exercitus sanguine, grati prælio superat. || Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est, vt nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transiturus ad eum (e) Bomilcar, rex Pœnorum, cum exercitu 8 fuerit. || Ob quam noxam in medio foro à Pœnis patibulo suffixus est: (f) VT IDEM locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ante fuerat ornamentum honorum. || Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuium tulit; adeo vt de summa cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera 10 contionaretur: || obiectans illis, nunc Hannonem falsa affectati regni inuidia circumuentum: nunc Gisgonis innocentis exilium: nunc in H. milicarem pa-

truum suum (g) tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere, quam hostem maluerit. ¶ Hæc cum in maxima populi contione vociferatus esset, exspiravit.

Num. 2. (a) *Andron*. Ita quoque Diodorus. Mendosè Orofilius 4, 6. *Andron*.

3. (b) *Demisferuque eadem fort.* Curtius 4, 1, 14. *Eadem ubique fortuna partium.* Florus 4, 2, 43. *Omnia felicitatem Casaru sequuntur.*

Ibid. (c) *Non fide, sed successu.* Adversus enim rebus variis facti est, ait Vegetius 3, 9. m. *Quod se fortuna, eodem etiam fauor hominum inclinat.* Nofter 5, 1, 11.

4. (d) *Asellus* Diodoro 20, 41. *Ophellus* dicitur: a majorem, inquit, animo principatum complexus fuerat. B. Paulus tamen Leopardus Emendation. 17, 10. *Opheltra* legendum contendit, firmitate Plutarcho in Demetr. c. 16. & Pausania in Corinthiacis.

7. (e) *Bomilcar rex Panorum* Carthaginensium duces, etiam reges dicuntur. Hannonis Periplus inscribitur *Hannoni Carthaginensium regi.* & Imilco, de quo supra 19, 2. & 3. rex *Carthaginensium* ab Orofio 4, 6. dicitur. Ideo, opinos, quia plerumque perpetuam auctoritatem obtinere. Procopius lib. 1. de bello Goth. barbaros ait duces suos, reges vocare. Vide quoq. notam inf. ad 31, 2, 9. D.

1. (f) *Videtur lacus, & c.* Ita Manlius, Capitolii servator, affectu regi concenatus, a saxo Tarpeti desiderit: lacumque idem in uno latine & eximie gloria monumentum, & panæ vitime fuit. Livius 6, 10, 16.

10. (g) *Tacita suffragia* De quibus sup. 22, 3. 6.

### CAP. VIII.

Interea Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit; nihil actum in Africa existimans, si amplius Syracusæ obsiderentur. ¶ Nam post occisum Hamilcarem, Gisgonis filium, novus eò à Pœnis missus exercitus fuerat. ¶ Statim igitur primo adventu eius, omnes Siciliæ vrbes auditis rebus, quas in Africa

Africa gesserat, certatim se ei tradunt: atque ita pulsus è Sicilia Pœnis, totius insulæ imperium occupavit. ¶ In Africam deinde reuersus, seditione militum excipitur. Nam stipendiorum solutio in adventum patris dilata à filio fuerat. ¶ Igitur ad contionem vocatos, blandis verbis permulsi: *stipendia illis non à se flagitanda esse, sed ab hoste querenda: communem victoriam, communem prædam futuram.* ¶ Paulum modo annuerentur, dum belli reliquie peraguntur, cum sciant, Carthaginem captam, spes omnium expleturam. ¶ Sedato militari tumultu, interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit: ibi inconsultius prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. ¶ Cum itaque in castra fugisset, (a) versamque in se invidiam temere commissi belli videret, pristinamque offensam non depensi stipendii metueret; concubia nocte solus à castris (b) cum Archagatho filio profugit. ¶ Quod ubi milites cognouerunt, haud secus quam si ab hoste capti essent, trepidare: *Buse a rege suo in mediis hostibus relicto esse proclamantes; salutemque suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidem relinquenda fuerit.* ¶ Cum persequi regem vellent, à Numidis excepti, in castra reuertuntur; comprehenso tamen reductoque Archagatho, qui à patre noctis errore discesserat. ¶ Agathocles autem nauibus, quibus reuersus à Sicilia fuerat, cum custodibus eandem Syracusas deserteret. ¶ Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater (c) proditor. ¶ Interim in Africa post fugam regis, milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis liberis, Carthaginensibus



se tradidere || Archagathus cum occideretur ab Archelilao amico antea patris, rogavit eum quidnam liberis eius facturum Agathocles *(p)* putet, per quem ipse liberis careat? Tunc respondit, *(d)* satis habere se, quod superstitices eos esse Agathocles liberis sciat. || Post hæc Pœni ad persequendum belli reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem aq̄is conditionibus fecit.

Num. 3. *(a)* Versamque in se seniliam h. e. malam existimationem, & quasi infamiam, Duglisspff. Nactred / Hac notione Tacitus annal. 4. 7. ait. Tibicium, quod ipsis Ianuarii calendis supplicia mandasset, magnam invidiam ad se. L. Titus 24. 35. 2. Tutores regu sub aliena inuidia regnant. Florus 3. 6. 7. Ceteri sub exerciti regu inuidia præstantur. Ita nol. et supr. 12. 6. 11. 21. 5. 10. & 2. 8. 5.

Ibid. *(b)* Cum Archagatho Diodorus 2. 70. deseruisse filios scribit, quia militibus, iuga cognita, interfecti sunt. Quam crudeliter autem in Sicilia veritas sit post reditum Agathocles, lege apud Diodorum 20. 72. & 37. 3.

12. *(c)* Prædator Vide supr. Notam ad 19. 3. 10.

14. *(d)* Satis habere &c. Hoc modo apud Barclaium, notitii comitatis, genui veteris autorem, Argenti. lib. 2. Eistheres de minimandus: Satis est gaudere, quod post Pel. archum Sicilia hostem vixit.

# POMPEII TROGI

## EPITOMA HISTORIARUM.

### LIBER XXIII.

#### CAP. I.

Agathocles rex Sicilia pacificatus cum Carthaginensibus, partem ciuitatum à se fiducia virum dissidentem armis subegit. || Dein quas angustis insulæ terminis clauderetur, *(a)* cuius imperii partem primis incrementis ne spera-

sperauerat quidem, in Italiam transcendit; exemplum Dionysii secutus, qui multas ciuitates Italiae subegerat. || Primi igitur hostes illi Bruttii fuerunt, qui & fortissimi tum, & opulentissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorum prompti. || Nam multas ciuitates Græci nominis Italia expulerant: auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his, æquis legibus fecerant. || Tanta feritas animorum erat, vt nec origini suæ parcerent. || Namque Lucani isdem legibus liberos suos, *(b)* quibus & Spartani, insti- tuere soliti erant. || Quippe ab initio pubertatis, in siluis inter pastores habebantur, sine ministerio seruii, sine veste quam induerent, vel cui incubarent; vt à primis annis duritiæ parcimonieque, *(c)* sine vilo vsu vrbs, assuescerent. || Cibis his præda venatica, potus aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur, || Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari soliti, confluente deinde multitudine, sollicitati præda, cum plures facti essent, infestas regiones reddebant. || Itaque fatigatus querelis sociorum Dionysius Sicilia tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat, || quorum castellum proditum sibi per Bruttiam mulierem, expugnauerunt; ibique ciuitatem, *(d)* concurrentibus ad opinionem nouæ vrbs pastoribus, statuerunt; *(e)* Bruttiosque se ex nomine mulieris vocauerunt. || Primum illis cum Lucanis, originis suæ auctoribus, bellum fuit. || Qua victoriæ erecti, cum pacem æquouire fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt; tantasque opes breui censecati sunt, vt perniciosi

etiam regibus haberentur. ¶ Denique Alexander 19  
 rex Epiri, quum in auxilium Græcarum ciuita-  
 tum, cum magno exercitu, in Italiam venisset,  
 cum omnibus copiis ab his deietus est. ¶ Quare fe- 16  
 ritas eorum successu felicitatis inconsta, diu terri-  
 bilis finitimis fuit. ¶ Ad postremum imploratus 17  
 Agathocles, spe ampliandi regni, à Sicilia in Ita-  
 liam traiecit.

## NOTÆ AD LIBRUM XXI.

Num. 2. (a) *Cuius in p. partem &c.* Cupiditates mortalium vbi  
 semel exorbitate ceperunt, *ὅταν τῶν εἰς τὸ πλεον Φερεῖ  
 ἰσχυλαί, semper ulterius progrediendo, nunquam sistunt*, inquit Ba-  
 silius Magnus. Adde supra 21. §. 4.

7. (b) *Quibus & Spartani* De quibus supra 3. §. 5. & 6.

8. (c) *Sine ullo usu verbū* Verbes efforminando, castra inasensan-  
 do milium facere, Gruterus ad Tacit. cap. 35. iuxta dissertatione de-  
 monstrat.

12. (d) *Concurrentibus ad opī. nonē verb.* Vt factum quoque supra  
 13. §. 17.

Ibid. (e) *Bruttioque se ex nomine* Strabo lib. 6. Brutios dicit  
 ait à Lucanis, qui Brutius sua lingua vocabant. *Apostolus, Rebiiles  
 & Fugitios.* Cum enim eorum essent patiores, rebus tempore  
 Dionysii turbatis, ab his deiecerunt. Stephanus à Brette Herculis  
 filio dictos vult. Vide Eutarch. in Dionysii. qui eos *Berzilius* vocat,  
 & Diodorum 16. 15. B. *Berzilius* nominantur Prolemao: *Bruttii*  
 leguntur in Numismatibus: *Bruttarum* apud Pelsium. Ipsa Regio  
 (quæ Calabria Inferior hodie) Polybio 11. *Be Asiais*, Straboni lib.  
 6. *Berzilia* nominantur. A Stephano, S. hoc iuste Theocriti, aliis-  
 que *Siciliam* vocari patet ex eo, quod flumini oppidæque non pau-  
 ci huius tractus, *Sicilia* adscribant. prout etiamnum in rurali Ro-  
 gum Hispania *Sicilia* cū *Pharum* appellatur ad differentiam Insu-  
 læ, quæ ultra *Pharum*.

## CAP. II.

Principio aduentus (a) opinionis eius concuf-  
 si, legatos ad eum, societatem amicitiamque  
 peten-

2 petentes miserunt. ¶ Quos (b) Agathocles ad cœ-  
 nam inuitatos, ne exercitum traicci viderent,  
 in postermum statuta his die, consensius nauibus  
 3 frustratus est. ¶ Sed fraudis haud lætus euentus  
 fuit: siquidem reuerti eum in Siciliam, interiectis  
 4 paucis diebus, vis morbi coëgit, ¶ quo toto cor-  
 pore comprehensus, per omnes neruos articulos-  
 que humore pestifero grassante, velut intestino  
 5 ¶ Ex qua desperatione bellum inter filium nepo-  
 temque eius, regnum iam quasi mortui vindican-  
 tibus, oritur: occiso filio, regnum nepos occupa-  
 6 nit ¶ Igitur Agathocles, (c) cum morbi cura,  
 & ægritudo grauioribus essent, & inter se alterum  
 alterius malo cresceret; desperatis rebus, vxorem  
 suam (d) Texenam, genitosque ex ea duos par-  
 uulos, cum omni pecunia, & familia, regalique  
 instrumento, quo præter illum nemo regum di-  
 tior fuit, nauibus impositos Ægyptum, vnde vxo-  
 rem acceperat, remittit; timens ne prædonem re-  
 7 gni sui, hostem paterentur. ¶ Quamquam (e) vx-  
 or diu, ne ab ægro diuelleretur, deprecata est, ne  
 discessus suos adiungi nepotis parricidio posset;  
 & tam cruenta hæc deseruisse virum, quam ille  
 8 impugnasse auum videretur; ¶ NVBENDO se  
 (f) non prospera tantum, sed omnis fortuna inisse so-  
 cietatem: nec inuitam periculo spiritus sui empturam,  
 vt extremos viri spiritus exciperet; & exsequiarum of-  
 9 debita pietatis impleret. ¶ Discèdentes paruuli, fle-  
 bili vlulatu amplexi patrem tenebant. Ex altera  
 parte vxor maritum non amplius visura, oculos  
 fatigabat. Nec minus (g) senis lacrymæ misera-  
 biles

biles erant. || Flebant hi morientem patrem; ille 10  
 exules liberos: hi discessu suo solitudinem patris,  
 ægri senis; ille in spem regni susceptos relinqu  
 in egestate lugebat. || Inter hæc regia omnis affi 11  
 stentium fletibus tam crudelis discidium impleta,  
 resonabat. || Tandem finem lacrymarum necessitas 12  
 profectionis imposuit, & mors regis proficiscen  
 tes filios insequuta est. || Dum hæc aguntur, Car- 13  
 thaginienses cognitis quæ in Sicilia agebantur,  
 occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi  
 existimantes, magnis viribus eò traiciunt; mul  
 tasque ciuitates subigunt.

Num. 1. (a) *Opinionis eius* Opinio huic auctori est fama & ru  
 mor. Nonius significationem notavit: sed exempla, ut ipse est  
 mos, adscripsit parum accommodata. Tacitus in vita Agricolæ  
 c. 9. *Comitante opinione, Britanniam in provincias davi*. Cicero in ad  
 Attic. epist. 16. & 18. B. Ceterum structuram orationis vix hic ex  
 pedio. Legerim, *Principio, adventus eius opinione cont.* vel potius:  
*Principio amentis, opinione eius concepsit*, h. e. fama terribi. Sicut sup.  
 20. 2. 3. *principio originum.*

2. (b) *Quos Agath. &c.* Sic ab Tullo Hostilio eo sublimius  
 est legatis C. Cluuii. Liv. 1. 22. 7. Sic legatis ipsis Romanis ab gen  
 te Achæorum, Pausan. lib. 7. pag. 423. m. Adde Frontinum 1, 4, 6.

6. (c) *Cum verbis cura &c.* Hæc planior fuerint, si Frinsh. re  
 scribentem sequare: *cum morbo cura & agritudo gr. e.* Grauis mor  
 bus: sed animi ægritudo curaque gravior.

Ibid. (d) *Texenam*] Vnus Mss. *Theonexam*: forte *Theonexam*. B.

7. (e) *Vxor diu, ne ab agro divell.*] Id genus egregium fidei con  
 iugalitatis exemplum est in Plutarcho Erotico cap. 49. quod etiam  
 Tacitus Hist. 4. 67. 4. tangit, & in iis quæ desiderantur perfec  
 pit. Plura Val. Max. 6. 7. Ph. Camerat. op. subcis. centur. 1. 51. Certe  
 Vell. Patere. 2. 67. id notandum tradit, *fuisse in præscriptis fidem,*  
*ut filiorum nullam, servorum aliquam, libertorum mediam, sic Vxorum*  
*summam.*

8. (f) *Non prospera tant. sed omni. fert.*] Quia causa, *confortia te*  
*rum secundarum adversarumque, contingit dicuntur* Tacito 3, 54. 6.  
 Quomodo Porcia Bruto se datam, inquit, non sicuti pelliceæ, ad illi  
 vantium & mensa confortium: sed etiam ad prosper. rurs ad ver. am-  
 que

*que societatem.* Plutarch. in Bruto c. 19. Aliter Plancina, *segregat*  
*a marito periclitante.* Tacit. 3, 15, 7.

9. (g) *Senis*] Nempe 95. annos nati, juxta Lucian. in Macrobiis  
 sub initium.

## CAP. III.

1 Eo tempore & (a) Pyrrhus aduersus Roma  
 2 nos bellum gerebat: || qui imploratus à Sicu  
 lis in auxilium, (b) sicuti dictum est, cum Syra  
 culas venisset, multasque ciuitates subegisset, rex  
 3 Siciliae, sicut Epiri appellatur. || Quorum rerum  
 felicitate lætus, (c) Heleno filio Siciliae, velut aui  
 tum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat)  
 4 Alexandro autem Italiae regnum destinat. || Post  
 hæc multa secunda prælia cum Carthaginiensi  
 5 bus facit. || Interiecto deinde tempore, legati (d)  
 ab Italicis sociis venire, nuntiantes *Romanis resisti*  
 6 *non posse, deditonemque futuram, nisi subveniat.* || An  
 xius tam ambiguo periculo, incertusque quid  
 7 ageret, vel quibus primum subveniret, in vtrum  
 que pronus consultabat. || Quippe instantibus  
 hinc Carthaginiensibus, inde Romanis, pericu  
 8 losum videbatur, exercitum in Italiam non tra  
 iicere: periculosus, à Sicilia deducere; ne aut illi  
 9 non lata ope, aut hi deserti amitterentur. || in hoc  
 (e) æstu periculorum, tutissimus portus consi  
 liosum visus est, omnibus viribus decernere in Si  
 cilia; & profligatis Carthaginiensibus, victorem  
 10 exercitum transponere in Italiam || **ITAQUE** con  
 ferta prælio, cum superior fuisset, quoniam ta  
 men (f) à Sicilia abiret, (g) pro victo fugere vi  
 so esse: || ac propterea socii (h) ab eo defecerunt;  
 & imperium Siciliae tam cito amisit, quam facile  
 qua-

quasierat. ¶ Sed (i) nec in Italia meliore felicitate usus, in Epirum reuertitur. Admirabilis utriusque rei casus, in exemplum fuit. ¶ Nam Si c v r ante secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italiae Siciliaeque imperium, & tot de Romanis victorias (k) adstruxerat: ita nunc aduersa, velut in ostentationem fragilitatis humanae, destruens quae cumulauerat, Siciliensi ruinae naufragium maris, & foedam aduersus Romanos pugnam, turpemque ab Italia discessum adiecit.

Nam 1. (a) *Pyrrhus aduersus* Plutarchum in eius vita cap. 45. cum seqq. & Pausaniam in Atticis: qui cum primis Carthaginenses in insula fugasse referunt: tandem cum ob crudele imperium à sociis desereretur, cumque teneret, sicut nauem arxistam, non ualere in insulam, uocatus à suis, Italiam repetiit, nauali proelio in itinere à Carthaginensibus superatus, B.

2. (b) *Sicuri dictum est* Sup. 18. 2. 11.

3. (c) *Heleuo filio* Plutarchus in Pyrrho c. 17, non hunc, sed Alexandrum ait ex Lanassa Agathoclis filia susceptum. B.

5. (d) *Ab Italicis sociis* A Tarentinis & Samnitibus. Plutarch. Pyrrho c. 12.

8. (e) *Aspū periculor.* Vide notam ad 17. 13. 3. Ita Petronius: *Dum in hoc diuorum astu totus incedo*, Ammianus lib. 15. *In hoc astu mentis ancepsitū*.

9. (f) *A Storta abiret* Cum ad insulam respectans, comitibus suis dixisset: *à qualem amicos, palaestram Carthaginensibus & Romanis relinquimus* Plut. Pyrrho. c. 52.

Ibid. (g) *Pro uictis fugere* Qui recedit, fugere creditur. Curtius 3, 2. 12. *Pro uictis*, h. e. tanquam uictus, Ita 24, 7, 5. *Melites ad occidenda omnia pro uictoribus uagabantur*, h. e. tanquam si essent uictores. Seneca de uita beat. cap. 16. f. *Laxans cathenam 12. h. 2. non iam liber, sed tamen pro libero*. (H) *bid als frey* Sueton. Aug. 24, 4. *ut equitum relegatum in agris, pro libera esse sineret*.

10. (h) *Ab eo defecerunt* Partim ad Carthaginenses, partim ad Mamertinos. Plut. Pyrrho c. 52.

11. (i) *Nec in Italia* Præter Plutarchum lege Florum 1, 18. & Oro-

Orosium 4, 2. & Frontinum 4, 1, 13. apud quem pro *Statuentum*, quod & Mss. agnoscunt, ex Plutarcho Pyrrho. c. 34. legendum *de nouentum*. Viçtus autem magno proelio à Mamio Curio consul. B.

12. (k) *Adstruxerat* Vulgo *atstraxerat*, & ita Mss. quidam. Illud malo, statim enim, *destruunt*, inquit, *quæ cumulauerat*. Tacitus de uita Agric. 44, 3. *Consularibus ac triumphalibus ornamentis praeditis, quid illud adstruxerat fortuna perierat?* B. Ita uel. Pa. ecc. 2, 35. *Victus à Caesar. Pharnaces, uix quicquam gloria eius adstruxit*. Plinius Panegy. c. 62. *Sibi necesse erat putare, quod cur, ut adstruatur*. Etc. 74. *Nihil felicitatis sua pupas adstruxit esse*.

## CAP. IV.

- 1 Post profectionem à Sicilia Pyrrhi, magistratus
- 2 Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, ut
- 3 conscientie omnium cluitatium fauore, dux aduersus Carthaginenses primum, mox rex crearetur. ¶ Huius futuræ maiestatis, ipsa infantis educatione quasi prænuntiata fuit: ¶ quippe (a) genitus erat patre (b) Hieroclyto, nobili viro, cuius origo (c) à Gelo, antiquo Siciliae tyranno, manabat: ¶ sed maternum illi genus fordidum, atque adeo (d) pudibundum fuit. ¶ Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, velut de honestamentum generis, expositus fuerat. ¶ Sed paruulum, & humanæ opis egentem, (e) apes, congesto circa iacentem melle, multis diebus aluere. ¶ Ob quam rem responso aruspicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi caneant, paruulum recolligit, omnique studio ad spem maiestatis, quæ promittebatur, instituit ¶ Eidem in ludo inter cœquales discens, lupus tabulam, in turba puero-  
10 rorum repente spectus, eripuit. ¶ Adolescenti quoque prima bella ineunti, aquila in clypeo,  
11 (f) noctua in hasta confedit. ¶ Quod ostentum & consilio cautum, & manu promptum, regem

que



que futurum significabat. || Denique aduersus 1 2  
prouocatores saepe pugnavit, semperque victo-  
riam reportauit. || A Pyrrho rege multis militari- 1 3  
bus donis donatus est. || Pulchritudo ei corporis 1 4  
insignis; vires quoque in homine admirabiles  
fuerunt. || In alloquio blandus, in negotio iustus, 1 5  
in imperio moderatus: prorsus (r) vni nihil eire-  
gium deesse, praeter regnum, videretur.

Num. 4. (A) *Qui progenitus*] Qui hic de Hierone referuntur, eiat Saraberteu. Policratii lib. 1. cap. 13. De eo Plautus Menzch. 2, 3, 39. B.

Ibid. (b) *Hieroclyto*] Paul. Leopardus emendat. on. lib. 17. cap. 10. monet legendum *Hierocle*: & ita Paulianus lib. 5. pag. 365. 12.

Ibid. (c) *Agela*] Rectius *Agelone*.

5. (d) *Pudibundum*] Malim *pudentum*. Sed in hoc libronum consensu nihil murandum. Alia not. onc. 38. 3. 1. *Quae omni iudis occultanda pū: libun lo vtro erant.*

7. (e) *Apris &; alacris*] Idem de Pindaro refert Alianus var. liit. 12. 45. & de Ioue Seruius ad Virg. Aen. 3, 104.

10. (f) *Nequā in hasta*] Potest hoc accidisse; cum Agathocles; bello Punico, nocturnis compluribus per castra locis clam emisit, quae peragmen volitantes. dum clypeis galeisque insident, animos militum confirmabant, pro felici id augurio accipientibus singulis, propterea quod Mieruz factum id animal habetur. Diodorus 20, 11. Videatur adagium *Nequā volat.*

15. (g) *Ve nihil eir gium*] Ex hoc loco doctissimus Aduerforum scriptor 4, 6, 7. explicat illud Seneca Theyst. v. 470.

*Immaniter regnum est, posse sine, quo pati.*

Rectius admirandi iudicii vir H. Grotius ad Lucanum 5, 314.

POMPEII TROGI  
EPITOMĀ HISTO-  
RIARVM.  
LIBER XXIV.  
CAP. I.

Dum haec in Sicilia geruntur, interim in Grae-

cia dissidentibus inter se bello Ptolemao Cerau-  
2 no, & Antiocho, & Antigono regibus: || omnes  
ferme Graeciae ciuitates, ducibus Spartanis velut  
occasione data, ad spem libertatis erectae, missis  
inuicem legatis, per quos in societatis foedera al-  
3 ligarentur, in bellum prorumpunt: || & ne cum  
Antigono, sub cuius regno erant, bellum cepisse  
viderentur, socios eius Aetolos aggrediuntur,  
4 || causas belli praetendentes, quod consensu Grae-  
ciae sacrum Apollini (a) Cirraeum campum, per  
5 vim occupassent. || Huic bello ducem deligunt  
(b) Aream; qui adunato exercitu, vrbes, saetae  
in his campis posita, depopulatur: quae auferri  
6 non poterant, incendit. || Quod cum e montibus  
conspicati Aetolorum pastores essent, congregati  
admodum quingenti, sparsos hostes, ignoran-  
tesq; quanta manus esset, quoniam conspectum  
illis metus & incendiorum fumus abstulerat,  
7 congregantur, trucidatisque admodum nouem  
millibus, praedones in fugam verterunt. || Repa-  
rantibus deinde Spartanis bellum, auxilium mul-  
tae ciuitates negauerunt; existimantes, dominatio-  
8 nem eos, non libertatem Graeciae, quaerere. || In-  
terea inter reges bellum finitur: nam Ptolemaus  
pulsio Antigono cum regnum totius Macedoniae  
occupasset, pacem cum Antiocho facit; affinita-  
temque cum Pyrrho, data ei in matrimonium  
(c) filia sua, iungit.

NOTĀ AD LIBRVM XXIV.

Num. 4. (A) *Cirraeum campum*] De quo Pausanias in Phocicis, Diodorus lib. 16. & Plinius 4, 3. B.

5. (b) *Aream*] Ita veteres: Plutarch. in Pyrrho c. 58. & Pausan. Artica, Rex Lacedaemoniorum est Agēōr. B.

8. (c) *Filia sua*) Antigone, quæ tamen Ptolemæi priuigna uerius. Plutarch. in Pyrrho cap. 6.

## CAP. II.

**E**xinde externo metu deposito, impium & facinorosum animum ad domestica scelera conuertit, insidiasque Arfinoë sorori suæ instruit: quibus & filios eius vita, & ipsam Cassandrea uerbis possessione priuaret. || Primus ei dolus fuit, (a) simulato amore, sororis matrimonium petere. aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupauerat, quam concordia fraude pertinere non poterat. || Sed nota scelerata Ptolemæi uoluntas sorori erat. || Itaque non credenti, mandat uelle se cum filiis eius regni consortium iungere: cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum; sed quod (b) id facere sui muneris uellet. || In hoc mitteret arbitrum iururandi: quo presentem apud deos patrios, quibus uellet obsecrationibus, se obligaret. || Incerta Arfinoë quid ageret: si mitteret, decipi periurio: si non mitteret, pronocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat. || Itaque plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Chodionem: || quo perducto in sanctissimum Iouis templum, ueterimæ Macedonum religionis, Ptolemæus (c) sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra, & puluinaia deorum, inauditis, uultimisque execrationibus adiurat, || se sincera fide matrimonium sororis petere; nunquam superaturumque se eam reginamque in contumelliam eius se aliam uxorem, aliosve, quam filios eius liberis habiturum. || Arfinoë postquam & spe impleta

est, &amp;

est, & metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur: cuius uultus, & blandientes oculi, cum fidem non minorem, quam iururandum promitterent, reclamante (d) Ptolemæo filio fraudem subesse, in matrimonium fratris concedit.

Num. 2. (a) *Simulata amore* Guntherus Lignin. 10, 297.

*Nullus quidem p. su magis est operosa nocendi, quam simulatus amor, nimisque domesticus hostis.*

4. (b) *Id facere sui muneris* Vide supr. 13, 4, 9. notam h.

3. (c) *Sumptus in manus altarib.* Quod moris fuisse ueteribus in iururando, Bissonus Formul. lib. 8. probat ex Plauti Rudente 5, 2, 49. & ex illo Iuuenal. satyr. 14, 2, 8.

*Falsus erit testis, uendit p. iururam suam*

*Ex qua, Cæcilius togens arasque petemque.*

Qui ueris comædianus Schiit. sup. 22, 2, 8. nonnihil iurare uideatur. Adde eundem satyr. 13, 9. Virgilium Æn. 4, 219. & 6, 124. & 12, 201. Ciceronem pro Balbo c. 9. & pro Flacco cap. 35. Macrob. 3, 2

10. (d) *Ptolemæo filio* Lyfimachum & Philipppum paulo post commemorat: Ptolemæi non meminit. Id mouit quosdam, ut hoc loco pro Ptolemæo, Lyfimachum reponerent. Ego nihil muto, cum præsertim in Prologo huius libri, Ptolemæum quendam Lyfimachi filium nominet. B.

## CAP. III.

**N**uptiæ magno apparatu, lætitiæque omnium celebrantur. || Ad contionem quoque uocato exercitu, capiti lororis (a) diadema imponit, reginamque eam appellat. || Quo nomine in lætitiā effusa Arfinoë, quia quod morte Lyfimachi prioris mariti miserat, receperat, ultro uirum in urbem suam Cassandream inuitat, cuius uerbis cupiditate fraus struebatur. || Prægressa igitur uirum, diem festum urbi in aduentum eius indicit: domos, templa, ceteraque omnia exornari iubet: (b) aras ubique hostiasque disponi: || filios quoque suos, Lyfimachum sexdecim annos natum,

Z

Philip-

Philippum triennio minorem, vtrumque forma insignem, coronatos occurrere (c) iubet. ¶ Quos 6 Ptolemæus ad celandam fraudem, cupide (d) & vltra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat. ¶ Vbi ad portam ventum est, occupari arcem iubet; pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent, in gremio eius, inter ipsa oscula trucidantur. ¶ Proclamante Arsinoë, quod 8 tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filijs sæpe se percussibus obtulit: frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit; vulneraque excipere quæ liberis intendebantur, voluit. ¶ Ad postremum etiam 9 spoliata funeribus filiorum, scissâ veste, & crinibus sparsis, cum duobus seruulis ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abiit; eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. ¶ SED nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot periuria, & tam cruenta parricidia vindicantibus, breui post à Gallis spoliatus regno, captusque, vitam fero, vt meruerat, amisit.

Num. 2. (a) *Diadema impon.* De coronatione reginarum operæ pretium est inspicere C. Ptolemæum coron. 10, 8.

4. (b) *Aras ubique hostiasque disponi.* Fœdam hanc adulationem in adventu vitorum principum antiquitus usurpatam, Lipsius not. 77. ad Tacit. histor. docet ex Val. Max. 9, 15. Casare bell. Gall. 8, 51. Suetonio Calig. 13, 2. & Galb. 18, 2. Plinio panegy. c. 23. Quibus adde Curtium 5, 1, 33. Plutarchum in Dione c. 37. tuellusque Suetonium Aug. 58, 3.

5. (e) *Iubet.* Inepte repetitum videtur ex præcedente temmatio.

6. (d) *Vltra modum.* Tacit. hist. 1, 45. *Quantum magis salsa sunt que sunt, tanto plura sciunt.* Sic annal. 2, 77. *Perisse Germanicum nisi salientium motum, quam qui maxime latenter.*

CAP.

## CAP. IV.

- 1 **N**amque Galli, (a) abundantanti multitudine, (b) cum eos non caperent terræ quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas 2 quærendas, velut (c) ver sacrum miserunt. ¶ Ex hisportio in Italia confedit, quæ & vrberum Roma 3 manam captam incendit; ¶ & portio Illyricos sinus, ducibus auibus (nam (d) augurandi studio Galli præter ceteros (e) callent) per strages Barbarorum penetravit, & in Pannonia confedit: 4 ¶ gens aspera, (f) audax, bellicosa, quæ (g) prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium (h) inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit: 5 ¶ ibi domitis Pannoniis, per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. ¶ Hortante (i) deinde successu, diuisis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petiuere. 7 ¶ Tantusque terror Gallicis nominis erat, vt etiam reges non laceffiti, vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. ¶ Solus rex Macedoniæ (k) Ptolemæus, aduentum Gallorum intrepidus audiuit; hisque cum paucis & incompositis. **Q**UAS I bella non difficultis, quàm scelera patraerentur, parricidiorum furis agitas, occurrit. ¶ Dardani- 9 rum quoque legationem, viginti millia armatorum in auxilium offerentem, spreuit; addita insuper contumelia, actum de Macedonia dicens, si cum totum Orientem soli domuerint, nunc in vindictam finium Dardanis egeant: ¶ milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege stipendia, toto orbe terrarum victores, fecerint. ¶ **Q**UÆ vbi Dardano regi 11

nuntiata sunt, inelytum illud Macedoniæ regnum breui immaturi (1) iuuenis temeritate caforum dixit.

Num. 1. (a) *Abundanti multitudine* Cuius causam adducit Strabo sub initium libri 4. quia scilicet mulieres Gallicæ & fecundæ sunt, & educatrices bonæ.

Ibid. (b) *Cum eos non sperent terra* Strabo lib. 4. pag. 139. f. verisimile esse ait, Gallos [Teotolages] quondam potentia ac multitudine hominum excelluisse adeo, ut oborta seditione magnam multitudinem suorum domo expulerint. B.

Ibid. (c) *Ver sacrum* Primus hunc locum ex vet. libris emendavit P. Pitheous ad verbar. lib. 1. c. 6. Quid sit ver sacrum, docent Festus in *ver sacrum*, & in *Mamertini*. Livius 22, 9, 7. & 34, 43, 1. Sisenna 4. historiar. apud Nonium in *ver sacrum*, & in *damnare*, nam duo illa fragmenta coniungenda esse notant alii. Eusebius in Chronico: *Lacedæmonii ver sacrum designant, Heracles vero urbem condant*. B. Addendus Plinius lib. 3. cap. 17. pr. Strabo lib. 6. pag. 72. f. & præcipue Dionysius Halicarnassensis, qui lib. 1. cap. 15. *More quondam*, inquit, antiquitus à multi tam Græci quam barbari recepto, vestes vulgi multitudine in aliqua civitate nimium excreveret, nec alimenta domi omnibus sufficerent, aut aliqua calamitas cogeret minus multitudinem, deo cupiunt sacranes quantum hominum annus præterit, emittent armis instructos è suis finibus. Illi vero ut posthac carerent patria, nisi aliam pararent, quæ se reciperet, quoque quid terrarum armis acquisissent aut gratia, habebant vice patriæ. crediturque esse, eum adesse deum cui dicebantur, & supra humanam spem prosperare huiusmodi coloniar. Idem initio libri 2. de Aboriginibus: *Hi fuerunt quaedam deii sacra iuventus, patriæ ritu à parentibus missa ad incolendas sedes quas fortuna datura esset*. Ex quibus apparet, *ver sacrum* (i.e. *ingv* Straboni) non ideo sic dici, quod emissi tali voto iuventus execrabilis esset, ut vult vir doctus, hæc explicans ex Seruio ad illud Virgillii, *auri sacra fames*. Unde & Sisenna Histor. lib. 4. citante Nonio, *Ver hoc religiosum* appellat.

3. (d) *Angurandi studio Galli* Exemplo Deiotaræ Gallorum in Asia rex est, quem nihil unquam nisi auspicato gessisse, Cicero refert de divinat. 1, 15. Sed & consanguineos Gallorum *Germanos auspicio fortisque ut quos maxime obseruasse* scribit Tacitus Germ. c. 16.

Ibid. (e) *Callens* Mallemlarent. B.

4. (f) *Audax, bellicosus* Strabo lib. 4. pag. 137. 2. genus Gallorum ait esse, bellicosum, & fero, & ad pugnam promptum: ceterum ingenio simplici, ac nulla malignitate deumdo. Et Gallos *natura bellicosam gentem* vocat Sallustius Cat. 40, 2. & *gloria belli*

*ante Romanos fuisse* (sic enim est in vet. codice. Cat. 13. 3.) *qui se habere, alia omnia virtutis sua præconesse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare*. Iug. 114, 2. B. Addendi Cicero de prou. conf. cap. 13. Cæsar de bello Gall. 6, 24. Tacitus in Germ. c. 28. & in Agr. c. 11.

Ibid. (g) *Prima post Herculem* De quo Silius Italicus 3, 496.

*Primum inexpectat adit Tyrrhenum arces*. &c.  
Et Am. Marcellinus 15, 2. 6. *Primum* (per Alpes viam) *Thebanus Milesiensis, ad Geryonem extringendam & Taurisicum lenius gradientis, præpositissimos composuit Alpes, &c.* De eodem, Diodor. Sicul. 4, 19.

Ibid. (h) *Inventa* Forsan in *viva* reclusi est.

6. (i) *Horrensus successu* Pro quo venisse Duetonius Ner. 20, 4. *blandiente profectu*. Virgilius Æn. 5, 210.

— *successuque actior ipse*.

8. (k) *Ptolemæus* Pausanias in Atticis, & Phocicis, quem lege de hac Gallorum in Græciam irruptione, & Delphorum obsidione. B.

11. (l) *Iuuenis temeritate casus* Cicero de inuent. 1, 1. *Cum ad gubernacula Respub. temerarij atque audaces homines accedunt, maxime ac miserrima naufragia fiunt*.

## C A P. V.

- 1 **I**gitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt,
- 2 offerentes pacem, si emere velit: || sed Ptolemæus inter suos, belli metu pacem Gallos petere gloriatuus est. || Nec (a) minus ferociter se legatis, quam inter amicos iactavit; *aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint. non enim fidem se, nisi inermibus habiturum.* || Renuntiata legatione, risere Galli, vindictæ acclamantes, *breui sensuram, sibi an illi consulentes, pacem obtulerint.* || Interfectis diebus, prælium conferitur, victique Macedones caduntur. || Ptolemæus multis vulneribus saucijs capitur: caput eius amputatum, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium circumfertur. || Paucos ex Macedoni-



donibus fuga seruauit: ceteri aut capti, aut occisi || Hæc cum nuntiata per omnem Macedoniam 8  
essent, porta vrbium clauduntur; luctu omnia re-  
plentur. || nunc orbitatem amissorum filiorum 9  
dolebant: nunc excidia vrbium metuebant: nunc  
Alexandri, Philippique regum suorum nomina,  
sicuti numina, in auxilium vocabant. || *sub illis se* 10  
*non solum tuos, verum etiam victores orbis terrarum*  
*extitisse.* || *vt tuerentur patriam suam, quam gloria* 11  
*rerum gestarum cælo proximam reddidissent; vt opem*  
*afflictis ferrent, quos furor & temeritas Ptolemæi regis*  
*perdidisset,* orabant. || Desperantibus omnibus, 12  
(b) Non votis agendum, Softheues vnus de Ma-  
cedonum principibus, ratus, contracta iuuentu-  
te, & Gallos victoria exultantes compefcuit; &  
Macedoniam ab hostili populatione defendit.  
|| Ob *qvæ* virtutis beneficia, multis nobilibus re- 13  
gnum Macedoniæ affectantibus, (c) ignobilis ipse  
præponitur: || & cum rex ab exercitu appellatus 14  
esset, ipse (d) non in regis, sed ducis nomen iurare  
milites compulsi.

Num. 3. (a) *Nec minus seruauerit se legatū* Similima vxcordia  
Imp. Diogenes legationem suam, pacis conditiones offerentem,  
contemptim reiecit, & timorem interpretatur que confidentia  
ac lenitas erat. Zonar. tom. 3. Sapienter Aristhenus apud Litiūm  
32. 21. 27. Achæos suos horrat, ne Romani amicitiam ultra peten-  
tes subsidiant. nec enim eorum id metu facere: sed quod rogant, cogere  
posse.

12. (b) *Non votis agendum* Sallust. Catil. 12. 26. *Non caris neque*  
*suppliciu, &c. & i. historiar. non votis: patanda auxilia.* Restituerda  
hæc vox Afranio apud Nonium, *Nulla præferta accessi ad aram,*  
*quin deus suppliciu, sumptu vtri, donis, precibus, plorans, obsecrans, ne-*  
*quequam fatigare. leg. suppliciu, sumptu, votu, &c. l.*

13. (c) *Ignobilis ipse* Non regio sanguine cretus: sed tamen  
vnus principum procerum regni, sicuti modo n. 12. dictum.

14. (d) *Non in regis, sed ducis nomen.* Ita fere Mezetulus apud  
Litiūm 2. 29. 7. Vide suprà, notam ad 9. 4. 2. & Amirat. dissert. i in  
Tacitum.

## CAP. VI.

1 Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in  
Græciam se effuderat, audita victoria suorum,  
qui Belgio duce Macedones vicerant; indignatus  
parta victoria opimam prædam, & Orientis spo-  
lius onustam tam facile relictam esse, ipse aduna-  
tus c. l. millibus peditum, & xv millibus equi-  
2 tum, in Macedoniam irrupit. || Cum agros vil-  
lasque popularetur, occurrit ei cum instructo ex-  
ercitu Macedonum Softheues: sed pauci à pluri-  
3 bus, trepidi à valentibus facile vincuntur. || Itaque  
cum victi se Macedones intra muros vrbium con-  
didissent; victor Brennus, nemine prohibente,  
4 totius Macedoniæ agros deprædatur. || Inde qua-  
si terrena iam spolia sorderent, animum ad deo-  
rum immortalium templa conuertit, scurriliter  
iocatus, (a) *locupletes deos largiri hominibus oportere.* 5  
|| Statim igitur Delphos iter vertit, prædam  
religionis, aurum offensæ deorum immortalium  
præferens; quos nullis opibus egere, vt qui eas largi-  
6 ri hominibus soleant, affirmabat. || Templum (b) autem  
Apollinis Delphis positum est in monte Par-  
naso, in rupe [vndique impendente: ibi ciuita-  
tem frequentia hominum facit: qui ad affirma-  
tionem maiestatis] vndique concurrentes, in eo  
7 saxo sededere: || atque ita templum & ciuitatem  
non muri, sed præcipitia; nec manu facta, sed  
naturalia præsidia defendunt: prorsus vt incer-  
tum sit, vtrum munimentum loci, an maiestas  
8 dei plus hic admirationis habeat. || Media saxi  
rupes (d) in formam theatri recessit. Quamob-  
rem & hominum clamor, & si quando accedit  
tuba-

tubarum sonus, personantibus & respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, resonare solet. Quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris reis, & admirationem, stupentibus plerumque affert. ¶ In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est; atque in ea (c) profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus, vi quadam velut vento in sublime expulsi, mentes vatum in vecordiam vertit; impletasque deo, responsa consulentibus dare cogit. ¶ Multa igitur ibi & opulenta regum populorumque visuntur munera; quæque magnificentia sui, reddentium vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant.

Num. 4. (a) *Eccepletes deo, &c.* Quæ scurrili caullatione Dionysius etiam vult, mensis argentea daemnitus del. lib. 6. sit auferri: in quibus quod more veteru Græcia inscriptum esset. BONORVM DEO. RVM, ut si eorum bonitate velle dicebat. Item victoribus autem, & patetis co. vntique, quæ simulacrobus in suis manibus subsistebant, sine dubio arane tollit, atque se accipere, non auferre dicebat. Esse enim stultitiam. A quibus bona pre. aremur, ab in porrigentibus & dantibus nolle sumere. Cicero de uat. deor. 3. 34.

6. (b) *Templum autem Apollinis* Præter Pausaniam, vide & Strabonem lib. 9. pag. 283. B. Originem Oraculi Delphici refert Diodorus 16. 26.

ibid. (c) *In rupe* Quæ causa Theocritus epigr. 1. Δελφίδα πῖταρον, similiter Ophicus in Argon. Παιρῶντιος πῖταρον appellat.

3. (d) *In formam theatri* Strabo lib. 9. pag. 280. m. *Stalæas*. dicit B. Lycophron in Cassandra, v. 600. locum eiusmodi *Παρθένου* h. e. theatriciformem appellat. Capella lib. 6. in descriptione Theſſaliæ: *hi omnes montes theatri mox evocantur.*

9. (e) *Profundum terræ foramen* A Mss. duobus Fuldentibus abest *in foramen*. & puto eleganter dici posse *profundum terræ* absolute: cum *profundum* nihil aliud sit, quam quod *profundum*, id est, longe habet *fundum*. unde ridicule & more suo Plautus Captiu. 1. 2. 79. *paratice ventrem profundum* vocabat. Mod.

CAP.

## CAP. VII.

- 1 | igitur Brennus cum in conspectu haberet templum, diu deliberavit, an confestim rem aggrediretur: an verò fessis via militibus, noctis spatium ad resumdendas vires daret. ¶ Emanus & Thessalorum duces, qui se ad prædæ societatem iunxerant, *amputari moras iubent, dum imperati*
- 2 | *hostes, & (a) recens aduentus sui, terrore esset: interiecta nocte & animos hostibus, forsitan & auxilia accessura; & vias quæ tunc pateant, obstructum iri* ¶ Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primum vino, ceterisque comestibus referta rura inuenit, non minus abundantia, quàm victoria lætum per
- 3 | agros sesparerat; ¶ desertisque signis ad occupanda omnia (b) pro victoribus vagabantur. Quæ
- 4 | dilationem Delphi dedit. ¶ Prima namque opinione aduentus Gallorum prohibiti agrestes oraculis feruntur, messes, vnaque villis efferre:
- 5 | ¶ Civis rei salutare præceptum non prius intellectum est, quàm vini, ceterarumque copiarum abundantia velut mora Gallis obiecta, auxilia finitumorum congere. ¶ Prius itaque urbem suam Delphi, aucti viribus sociorum, permuniere, quàm Galli vino velut prædæ incubantes, ad
- 6 | signa reuocarentur. ¶ Habebat Brennus læta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque milia: Delphorum sociorumque non nisi quatuor
- 7 | milia militum erant; quorum contemptu Brennus ad acuendos suorum animos, prædæ vbertatem omnibus ostendebat, stantiasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visibatur, solido auro fufas esse: plusque in pondere, quàm in specie habere prædæ affirmabat.

Num.

Num. 2. (a) *Recens adventus sui, terrori offit* Forte laborat hic locus, scribendumque, *recens adventus sui terror offit*. Fr.

4. 5. 6. 7.] Tacitus hist. 4. 78. *Obstat vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso spolia conferendi.* Quod genus exempla monitaque collegerunt, Amitatus in Tacit. 17. 9. Camerarius hor. subcil. 3. 29. Procartus obiteru. 10. 8. Prædæ objectu hostem sustinuum exeuropa alia sunt in Plurarch. Lucullo c. 34. Polyzano strateg. lib. 7. ubi de Mithridate: Frontino 2. 11. pr. & alius.

5. (b) *Pro victoribus* Vide notam 23. 3. 9.

## CAP. VIII.

**H**ac asseueratione incitati Galli, simul & hesterno (a) merito faucis, sine respectu periculorum in bellum ruebant. ¶ Contra Delphi PLVS in deo, quam in viribus reponentes, cum contemptu hostium resistebant; scandentesque Gallos e summo montis vertice, partim saxo, partim armis obruebant. ¶ In hoc partium certamine, repente vniuersorum temporum antistites, (b) simul & ipsi vates, sparsis crinibus, cum insignibus atque infulis, pauidicordesque in primam pugnantium aciem procedunt: ¶ aduenisse Deum clamant; cumque se vidisse desilentem in templum per culminis aperta fastigia. ¶ Dum omnes opem dei suppliciter implorant, inuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ Mineræque adibus occurrisse. ¶ nec oculis tantum hæc se perspexisse: (c) audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. ¶ Proinde ne cunctarentur, diis antesignanis, hostem cadere, & victrix deorum socios se adiungere, summis obsecrationibus inonebant. ¶ Quibus vocibus incens, omnes certatim in prelium proficiunt ¶ Præsentiam dei & ipsi statim sensere. nam 9 (d) &

(d) & terræ motu portio montis abrupta, Gallorum strauit exercitum, & confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant. 10 ¶ Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine & frigore faucis ex vulneribus absumpsit. ¶ Dux ipse Brennus cum dolore vulnerum ferre non 12 posset, pugione vitam finiuit. ¶ Alter ex ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem millibus 13 fauciorum citato agmine Græcia excedit. ¶ Sed nec fugientibus fortuna commodior fuit: siquidem (e) pauidis nulla sub tectis acta nox; nullus 14 sine labore & periculo dies; ¶ assidui imbres & gelu, nix concreta, & fames, & lassitudo, & super hæc maximum perurgiliæ malum, miseras infelices belli reliquias obtrebant. ¶ Gentes quoque nationesque, per quas iter habebant, palantes 16 velut prædæ sectabantur. ¶ Quo pacto euenit, vt (f) nemo ex tanto exercitu, qui paulo ante fiducia virium etiam aduersus deos contendebat, vel ad memoriam tantæ cladis, superesset.

Num. 1. (a) *Mera sancy* Ονειρολάγες, & μεθουλάγες apposite dicuntur Græcis. vide Gruter. suspicior. 8. 13. & supr. not. ad l. 3. 2.

3. (b) *Simul & ipsi vates* Mss. Fuldenses, *simul & ipse vates* quod conuenit satis cum eo quod sequitur, *sparsis crinibus*, & erant omnino plerique femine Apollinis sacerdotes, eiusque instanti responsa consulentes dantes. Virgil. Æn. 6. 65.

— tuque ô sanctissima vates

*Præsentia venturi.*

Delphis in primis, ubi Phæbades vocabantur hæc vates, siue Pythiæ. Vide Strabonem lib. 9. Mod.

6. (c) *Audisse etiam strid. arc.* Virgil. Æn. 9. 659.

*Agnouere deum proceres, diuinaque tela*

*Dardania. phœtræque fugâ sentire sonantem.*

Vide de hoc auctoris loco Saresberienf. Polit. rat. 6. 17.

9. (d) *Et terræ motu portio* Comparata cum hoc loco, Gallicæ cladis de-

dis descriptionem, quæ est in Phocidis Pausanix. Is XXVI millia Gallorum, partim ferro, partim tempestate, & metu Paoico, partim fame scribit in Phocide cecidisse. De Brienni morte vide præterea Valer. Max. 1, 18, B.

13. (a) *Pausidu nulla sub teſt. acta max* Neque enim ulla metuentibus quies, supr. 13, 11. siue, vt loquitur P. Syrus, *Metus cum veni, rarum habet et seminus lecuri.* Onofander Strateg. cap. 42. *Qui in periculo versantur ij ne si permittatur quidem, somno sui velint. Nam metu periculi, etiam quo tempore loci quiescere, velut urbe jam captanda, vigilare coguntur.* Adde Marcellin. lib. 25. princ.

16. (f) *Nemo ex tanto exercitu* Polybius 4, 46. *cos qui superuenerint, circa Byzantium constitisse, ibique imperium condidisse scribit P.* Quin etiam autor infr. 32, 3, 6. *ipse sibi contrarius, partem horum Gallorum in Asia, partem in Thraciam extorres fugisse scribit.*

## POMPEII TROGI

### EPITOMA HISTO-

#### RIARVM.

### LIBER XXV.

#### CAP. I.

**I**nter duos reges, Antigonum & Antiochum 1  
statuta pace, cum in Macedoniam Antigonus  
reuerteretur, nouus eidem repente hostis exortus  
est. ¶ Quippe Galli, qui à Brenno duce, cum in 2  
Græciam proficiscerentur, ad terminos gentis tu-  
endos relicti fuerant, ne soli desides viderentur,  
peditum quindecim millia, equitum tria millia  
armauerunt; ¶ fugatisque Getarum Triballo; 3  
rumque copiis, Macedoniæ imminentes, legatos  
ad regem miserunt, qui pacem ei venalem offer-  
rent, simul & regis (a) castra specularentur.  
¶ Quos Antigonus pro regali munificentia, in 4  
genti apparatus epularum ad cœnam inuitauit.  
¶ **S**ED Galli expositum grande auri argentiq; pon- 5  
dus

6 **d**us admirantes, atque (b) prædæ vbertate sollici-  
tati, infestiores quàm venerant, reuertuntur.

6 ¶ **Q**uibus & elephantos ad terrorem, velut inusti-  
tatas Barbaris formas, rex ostendi iusserat, & na-  
7 ues onustas copiis demonstrari: ¶ signatus **Q**UOD  
quibus ostentatione virium, metum se iniicere  
existimabat, eorum animos vt ad opimam præ-  
8 dam sollicitabat. ¶ Itaque legati ad suos reuersi,  
9 gentiam regis ostendunt: ¶ *referta auro & argen-*  
*to castra; sed neque vallo, fossave munita: & quasi satis*  
*munimenti in diuitiis haberent, ita eos omnia officia*  
10 *militaria intermisisse: ¶ prorsus quasi ferri auxilio*  
*non indigerent, quoniam abundarent auro.*

#### NOTÆ AD LIBRUM XXV.

Num. 3. (a) *Castra specularentur* De specularibus hoc genus legatis, in eius argumenti libro cap. 47. Car. Paschalius, & alii.

5. (b) *Prædæ vbertate sollicitati* Hinc dicuntur *audacissima capiendi gens* Luitio 35, 27, 8. *Non nisi satis metes, ni subinde auro, cuius audacissima gens est, principum animos concitentur.* Idem 21, 20, 9.

3, 4, 5, &c. ¶ Similima referuntur à Niceta Choniare sub finem libri 7. de Alexio Angelo, Principe Byzantino, qui Legatos Imp. Henrici pacem venalem offerentes, ostentatione diuinarum tam non terruit, ut dicerent, nihil capi aut officii Germanos multebribus istu spectaculi aut ornamentu: atque adeo jam tempus esse, vt his epistulis, Graeculi ferro aurum commutarent. Nam si vtri legationis sua redirent, pugnandum in eam viris esse, qui non ut prædæ lapillis nitentur, neque vestibus variegatis vt pauores gloriantur; sed qui veri Martii alumnis flammæ nitoremque ex oculis iuciant, & quorum sudor spem ditiſſimis deflens referat margaritis.

#### CAP. II.

1 **H**ac relatione, auidæ gentis animi fati ad præ-  
2 dam incitabantur. ¶ Accedebat tamen &  
exemplum Belgii, qui non magno ante tempore  
Mace-



Macedonum exercitum cum rege trucidauerat.  
 ¶ Itaque consentientibus omnibus, nocte castra;  
 regis aggrediuntur: qui praesentens tantam tem-  
 pestatem, signum pridie dederat, vt omnibus re-  
 bus ablatis, in proxima silua taciti se occultarent.  
 NEQVE aliter seruata castra, quam quod deserta  
 sunt. ¶ Siquidem Galli vbi omnia vacantia, nec  
 sine defensoribus modo, verum etiam sine custo-  
 dibus vident, non fugam hostium, sed dolum ar-  
 bitrantes, diu intrare portas timuerunt. ¶ Ad pos-  
 tremum integris & intactis munimentis, scruta-  
 ntes potius quam diripientes, castra occupaue-  
 runt. ¶ Tunc ablatis quae inuenerant, ad littus  
 conuertuntur. Ibi dum naues incautius diripi-  
 unt, a remigibus, & ab exercitu parte, quae eo  
 cum coniugibus & liberis confugerant, nihil ta-  
 le metuens trucidantur: ¶ tantaque caedes Gal-  
 lorum fuit, vt Antigono pacem (a) opinio huius  
 victoriae, non a Gallis tantum, verum etiam a fi-  
 nitimorum feritate praestiterit. ¶ Quamquam  
 Gallorum ea tempestate tanta fecunditatis iu-  
 uentus fuit, (b) vt Asiam omnem velut examine  
 aliquo implerent. ¶ Denique neque reges Orien-  
 tis sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella  
 gesserunt: neque pulsi regno ad alios quam ad  
 Gallos confugerunt. ¶ Tantus terror Gallici no-  
 minis, & armorum inuicta felicitas erat, vt aliter  
 neque (c) maiestatem suam tutam, neque amissam  
 recipere se posse sine Gallica virtute arbi-  
 trarentur. ¶ Itaque in auxilium a Bithyniae rege  
 inuocati, regnum cum eo parta victoria diuise-  
 runt; eamque regionem Gallograeciam cognomi-  
 nauerunt.

Num. 4. & 5.] Quod idem olim iidem fecere capta Roma. Liv.  
 5, 41, 6. Flor. 1, 13, 19.

7. (a) *Opinio huius victoriae*] h. e. existimatio ex victoria parta.  
 Tacit. Ger. c. 13. *Germani spiam plerumque famam bella praestigant.* Veget.  
 praef. lib. 3. *Nemo provocare, nemo audet, nisi eum, quem intelligit sui  
 peritorem esse pugnaturum.*

8. (b) *Vt Asiam omnem*] Vide Strabonem lib. 12. Oraculum de  
 eorum in Asiam transitu extat in Pausaniae Phocidis. B.

10. (c) *Maiestatem suam tutam*] Quid futurum? & ita quidam  
 olim impressi. B.

11. (d) *In auxilium a Bithyn.]* Strabo Gallos scribit Attalico-  
 rum regnum terras diu populasse: tandem ab iis Bithyniam obti-  
 nuisse, quae & Gallograecia. B.

## CAP. III.

1. **D**um haec in Asia geruntur, interim in Sicilia  
 (a) Pyrrhus in Pænis nauali praelio victus, ab  
 Antigono Macedoniae rege supplementum mili-  
 2. tum per legatos petit: ¶ denuntians, *ni mittat,  
 redire se in regnum necesse habere, incrementa rerum,*  
 3. *quae de Romanis voluerit, de ipso quaesituras.* ¶ Quod  
 vbi negatum legati retulerunt, dissimulatis cau-  
 4. sis, repentinam fingit profectionem. ¶ Socios in-  
 terim parare bellum iubet: arcis Tarentinae cu-  
 stodiam Heleno filio, & amico Miloni tradit.  
 5. ¶ Reuersus in Epirum, statim fines Macedoniae  
 inuadit: cui Antigonus cum exercitu occurrit;  
 6. victusque praelio in fugam vertitur. ¶ Atque ita  
 Pyrrhus Macedoniae in deditionem accipit; &  
 veluti damna amissae Siciliae Italiaeque acquisito  
 Macedoniae regno pensasset, relicto Tarenti si-  
 7. lium & amicum arcessit. ¶ Antigonus autem cum  
 paucis equitibus, fugae comitibus, repente fortu-  
 nae ornamentis destitutus, amissi regni speculatu-  
 rus euentus, Thessalonicam se recepit; vt inde  
 cum

cum conducta Gallorum mercenaria manu bellum repararet. ¶ Rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus cum septem comitibus fugiens, non iam recipiendi regni spem, sed salutis latebras, ac fugæ solitudines captat.

Num. 1. (a) *Pyrrhus*] Quomodo Pyrrhus Italia & Sicilia excessit, & in Græciam reuersus, Antigonus & Gallos strenue pugnantis vicerit, legendus in eius vita Plutarchus, & Pausanias in Atticis. B.

## CAP. IV.

Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam nec eo (a) ad quod votis perueniendum fuerat contentus, Græciæ Asiæque regna meditatur. ¶ Neque illi maior ex imperio, quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, quæ tulisset impetum, sustinere valuit. ¶ Sed vt ad devincenda regna inuictus habebatur: ita deuictis acquisitisque celeriter carebat. tanto (b) melius studebat acquirere imperia, quam retinere. ¶ Itaque cum copias (c) Cherroneo transposuisset, legationibus Atheniensium, & Achæorum, Messeniorumque; excipitur. ¶ Sed & Græcia omnis admiratione nominis eius, simul & rerum aduersus Romanos Pœnosque gestarum gloriâ attonita, aduentum eius exspectabat. ¶ Primum illi bellum aduersus Spartanos fuit: vbi maiore mulierum, quam virorum virtute exceptus, Ptolemæum filium, & exercitus partem robustissimam amisit. ¶ Quippe oppugnanti urbem, ad tutelam patriæ tanta multitudo feminarum concurrat, vt non fortius victus, quam verecundius recederet. ¶ Porro Ptolemæum filium eius ad eo

ad eò strenuum, & manu fortem fuisse tradunt, vt urbem Corcyram cum sexaginta ceperit: item prælio nauali quinquagemem ex scapha cum septem insiluerit, captamque tenuerit. ¶ In oppugnatione quoque Spartanorum vsque in mediam urbem equo procurerit; ibique concursu multitudinis interfectus sit. ¶ Cuius corpus vt relatum patri est, dixisse Pyrrhum ferunt, aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse, vel temeritas eius meruerit, occisam esse.

Num. 1. (a) *Ad quod votis peruen. fuer.*] Consulendi, Grætus Suspicion. 6, 14. & Briffonius in Formulis lib. 1. pag. 32.

3. (b) *Melius fudeb. acquir. quam ret.*] Ea de causa Pyrrhum Antigonus aleari similem esse dixit, qui spe lucri proprias opes prodigit: nec vnaquam contentus est eò, quod in alea vicerit: sed quæcunque collatoribus supersunt, auditate magna cupit, inque ea relictis omnibus solum inhians. quæcunque ante quæsierat profundit. Simili ingenio fuit Alexander Magnus, cuius res in Oriente gestas cum legeret Imp. Angustus, admiratam ferunt. non induxisse eum in animum, quomodo qualita feruaret: sed tantâ, vt alia quæsitis adiceret. Plut. apoph. Rom. c. 48. Bene Thucydides 6, 2, 15. *Amentis est, illos aggredi, qui licet vincas, non tamen retinere possit.* Et Calliodorus lib. 1. var. epist. 25. *Nihil profectus in ista res solidare, si valebit præsumptis, ordinata destruat. Illa sunt enim volubilia, illa stultitiana, que prudentia incipit, & cura custodit. &c.*

4. (c) *Cherroneus*] Glareanus ex historia legit *Peloponnesus*, & sequentia comprobant. Vt. alii *Cherroneus*, alii *Cherroneo* vide Plutarchum, & Pausaniam in Atticis & Laconicis. B.

## CAP. V.

Repulsus à Spartanis Pyrrhus, Argos petit: ibi dum Antigonom in vrbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos violentissime dimicans, (a) saxo de muris ictus occiditur. ¶ Caput (b) eius Antigono refertur: qui victoria mitius vsus, filium eius Helenum cum Epirotis sibi

A a dedi-

deditum, in regnum remisit, eique insepulti patriis ossa in patriam referenda tradidit. ¶ Satis constans inter omnes auctores fama est, nullum nec eius, nec superioris ætatis regem (c) cōparandum Pyrrho fuisse; raroque non inter reges tantum, verum etiam inter illustres viros, aut vitæ sanctioris, aut iustitiæ probatoris visum fuisse: ¶ Scientiam certè rei militaris in illo viro tantam fuisse, vt cum Lyfimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus (d) bella gerens, inuictus semper fuerit. ¶ Illyriorum quoque, Siculorum, Romanorumque, & Carthaginensium bellis, nunquam inferior, plerunq; etiam victor extiterit: ¶ qui patriam certe suam angustam, ignobilemque, famarum gestarum, & claritate nominis sui, toto orbe illustrem reddiderit.

Num. 1. (a) *Saxo demurii* Probus, *lapide istius*. Plutarchus, & Pausanias, & Strabo lib. 9. *negat istud*. id est, *regulam* vocant. B. Quomodo etiam Ouidius in Ibin distichi. 112.

*Aut vt Achilleidem cognatio nomine clarum*

*Oppro: at hostili regula iacta manu.*

2. (b) *Caput eius* Valer. Max. lib. 5. cap. 1. B.

3. (c) *Cōparandum Pyrrho* Ex *experientia bellica, & manu, & audacia facile primus regum fuit: nō in habitu*. Plutarch. B.

4. (d) *Bella gerens* Ms. Fulentes, *bellica gesserit*: quomodo cum habeant etiam omnes veteres scripti codices Bongarsii; puto geminata eadem voce & syllaba reponendum: vt cum *cuna Lyfimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus, bella gesserit, inuictus semper fuerit*. Mod.

POMPEII TROGI  
EPITOMĀ HISTORICARVM.  
LIBER XXVI.  
CAP. I.

Post mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum,

tum, verum etiam in Asia, Græciaque, magni bellorum motus fuisse. ¶ Nam & Peloponnesii per proditionem Antigono traditi; ¶ & variante hominum partim dolore, partim gaudio, prout singula ciuitates aut auxilium de Pyrrho sperauerant, aut metus sustinuerant, ita aut cum Antigono societatem iungebant, aut tutius inter se odiis in bellum ruebant. ¶ Inter hunc turbatarum prouinciarum motum, (a) Epirotum quoque vrbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur: ¶ à quo cum multi ex primoribus occisi, plures in exilium acti essent, Atolis per legatos postulantis, coniuges liberosque exilium redderet, primo negauit: ¶ postea quasi penitiret, proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit; diemque profectionis statuit. ¶ Illa quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima quæque auferentes cum ad portam quasi vno agmine profecturæ conuenissent, omnibus rebus exspoliata, in carcerem recluduntur: occisi prius in gremio matrum paruulis liberis, virginibusque ad stuprum direptis. ¶ Ad tam saeuam dominationem stupentibus omnibus, princeps eorum (b) Hellenicus, (c) senex & liberis orbus, Vt qui nec ætatis nec (d) pigneris respectu timeret, contractos domum fidelissimos amicorum in vindictam patriæ hortatur. ¶ Cantantibus priuato periculo publicum finire, & deliberandi spatium postulantis, accessit feruis iubet obserari fores; tyrannoque nuntiarī, mitteret qui conuocatos apud se comprehenderet: obiectans singulis, se quia liberanda patriæ auctor esse non possit, desertor vltorem futurum.

¶ Tunc illi ancipiti periculo circumuenti, honestiorem viam eligentes, coniurant in tyranni necem; atque ita Aristotimus, (e) quinto postquam tyrannidem occupauerat mense opprimitur.

NOTÆ AD LIBRUM XXVI.

Num. 4. (a) *Epirorum quoque urbi* ] Locus manifestò mendosus: nec veti. auxilio sunt. Glateanus nescio quo auctore *Epidaurorum* legit. Ex Pausaniz Eliacis, & Plutarchi libello de virtutibus mulierum, cap. 24. omnino legendum *Elisorum*. B.

2. (b) *Helanicus* ] Ita vet. & Pausanias, & Plutarchus, quos lege. vulgo *Helennus*. B.

Ibid. (c) *Senex & liberis orbis* ] A. Casellius cum multa de temporibus Cæsaris liberibus loqueretur, amicique ne id faceret, mōnerent: *Duas res, quæ hominibus amarissimæ videntur, magnam sibi incertiam præbere respondit, Senectutem & Orbis aciem*. Val. Max. 6. 1. 12. Ita Solon Pistrato tyranno querenti, *quæ tandem hie frenus, suo tam audacter resisteret*; respondisse fertur, *Senectute*. Cicet. de Senect. c. 20. *Suilius extremam senectam liber*. Tacit. annal. 13. 42. Adde Statium Thebald. 3. 214. iterumque Val. Max. 3. 8. 5. Rationem reddit in Plutarchi Cæsare c. 21. Confidius. *nam quod superest vite, quia paruum est, haud magnam cautionem desiderat*. Quod ipsius de orbitate dici potest.

Ibid. (d) *Pignus* ] Sic edidi ex vet. omnibus. Vide Priscian. lib. 6. Frequens est in e mutatio. Inde *Athenienses* dicebant veteres, pro Apollinem. Festus: & *amplecti* pro *amplecti* apud Sallustium: & a tegendo *roga* dicta, Prisc. lib. 1. & a pendeo *pondus*. Inde quod in vet. Mss. semper legitur *Prolemæus*, rectum arbitror. est enim Græcis *Προλεμαῖος*. Vt quæ iis est *Κίχηρα*, Latinis est *Corymba*: & *Βερνικη*, est *Βερνικη*. Pignus autè hic vocat natos. B. Duobus filiis orbatum Hellenicum scribit Plutarchus de virt. mul. cap. 24. Vide *pignus* hic legi fonte rectius sit.

9. & 10. ] Simile quid à Plutarcho refertur sine Pelopide.

10. (e) *Quinto postquam* ] Sex menses tyrannidem tenuisse refert Paulianus. B.

C A P. II.

Interea Antigonus cum multiplici bello, & Ptolemæi regis, & Spartanorum, premeretur; nouusque

usque illi hostis Gallogræciæ exercitus affluisset; in speciem castrorū parua manu aduersus ceteros relicta, aduersus Gallos totis viribus proficiscitur. ¶ Quibus cognitis, Galli cum & ipsi se prælio pararent, in auspicia pugnae hostias cædunt: quarum extis cum magna cædes, interitusque omnium prædiceretur, non in timorem, sed in furorem versi, sperantesque deorum minas expiari cæde suorum posse; coniuges & liberos suos trucidant, auspicia belli à patricidio incipientes.

3. ¶ Tanta rabies feros animos inuaserat, vt non parcèrent (a) ætati, cui etiam hostes pepercissent; bellumque (b) internecium cum liberis, liberorumque matribus gereret, pro quibus bella suscipi solent. ¶ Itaque quasi scelere vitam victoriamque redemissent, sicut erant cruenti ex recenti suorum cæde, in prælium Non meliore euentu, quàm omine proficiscuntur. ¶ Siquidem pugnantis, prius patricidiorum furia, quàm hostes circumuenere; obuersantibusque ante oculos manibus interemptorum, omnes occidione cæli. ¶ Tanta strages fuit, vt pariter cum hominibus dii consensisse in exitum patricidarum viderentur. ¶ Post huius pugnae euentum, Ptolemæus & Spartani, victorem hostium exercitum declinantes, in tutiora se recipiunt. ¶ Antigonus quoque vbi eorum discessum videt, recenti adhuc ex priori victoria militum ardore, (c) bellum Atheniensibus infert. ¶ In quo cum occupatus esset, interim Alexander rex Epitri vicisti mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniae depopulatur. ¶ Aduersus quem cum reuersus à Græcia Antigonus esset, (d) transicione militum destitutus,



tus, regnum Macedoniae cum exercitu amittit. || Huius filius Demetrius puer admodum, absente patre, reparato exercitu, non solum amissam Macedoniae recipit: verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliatur. || TANTA vel mobilitas militum, vel fortunae varietas erat, ut vicissim reges, nunc exules, nunc reges viderentur.

Num. 3. (a) *Atenti cui etiam hostes* ] Ita fere sup. 18, 6, 12. & Liuiv. 24, 16, 9. Humaniter ergo Pausanios Spartanorum princeps, cum Attaginus vrbe Thebis profugisset, qui dedit debebat, eius liberos ad se ad suos, culpa absolutis, negans queros saltem iudicari esse participes, inquit Herodotus 9, 87. *Nam qui trahitur pueri: quorum at et nandum nonit verum discrimina?* Senec. de ira 2, 9.

Ibid. (b) *Interneccium* ] Duobus praeter locis, vocem hanc huic auctori restituit, quae & hic, & 6, 6, 2. & 11, 9, 4. varie corrupta erat. Alii *interneccium* scribunt: sed Festus *interneccium* dicit, & ita plerisque Amm. Marcellini locis editum est. B.

8. (c) *Bellum Atheniensibus* ] Eius meminit Pausanias in Attici. B.

10. (d) *Transfugione militum desitit.* ] *Transfugio nudatus*, inquit Tacit. 2, 46.

## CAP. III.

Igitur Alexander cum exul ad Acarnanas confugisset, non minore Epirotarum desiderio, quam sociorum auxilio, in regnum restituitur. || Per idem tempus rex Cyrenarum (a) Agas dedit: qui ante infirmitatem, Beronicen unicam filiam, ad finiendam cum Ptolemaeo fratre certamina, filio eius desponderat. || Sed post mortem regis, mater virginis Arfinoe, vt inuita se contractum matrimonium solueretur, misit qui ad nuptias virginis, regnumque Cyrenarum, Demetrium fratrem regis Antigonii a Macedonia arcerent: qui & ipse ex filia Ptolemaei procreatus erat.

4 erat. || Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cum secundante vento celeriter Cyrenas aduolasset, (c) FIDUCIA pulchritudinis, qua nimis placere sociis ceperat, statim a principio superbus, regiae familiaris, militibusque impotens erat; studiumque placendi a virgine in matrem contulerat. || Quae res suspecta primo virgini, dein popularibus militibusque inuisa fuit. || Itaque verus Demetrio comparantur: cui cum in lectum foecus concessisset, percussores immittuntur. || Sed Arfinoe audita voce filiae, ad fores stantis, & praecipientis vt matri parceretur, adulterum paulisper corpore suo protexit. || Quo interfecto, Beronice, & supra matris, salua pietate, vltima est: & in matrimonio fortiendo, iudicium patris secuta.

Num. 2. (a) *Agas* ] Hic Pausanias est *Magas*. B. Atque ita legendum hoc loco, pridem monuit Paul. Leopardus emendation. 17, 10.

Ibid. (b) *Filiam ad finiendam certam, despondit.* ] Fere sollemne, principum discordias lupitit, inueniente affinitate. Quomodo Augustus reconciliatus est: *rimam discordiam Antonii, postulantibus vtriusque amicis, vt & necessitudine atque iungentur, priuigiam eius Claudiam duxit uxorem.* Sueton. Aug. c. 62.

4. (c) *Fiducia pulchrit. diu & c. superbus* ] Propertius 3, 23, 1.

*Falsa est ista cum, vultus, fiduciosa forma.*

*Olim ceu in nimium saluasi, etiam me.*

Arifia metris i. epist. 1. *Φως ει το καλλοισι ει οτι φανος*: Natura forma superbiore esse amat.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTORIARUM.  
LIBER XXVII.  
CAP. I.

1 MORTUO (a) Syriae rege (b) Antiocho, cum in

locum eius filius (c) Seleucus successisset, (d) hortante matre Laudice, quæ prohibere debuerat, auspicia regni à parricidio cœpit. ¶ Quippe Beronicen noueram suam, sororem Ptolemæi regis Ægypti, cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit. ¶ Quo facinore perpetrato, & infamiae maculam subiit, & Ptolemæi bello se implicuit. ¶ Porro Beronice cum ad se interficiendam missos didicisset, (e) Daphnæ se claudit. ¶ Vbi cum obsideri eam cum paruulo filio nuntiatum Asiæ ciuitatibus esset, recordatione paternæ, maiorūque eius, dignitatis, casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes miserè. ¶ Frater quoque Ptolemæus periculo sororis exterritus, relicto regno, cum omnibus viribus aduolat. ¶ Sed Beronice ante aduentum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. ¶ Indigna res omnibus visa. Ita que cum uersa ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparassent, repente exemplo crudelitatis exterrita, simul & in uisionem eius, quam defensuri erant, Ptolemæo se tradunt: ¶ qui nisi in Ægyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset: ¶ tantum vel illi odium, parricidiale scelus; vel huic fauorem indignè peremptæ mors sororis, attulerat.

## NOTÆ AD LIBRVM XXVII.

Nun. 1. (a) *Mortuo* Nempse dolo coniugis. Id enim est, de quo Plinius 7, 12. m. & Val. Max. 9, 14. exterrit.

Ibid. (b) *Rege. Antioche* Is Osus dicebatur, Appianus lib. de bellis Syriacis, qui eum ab exore Landice interfecit scribit, quod dolerit sibi adiunctam Beronicem, vel, ut est in nostris Mss. *heronice*.

Ibid.

Ibid. (c) *Seleucus* Cognomen *Callenicus*, hoc est, egregius victor, quod cognomen tum & Heculi tribuit cum Luciano Plutarchus, & Martyribus Zonaras. Nepos hic fuit Seleuci Nicanoris de quo autor 15, 4, 7, & alibi.

Ibid. (d) *Hortante matre* Appianus Syriac. pag. 130. f. ipsi matri hæc tribuit. An hæc idem valent, & quæ iubeas, ipse fecisse putandus est: Quomodo Tacitus annal. 1, 6. Agrippam a tribuno confectum scribit, quem Suetonius Tib. cap. 22. à centurione, scilicet iussu tribuni,

4. (e) *Daphnæ* Daphne Stephano est suburbium Antiochiæ Syriæ: urbis ad Orum, Strabo lib. 16. oppidum mediocre dicit esse. B. Situm eius & formam tradit Sozomenus 5, 19.

## CAP. II.

1 **P**ost discessum Ptolemæi, Seleucus cum aduersus ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repente VELUTI diis ipsi parricidium vindicantibus, orta tempestate classem naufragio amittit; ¶ nec quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus, & spiritum, & paucos naufragii comites residuos fortuna fecit.

3 ¶ MISERA quidem res, sed optanda Seleuco fuit: siquidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæum transferant, veluti diis arbitris satisfactum sibi esset, repentina animorum mutatione (a) in naufragii misericordiam versæ, imperio se eius restituant. ¶ Lætus igitur malis suis, & (b) damnis ditior redditus, veluti par viribus, bellum Ptolemæo infert: ¶ SED quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset, nec propter alium opes regni receperat, quàm vt amitteret, victus prælio non multo quàm post naufragium comitator, trepidus

6 Antiochiam confugit. ¶ Inde ad Antiochum fratrem literas facit: quibus auxilium eius implorat, oblata ei Asia, inter fines Tauri montis, in præ-

mium lata opis. || Antiochus autem cum esset 7 annos XIII natus, supra ætatem regni auidus, occasionem non tam pio animo, quam offerrebat, arripuit: sed latronis more, totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam virilemque sumit audaciam. || Vnde Hierax est cognominatus: quia non 8 hominis, sed accipitris (c) ritu, in alienis eripendis vitam sectaretur. || Interea Ptolemæus cum 9 Antiochum in auxilium Seleuco venire cognouisset, (d) NE cum duobus vno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit: || sed 10 pax ab hoste data (e) interpellatur ad fratres; qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem, imploratus exhibuit. || In eo prælio virtute Gallorum victor 11 quidem Antiochus fuit; sed Galli arbitantes Seleucum in prælio cecidisse, (f) in ipsum Antiochum arma vertere: liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. || Quod 12 vbi sensit Antiochus, velut à prædonibus, auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis iungit.

Num. 3. (a) In *ausp. misericordiam versa*] Cicero pro L. Manil. cap. 9. *Sic si vislet, inquit, ut regum assidua fortuna facili multorum oculos afficiant.* Val. Max. 5, 3, 3. *Etiam quæ in iura inuasit, facit, gratiosus miseria reddunt.* Nam, ut inquit Seneca de clem. 2, 5. *Misericordia non causam, sed fortunam spectat.* Adde Liumum 42, 52, 3. Tacitum 15, 4, 10 & H. 2, 10, 6. Sueton. 1, 12, 1. Florum 3, 21, 17. Æschylum Supplicib. v. 497. Flaccum Argon. 6, v. 74.

4. (b) *Dumnu dirior*] Ita Marus clade major. Flor. 3, 21, 16. De Mithridate similia Notæc in h. 37, 1, 8.

3. (c) *Ritu, in alienis erip. vitam sectari.*] Corrupte voces inergro sensu. Quid est enim, accipitris ritu in alienis eripendis vitam sectari? nisi hoc pro sustentare, tolerare positum sit. Forse legi posset, vitam alienis erip. sectari, ut vitam omittatur. Freinsheim.

9. (d) *Ne cum duob. vno temp. dem.*] Vide supr. Notam 6, 1, 2. c.

10. (e) *Interpellatur à fratre*] Belli inter Seleucum Callinicum & Antiochum Hieraem meminit Strabo lib. 16. B.

11. (f) *In ipsum Antiochum arma vert.*] Cato lib. 4. Origin. citante Agellio 5, 21. *Milites mercenarij compluribus in imp. ratoribus impitum fecere:* atque ita factum, quod e Vespis Antiochus inter proverbis refertur. *ἰξπάρτορες ἢ χάρθαι τῆν ἄπειλων;* Pedamentum vitæ dicitur. Bene Liumus 25, 3, 5. *Non ita credam um certis auxiliis monet, ut non plus tui robore tuarumque proprie virtutum in casibus hab. at.* Quod ipsum inculcat Vegetius 3, 1. fin. Imp. Leo Tactic. 20, 62. De Gallis auxiliariis cum Annibale conspirantibus, & Romanos prodeuntibus. vide Polybium 3, 66. & 67. adde Liumum 42, 31, 8. & 44, 26, 13. Nostrium 4, 3, 5, ibique notam e.

## CAP. III.

1 Interea (a) rex Bithyniæ Eumenes, sparsis conductisque fratribus bello intestina discordiæ, quasi vacante Asiæ possessionem inuasurus, victorem Antiochum, Gallosque aggreditur.

2 || NE c difficile saucios adhuc ex superiore congreffione, integer ipse viribus superat. || Ea namque tempestate omnia bella in exitum Asiæ gerebantur: vti quisque fortior fuisset, Asiam vobit

4 prædam occupabat. || Seleucus & Antiochus fratres bellum, propter Asiam gerebant: Ptolemæus rex Ægypti, (b) SVB specie fororis vitionis, Asiæ inhiabat. || Hinc Bithynus Eumenes, inde Galli (humiliorum semper mercenaria manus) Asiam depopulabantur: cum interea nemo defensor Asiæ inter tot prædones inueniebatur.

6 || Victo Antiocho, cum Eumenes maiorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres, perditio præmio, propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt: sed omisso externo hoste, in mutuum exitum bellum reparant. || In eo Antiochus denuo victus, multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad focerum suum Artamenem regem

regem Cappadociae prouehitur. || A quo cum 8  
 primum benigne exceptus esset, interiectis die-  
 bus, cognito quòd insidiæ sibi parentur, salu-  
 tem fuga quaesuit. || Igitur cum profugo nus- 9  
 quam tutus locus esset, ad Ptolemaeum hostem,  
 cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat,  
 decurrit; memor vel quæ facturus fratri esset, vel  
 quæ meruisset à fratre. || SED Ptolemaeus (e) non 10  
 amici debito, quam hostis factus, seruari eum ar-  
 tissima custodia iubet. || Hinc quoque Antiochus 11  
 opera cuiusdam meretricis adiutus, quam (d) fa-  
 miliarius nouerat, deceptis custodibus elabitur;  
 fugiensque à latronibus interficitur. || Seleucus 12  
 quoque iisdem ferme diebus, amisso regno, equo  
 præcipitatus, (e) finitur. Sic fratres, quasi & ger-  
 manis casibus, exules ambo, post regna, scelorum  
 suorum penas luerunt.

Num. 1. (a) *Rex Bithynicæ Eumenes* Regem Bithyniæ originem  
 & recessionem lege lib. 13. Strabonis. B.

1. 2. ] Ita fieri amat: & hoc ipso argumento dictator Albanus  
 Tullo Rom. regi prælium dissiuadens. *Memor esto, inquit, iam quomodo  
 seruum pignora dabis, has duas acies spectas o fore, ut si fossis confisissimè  
 seruis, uiderem ac uisum Eriusæ (vicini potentes) aggrediantur.*  
 Hinc præfagium Sallustii de excidio Imperii Romani (an aptan-  
 dum huic nostro seculo?) in orat. 1. ad Cæsar. *Ego sic e istamo; quan-  
 tum ortu omnia intererunt, qua tempore istius uerbi Romam factum excidium  
 uenturum, e u. i. cum eiuslibus manus conseruerentur: ita D E F E S S O S &  
 e sanguis regi aut nationi, uale suorum.*

4. (b) *Sub specie sororia uisionis* ] Quomodo & Mithridates  
 infr. 38. 1. 3. Vide Notam ad 4. 3. 5.

10. (c) *Non amici debito quam hostis f.* Ea est bonorum libro-  
 rum scriptura, ex qua legendum arbitror, non *amicus delicti*, quem  
*hostis sustinet*, id est, non tam amicus, &c. Similes locutiones nota-  
 ui supra ad 6. 1. 4. B. Quædam etiam ad 12. 8. 14.

11. (d) *Familiaris* ] Familiaritatis scilicet, illa turpi, nec dicenda.  
 Similis uerborum consuetudo & scire notio est.

12. (e) *Finitur* ] Nihil ambigo scribendum *fuit*. Sic enim &  
 Graeci

Graeci *τιλοῦται*: & præter alios Tacitus 6. 50. 16. *Tiberius finitur*,  
 h. e. mortuus est. Neque tamen, non addicentibus libris, aliquid  
 mutare sustineo.

Ibid. (f) *Germani* ] Mallem, *germani*, ut germanos & fratres  
 fuisse intelligat non natura tantum; sed casibus etiam, & fortu-  
 na. B.

POMPEII TROGI  
 EPITOMA HISTO-  
 RIAE RVM.  
 LIBER XXVIII.  
 CAP. I.

- 1 Olymptias Pyrrhi Epirotæ regis filia, amisso  
 marito, eodemque germano fratre Alexan-  
 dro, cum tutelam filiorum ex eo susceptorum  
 Pyrrhi & Ptolemaei, regnique administrationem  
 in se receperet, ab Aetolis partem Acarnaniæ,  
 quam in portione belli pater pupillorum acce-  
 perat, eripere uolentibus, ad regem Macedoniæ  
 2 Demetrium decurrit; || eique habenti uxorem  
 Antiochi regis Syriæ sororem, filiam suam (a) Ptiam  
 in matrimonium tradidit, ut auxilium quod miseri-  
 cordia non poterat, iure cognationis obtineret.  
 3 || Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimo-  
 nii gratia acquiritur, & veteris offensa contrahi-  
 4 tur. || Nam prior uxor uelut matrimonio pulsa,  
 sponte sua ad fratrem Antiochum discedit; eum-  
 5 que in mari bellum impellit. || Acarnanes quo-  
 que diffisi Epirotis, aduersus Aetolos auxilium  
 Romanorum implorantes, obtinuerunt à Roma-  
 6 no senatu, ut legati mitterentur, || qui denuncia-  
 rent Aetolis, *presidia ab uerbibus Acarnaniæ deduce-  
 rent; patrenturque esse liberos*, (b) qui soli quondam  
 aduer-



*aduersus Troianos, auctores originis sue, auxilia Græcia non miserint.*

Num. 1. (a) *Præiam* Scribendum *Plæthiam*, quomodo apud Plutarchum in *Pyrrh.* cap. 1. vocatur *Pyrrhi mater*. B.

6. (b) *Qui sibi quondam aduers. Trojan.* Strabo id ex Ephoro docet lib. 10. B.

## CAP. II.

Sed (a) *Ætoli* legationem Romanorum super-  
be (b) audiuerunt: Pænos illis & Gallos, à qui-  
bus tot bellis occisione cæsi sint, exprobrantes;  
dicentesque, prius illis portas aduersus Carthagi-  
nienses aperendas, quas clausit metus Punicæ belli,  
quam in Græciam arma transferenda. Meminisse  
deinde iubent, qui quibus minentur. Aduersus Gal-  
los urbem eos suam tueri non potuisse; captamque non  
ferro defendisse, sed auro redemisse: Quam gentem se  
aliquanto maiore manu Græciam ingressam, non solum  
nullis externis viribus, sed ne domesticis quidem totis ad-  
iutos, vniuersam dedesse; sedemque sepulcris eorum præ-  
buisse, quam illi (c) vrbibus, imperioque suo proposue-  
rant. Contra Italiam, quæpids ex recentis vrbis sue  
incendio Romanis, vniuersam fermè à Gallis occupa-  
tam. Prius igitur illis Gallos Italia pellendos, quam  
minentur *Ætolis*: priusque sua defendenda. Quos  
autem homines Romanos esse nempe (d) pastores, qui  
latrociniò in suis dominis ademptum solum teneant: qui  
uxores cum propter originis debonestamenta non inue-  
nirent, vi publica rapuerint: qui denique urbem ipsam  
parricidio considerint; murorumque fundamenta (e)  
fraterno sanguine asperferint. *Ætolos* (f) autem  
principes Græciæ semper fuisse; & sicut dignitate, ita  
& virtute ceteris præstitisse: solos denique esse, qui  
Mace-

*Macedonas, imperio terrarum florentes, semper contempserint: qui Philippum regem non timuerint: qui Alexandri Magni post Persas Indosque devictos, cum  
omnes nomen eius horrerent, edicta spreverint. Monere igitur se Romanos, contenti sint fortuna præsentis, nec prouocent arma, quibus & Gallos cæcos, & Macedonas contemptos videant. Sic dimissa legatione Romanorum, ne fortius locuti, quàm fecisse viderentur, fines Epiri regni & Acarnaniæ depopulantur.*

Num. 1. (a) *Ætoli l. g. Rom. superbe au. iure* De vniuersæ natione *Lilius* 2, 22. 9. *Retatum à Græciis, gente lingua magis breuius quam salis, serox responsum*. Hæc illorum hominum natura in cænes quoque regionis eius transgressa est. Vnde *Græti*us *Cyngetic.* v. 116.

*At clangore citat, quos nondum conspici apertæ  
Æto à quæcumque canis de serpe (malignum  
Offensum) sive illa motus convulsa rapit,  
Sen frustra nimius, ror, erat futor.*

*Ibid.* (b) *Audiuerunt* Fuldenfes, audiit, Modio teste.

5. (c) *Vrbibus* Non dubitavi hæc scripseram, & Fuldenfesibus, & Bongariis codicibus affirmatam; in contextum recipere. Hactenus editi, *urbibus*.

8. (d) *Pastores, qui latrocinia* Hieronymus in *Chronico*, *pastorum & atronum manum dicit*. inde forte *Gallica dictio, pastres*, pro latronibus. B. De primordiis vrbis: de raptu *Sabinarum*; de *Remi* eadē, *Lilius* lib. 1. & alii.

10. (e) *Fraterno sang. asperfer.* *Lucan.* 1, 95.  
*Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

11. (f) *Ætolos autem* Strabo ex *Ephoro* lib. 10. pag. 319. 14. *Ætolos gentem ait fuisse, quæ nunquam aliis paruerit, sed toto quod memoratur tempore indomita manserit, propter locorum asperitatem, aditumque difficilem, & bellicam exercitacionem: à qua *Hæc*io *patris ægæas* dicuntur. B. h. e. prælium forti animo sustinentes. *Iliad.* 9, 525.*

## CAP. III.

Iam *Olympias* filius regna tradiderat; & in locum *Pyrrhi* fratris defuncti *Ptolemæus* successit.

cesserat : ¶ qui cum hostibus instructo exercitu 2  
obuius processisset, infirmitate correptus, in iti-  
nere decedit. ¶ Olympias quoque non magno 3  
post tempore, gemino funerum vulnere afflicta,  
ægrum spiritum trahens, non diu filii superui-  
xit. ¶ Cum ex gente regia sola Nereis virgo, cum 4  
(a) Laudamia sorore superesset, Nereis nubit Ge-  
loni (b) Sicilia regis filio: ¶ Laudamia autem cum 5  
in aram Dianæ confugisset, concursu populi in-  
terficitur. ¶ Quod facinus dii immortales affi- 6  
dus cladibus gentis, & prope interitu totius po-  
puli vindicauerunt. ¶ Nam sterilitatem, famem 7  
que passis, & intestina discordia vexati, externis ad-  
postremum bellis pendè consumpti sunt: ¶ Mido 8  
que Laudamiam percussor in furorem versus,  
nunc ferro, nunc saxo, in summa dentibus lacera-  
tis visceribus, duodecima die interit. ¶ His in Epi- 9  
ro gestis, interim in Macedonia Demetrius fex,  
relictio filio Philippo, paruo admodum, decedit.  
¶ Cui Antigonus tutor datus, accepta in matri- 10  
monium matre pupilli, regem se constitui labora-  
bat. ¶ Interiecto deinde tempore; cum seditio- 11  
ne minaci Macedonum, clausus in regia teneret-  
ur, in publicum sine satellitibus procedit; ¶ pro- 12  
iecto que in vulgus diademate ac purpura, dare hæc  
eos alteri iubet, qui aut imperare illis nesciant, aut cui  
parere ipsi sciant. ¶ se adhuc inuidiosum illud regnum, 13  
non voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire:  
¶ Commemorat deinde beneficia sua: vt desectio- 14  
nem sociorum vindicauerit: vt Dardanos, Thessalosque  
exultantes morte Demetrii regis compescuerit: vt deni-  
que dignitatem Macedonum non solum defenderit, ve- 15  
rum etiam auxerit. ¶ Quorum si illos punireat, depo-  
nere

nere imperium, & reddere illis munus suum: (c) ipsi 1  
regem querant, cui imperent. ¶ Cum populus pu-  
dore motus, recipere eum regnum iuberet, tam-  
diu recusauit; quoad seditionis auctores suppli-  
cio traderentur.

NUM. 4. (a) Laudamia. ] Tam Parrhasius lib. de rebus per epi-  
stolam quærit, epist. 42. nomen hoc, ut alia in autore plura, de-  
prauiatum existimat, scribendumque *Deidamia*. Vide notam ad  
14. 6. 4.

Ibid. (b) Sicilia regis ] Scil. Hieronis. De hoc ita Pausanias  
lib. 6. pag. 365. 19. *Fuit Hieroni cum Pyrrho Eacida filio hospitium  
prius, deinde affinitas; quod Pyrrhi filia Rexis cum filio Hieroni nup-  
serat.*

11. 12. 13. &c. ] Sic Annius Cassius. Is, cum ingens seditio in  
exercitu esorta esset, processit nudus, campetris solo tectus, &  
percutit eos, inquit. *si auditis, & corrumpit, respiciat facinus auditis.*  
Tunc conquiescentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit,  
vt scribit Vulfenius Gallicanus in Anid. Cass. c. 14. respiciens, opti-  
hor, ad verba Luciani; 316. de Casare: — *scitit agere sulis*

*celitus, interitu vultu, mirisque timere*

*Ni mererent.*

Quomodo Meus eriam aduersum seditiosos; *profectum ab  
audacia in uariis est.* Tacit. anna. 1. 18.

15. (c) *Ipsi regem querant* ] Vt, omnes quibus, forte, quare regem  
querant. B. Rex igitur Antigonus, quod negare videtur Lilius  
46. 54. 3.

## CAP. IV.

1 P ost hæc (a) bellum Spartanis infert; qui soli  
Philippi Alexandrique bellis, & imperium  
Macedonum, & omnibus metuenda arma con-  
2 temperant. ¶ Inter duas non nobilissimas gentes bel-  
lum, summis verimque viribus fuit: cum hi pro  
vetere Macedonum gloria, illi non solum pro il-  
libata libertate, sed etiam pro salute certarent.  
3 ¶ Videt Lacedæmonii, non ipsi tantum, sed etiam  
coniuges liberique, (b) magno animo fortunam  
4 tulere. ¶ Nemo quippe in acie saluti peperit:

Bb

nulla

nulla amissum coniugem fleuit : filiorum mortem senes laudabant : patribus in acie cæsis filii gratulabantur : suam vicem omnes dolebant, quod non ipsi pro patriæ libertate cecidissent.

¶ Patentibus (c) omnes domibus saucios excipiebant, vulnera curabant, lassos reficiebant. ¶ Inter hæc nullus in vrbe strepitus, nulla trepidatio; (d) M A G I S Q V E omnes publicam, quam priuatam fortunam lugebant. ¶ Inter hæc (e) Cleomenes rex post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruore madens, superuenit; ¶ ingressusque urbem, non humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus deposuit: ¶ sed (f) acclinis 9 parieti, cum quatuor millia sola ex pugna superfuisset conspexisset, hortatur (g) V T S E ad meliora reipublica tempora reseruarent. ¶ Tum cum coniuge & liberis Ægyptum ad Ptolemæum proficiscitur: à quo honorifice suscepit, diu in summa (h) dignatione regis vixit. ¶ Postremo post Ptolemæi mortem, à filio eius cū omni familia (i) interficitur. ¶ Antigonus autem, cæsis occisione 12 Spartanis, fortunam tantæ vrbs miseratus, à direptione milites prohibuit; veniamque his qui superfueraut dedit, ¶ præfatus bellum se cum Cleomenes, non cum Spartanis habuisse, cuius fuga omnis ira eius finita sit: ¶ nec minori sibi gloria fore, si ab eo seruata Lacedæmon, à quo solo capta sit, (k) proderetur. ¶ Parcere (l) igitur se solo vrbs ac telis, quoniam homines quibus parceret, non supersuisissent. ¶ Nec multo post ipse (m) decedit, regnumque Philippo pupillo, annos XIII nato, tradidit.

NUM. 1. (a) Bellum Spartanis inferi ¶ Vide Plutarchum in Cleomene & Arato, & Pausaniam Corinth. B.

3. (b) Magnò animo ¶ Ex præcepto Periclis apud Thucydidem 2, 13, 23. Oportet diuinitus immixta, necessarios, ab hostibus illata, fortis animo, at.

5. (c) Patentibus domibus ¶ Ita ex vno Ms. legendum: ceteri patentibus. Tacitus annal. 4, 63. Ceterum sub recentem cladem, uero præcipuum domus fomentum & medicis possim præstiti. B. Sic l. iu. 2, 47, 16.

6. (d) Magis publicam quam priuatam, &c. ¶ Regnum inuicem, etiam priuatæ res facile saluæ præstat: publica prodenda, ino nequiquam feruer. Ita Cæsar apud Dionem Cassium lib. 28. Priuatam quidem nemo omnium ita pariet: laici uero sunt, ut non idcirco cum Reipub. conueniret periret: at Reipub. si prospero successu uatur, etiam priuatorum omnium calamitates potest subleuare. Adde Thucyd. 2, 11, 2. Sallust. Catil. 2, 5. Cicero ad Attic. 1, 17. fin. & pro L. Manil. cap. 7, m

7. (e) Cleomenes rex ¶ Tyrannum uocat Linius 34, 26, 9, & 34, 28, 1.

9. (f) Acclinis ¶ Imptressi ceteri acclinis, quomodo sæpius hæc vox deprauatur: cum acclinis proprie de inanimatis, acclinis de animatis dicatur, ut placet Ob. Gifanio in obferu. Lat. ling. Virgil. Æneid. 2, 23. Arborum acclinis trunca. Tacit. 13, 16. ille ut erat rocinus, & nescio similia.

Ibid. (g) Vt se ad meliora &c. ¶ Hoc ipsum Leônidas suos hortatur supr. 23, 11, 5. Itemque rex Agis suos, apud Diodorum 17, 63. Antigonus rex aliquando cedens hostibus inmentibus, non se fugere dixit: sed opponere tantum à rege sitam persequi. Plutarch. apoplitheg. c. 48. & Stobæus serm. 52.

10. (h) Dignatus ¶ id est, dignitate. Vtrius Tacitus passim: Cicero ad Attic. 10, 16. Curtius. Seneca, alii. B. Videndus omnino Casaubonus ad Sueton. Cæsi. c. 4, 2.

11. (i) Interficitur ¶ Cleomenes sibi ipsi manus attulisse, Pausanias & Plutarchus auctores sunt. B.

14. (k) Proderetur ¶ h. e. Memoriam proderetur, ut plenius loquitur autor 12, 6, 17. Posterius prædi, est Plinio paneg. c. 75.

15. (l) Parcere se solo vrbs, ac telis ¶ Florus 4, 12, 81. Cum in captam urbem Latæam facerentur, ege dux imperatoris, ut uictoria Romana stans patris esset, quam incensa, monumentam. Sulpitius Seuerus lib. 2. Historie Sacre: Deliberante Tito. an vrbe capta templum Hierosolymitanum euerteretur, nonnulli visum est, aciem sacratam ultra omnia mortalia illustrare, non d. bers de eri: qua seruata, modestia Romana testimonium: diuina. euentum crudelitatis notam præberet.

16. (m) Decedit ¶ De morte Antigonis variantes sententias refert Plutarchus in Ag. & Cleom. c. 42.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARUM.  
LIBER XXIX.

## CAP. I.

Hisdem ferme temporib. prope vniuersi orbis  
imperia, noua regū successionē mutata sunt. 1  
Nam & in Macedonia Philippus mortuo Anti- 2  
gono, tutore eodemque vitrico, annorum qua-  
tuordecim regnum suscepit: & in Asia (a) inter- 3  
fecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus  
constitutus est: Cappadociæ quoque regnum 4  
Ariarathi puero admodum, pater ipse tradiderat:  
Ægyptum, patre ac matre interfectis, occupa- 5  
uerat Ptolemæus, cui ex facinoris crimine, cog-  
nomenum (b) Philopator fuit. Sed & Spartani 6  
in locum Cleomenis successerunt Lycurgum. Et 7  
ne qua temporibus mutatio deesset, apud Car-  
thaginienles quoque (c) ætate immatura dux  
Annibal constituitur, non penuria seniorum, sed  
odio Romanorum, quo imbutum eum à pueritia  
sciebant. Fatale non tam Romanis, quam ipsi  
Africæ malum. His regibus pueris, et si nulli se- 8  
nioris ætatis rectores erant, tamen (d) In suo-  
rum quisque maiorum vestigia intentis, magna  
indoles virtutis enituit. Solus Ptolemæus, SicvT 9  
scelestus in occupando regno, ita & segnīs in ad-  
ministrando fuit. Philippum Dardani, ceteri 10  
que omnes finitimi populi, quibus velut immor-  
tale odium cum Macedonum regibus erat, con-  
temptu

11 temptu ætatis assidue lacescebant. Contra ille  
summotis hostibus, non contentus sua defendi-  
se, vltro etiam Ætolis bellum inferre gestiebat.

## NOTÆ AD LIBRVM XXIX.

Num. 3. (a) *Interfecto Seleuco*] Callinici filio, qui pharmaco  
ab amicis iubilatus est, relicto fratre Antiocho successore, qui Ma-  
gnus dictus est. Appianus Syriacâ. B.

5. (b) *Philopator*] h. e. parentis amans, per antiphrasin.

7. (c) *Ætate immatura*] Minor quinque & viginti annis,  
eum nouem annos natus odium Romanorum patri iurasset. Pro-  
bus. B.

8. (d) *In suor. quib. maiorum vestigia int.*] Cassiodorus lib. 9.  
var. capit. 22. *Magnum verecundia suum vltis est laque paratum; dum illis  
non patitur esse impares quos gaudemus auctores. Nazarius panegyri.  
Constant. c. 3. Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque  
natura. nec sensus ac lente iudicium promittit boni, quum insoluita in-  
stantia vixidum ruperit ingenuum. Imp. Iulianus in Misopog. *Quem-  
admodum in plantis verisimil. est diffundi qualitates quam latissimæ,  
ac fortasse in totum simi. se nati que gignuntur in quibus ortu sunt: sic  
etiam in hominibus credibile est in partem moris autem affinis esse.* Adde  
inf. 42. 2. 3.*

## CAP. II.

1 Quæ agitantem illum (a) Demetrius rex Illy-  
riorum, nuper à Paulo Rom. consule vi-  
ctus, supplicibus precibus aggreditur, iniuriam  
2 Romanorum querens: qui non contenti Italia ter-  
minis, (b) imperium (c) spe improba totius orbis ample-  
3 xi, (d) bellum cum omnibus regibus gerant. Sic illos  
Sicilia, sic Sardinia, Hispanique, sic denique totius A-  
4 frica imperium affectantes, bellum cum Penu & Anni-  
bale suscepisse: sibi quoque non aliam ob causam,  
quam quod Italia finitimus videbatur, bellum illatum:  
quasi nefas esset, aliquem regem iuxta imperii eorum  
5 terminos esse. Sed et ipsi cauendum esse exem-  
plum,



plum, cuius quanto promtius nobilisque sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus. || Super 6 hac cedere se illi, regno quod Romani occupauerint, proficitur, gratius habiturus, si in possessione imperii sui, socium potius quam hostes videret. || Huiuscemodi 7 oratione impulsit Philippum, vt omisissis Aetolis, bellum Romanis inferret, inquit negotii existimantem, quod iam victos ab Annibale apud Trafimenum lacum audierat. || I T A Q V E (e) nec eodem tempore multis bellis detineretur, pacem cum Aetolis facit; non quasi aliud bellum translaturus, sed vt Graeciae quieti constuturus, quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. || Si 9 quidem conjurgentibus ab Occidente nouis Paenorum & Romanorum imperiis, quibus vna hac a Graecia atq; Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperii faciunt: ceterum statim victoribus transitum in Orientem fore.

Num. 1. (a) Demetrius De quo Appianus in Illyrica historia, Polybius, Lilius. Fuit autem L. Aemilius Paullus, consul cum M. Lilio Salinatore. B.

2. (b) Imperium sive imperii orbis ampl. ] Auidia V L T E R I. O R V M semper genti Romanae, Lilius 9. 38. 6. Mithridates elatius animi ingentibus, Aeneas tatius, & si passet Europa cupiitate flagrabat. Florus 3, 5, 5. Antiochus rex secunda fortuna ac potentia elatus, Orbis terra imperio adiecti equales, Plutarch. in Flamin. cap. 15. Quod ipsum, Alexandrum quoque conatum esse tradit idem orat. 1. de fort. Alexand. cap. 11. Atque adeo in vniuersum hic mortalibus mos est, eorum magnum cupiendi. Senec. de Benef. 3, 3.

Ibid. (c) Spe improba ] h. e. impudente, nimis auidia & audace Florus 1, 10, 12 improba clauis, naufragio castigata, Aufonius epist. 11. Palmes andaport, in hibernis alicuius improbum gerem agit. Martialis 8, epigr. 24. Improbam non fuerit si mea charta, date, Sic quod apud Homerum Odys. 11, 597. est ἀπειθεῖς, (impudens) illud est am rebus apud Virgilium Aen. 12, 627. Sicut probus apud Festum, quasi prohibens, qui se a delictis quod prohibet: sic improbus, qui non inhibetur, ἀνεπιμαρτίζετο. Isidorus lib. 10. Improbis dicitur, quod inflat etiam prohibentis. Cui respondet vernaculum

ungehaken; quod tamen in malam partem sumitur: illud etiam in bonam, Virgil. Georg. 1. 145. Labor omnia vincit Improbus. Quod idem ferè cum isto Petronii: Nihil est tam arduum, quod non improbus exorquetur.

Ibid. (d) Bellum cum amittit. regib. ger. ] Ita Mithridates: Romana omnia non ferua, & maxima regna, hostilia ducunt. Sallustius histor. lib. 4. Sic Pericles apud Lilium 44, 24.

8. (e) Ne eodem temp. multu. bell. ] Supr. Nota 6. 1. 2. c. & Lilius 29, 30, 11.

## CAP. III.

- 1 **V**idere se itaque ait consurgentem in Italia nubem illam, truci & cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam in quascunque terrarum partes victoria tempestas detulerit, magno
- 2 cruoris imbre omnia sedaturam. || Frequenter Graeciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Galolorum, nunc Macedonum bellis: sed (a) omnia illa leuia fuisse existimatos, si ea quae nunc in Italia concurrat
- 3 manus, extra terram illam se effuderit. || Cernere se, quam cruenta & sanguinaria inter se bella, vtrique populi, viribus capiarum, & ducum artibus, gerant: quae rabies finiri solo partis alterius interitu, sine ruina finitumorum non possit. || Feros igitur animos victorum minus quidem Macedoniae, quam Graeciam timendos, quia
- 4 & remotior, & in vindictam sui robustior sit: || Scire tamen se eos qui tantis viribus concurrant, non contentos hoc sine victoria fore; metuendumque sibi quoque cer-
- 5 tamen eorum, qui superiores extiterint. || Hoc praetextu finito cum Aetolis bello, nihil aliud quam Paenorum Romanorumque bella respiciens, sum-
- 6 gulum vires perpendebat. || Sed nec Romani, tametsi Paeni & Annibal in ceruicibus erant, so-
- 7 luti metu Macedonico videbantur: || quippe ter-

rebat eos, & vetus Macedonum deivcti Orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promptum in bella, industriumque cognouerant,

Num. 2. (a) *Omnia illa leuia fuisse* Modius suos quoque; Mse. ita diserim habere fatetur: cenlet tamen vulgaram olim scripturam recipiendam: *omnia illa ludwio fuisse*. vt dixit in Eunuchio 2, 3, 7: Terentius,

*Dicit fuisse illum alterum, oratibus rabens qua debet.*  
Nobis leuia pax comico illo placet.

## CAP. IV.

Igitur Philippus, cum iterato prælio victos à Pænis Romanos didicisset, aperte hostem se his professus, naues, quibus in Italiam exercitum traiceret fabricare cœpit. ¶ Legatum (a) deinde ad Annibalem, iungendæ societatis gratia, cum epistolis mittit: ¶ qui comprehendens, & ad senatum perductus, in columis dimissus est; Non in honorem regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. ¶ Postea vero, cum Romanis nuntiatum esset, in Italiam Philippum copias traiecturum, (b) Læuinum prætorem cum institutis nauibus ad prohibendum transitum mittit. ¶ Qui cum in Græciam traiecisset, multis promissis impellit Ætolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoque Achæos in Romanorum bella sollicitat. ¶ Interea & Dardani Macedoniæ fines vastare cœperunt, abductisque xx millibus captiuorum, Philippum à Romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt. ¶ Dum hæc aguntur, Læuinus Prætor, iuncta cum Attalo rege societate, Græciam populatur. Quibus cladibus percussa ciuitates, auxilium petentes, Philip-

8 Philippum legationibus fatigant: ¶ nec non & Illyriorum reges, lateri eius herentes, assiduus precibus promissa exigebant. Super hæc vastati Macedones, vitionem flagitabant. ¶ Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat: omnibus tamen propediem auxilia se missurum pollicetur; (c) Non quia facere posset quæ promittebat; sed vt spe impletos, in societatis iure retineret. ¶ Prima tamen illi expeditio aduersus Dardanos fuit: qui absentiam eius aucupantes, maiore belli mole Macedoniæ imminebant. ¶ Cum Romanis quoque (d) pacem facit, (e) contentis interim bellum Macedonicum distulisse: ¶ Philopœmeni Achæorum duci, quem ad Romanos, sociorum animos sollicitare didicerat, in sidus prætendit. Quibus ille cognititis vitatisque, (f) discedere ab eo Achæos auctoritate sua coëgit.

Num. 2. (a) *Legatum dicitur ad Annib.* Vide Liuium 23, 32, qui in vincula conditus Philippi legatos icribit. B.

4. (b) *Læuinum prætorem* M. Valerius Læuinus prætor M. Marcello & Q. Fabio Maximo Coss. à Romanis, precibus Apollonia. contra Philippum missus. Liuius 24, 40. &c. B.

9 (c) *Nam quia facere posset quæ promittit, sed vt spe etc.* Liuius 31, 46, 4. *Ætoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio simili.* Et 34, 12, 2. *Cato auxilia rogantibus sociis spem prore sperentendam censet, se ex una parte, maxime in bello, valuisse: & credentem se à iugis auxiliis habere, p. rinde atque habere, ipsa fiducia & sperando atque audendo seruatum.* Adde eundem 34, 39, 6. & Tacitum histor., 25, 1.

11. (d) *Facem facit* Publio Sempronio in prouincia proconsule. Liuius 20, 32.

Ibidem (e) *Contentus* Ita scripti de sententia Modii, ipsiusque in variantibus Bonafati, ex fide Mse. omnium notæ melioris: cum editiones quas viderim omnes contentus habeant, contra mentem auctoris. De Romanis enim hæc accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinerentur bello Panico secundo, etsi iniuria

rias sibi illatas à Philippo putabant, tamen facis fieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore & per occasionem de Macedonum rege vindictam sumpturi.

12. (f) *Discedere*] Modius *desisicere* mauult, quomodo è Mss. Bongarsianis unus habet.

# POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

R I A R V M.

## LIBER XXX.

C A P. I.

Philippo in Macedonia magnis rebus intento, ¶ in Ægypto Ptolemæi diuersi mores erant. ¶ Quippe regno patricidio parto, & ad necem 2 utriusque parentis, cæde etiam fratris (a) adiuncta, velut rebus feliciter gestis, luxuriz se tradiderat; (b) R E G I S Q U E mores omnis sequuta regia erat. ¶ Itaque non amici tantum præfectique, ve- 3 rum etiam omnis exercitus, depolitis militia studiis, otio ac desidia corrupti marcebant. ¶ Quibus 4 rebus cognitis, (c) Antiochus rex Syriæ, veteri inter se regnorum odio stimulante, repente bello multas vrbes eius oppressit, ipsamque Ægyptum aggreditur. ¶ Trepidare igitur Ptolemæus; 5 legationibus missis, quo ad vires pararet, morari Antiochum. ¶ Magno deinde in Græcia exerci- 6 tu conducto, secundum prælium facit, spoliassetque regno Antiochum, S I fortunam virtute iuisset. ¶ Sed contentus reciperatione urbium 7 quas amiserat, facta pace, auide materiam quietis arripuit; reuolutusque in luxuriam, occisa Eurydice vxore eademque sorore sua, (d) Agathocliæ mere-

8 meretricis illecebris capitur. ¶ Atque ita omnem magnitudinem nominis ac (e) maiestatis oblitus, noctes in stupris, dies in conuiuiis consumit. 9 ¶ Adduntur I N S T R A V M E N T A luxuria, tympana & (f) crepundia: nec iam spectator rex, sed magister nequitia, neruorum oblectamenta modulatur. ¶ Hæc primo laborantis regis tacite 10 pestes, & occulta fuere,

### NOTÆ AD LIBRVM XXX.

Num. 2. (a) *Adiuncta*] Parum abfuit quin Mss. o. lectionem *adiuncta* in contextum admitterit, quam vocem Nostro supra quoque 23, 3, 12, ex bonis autoribus adfluximus.

Ibid. (b) *Regis mores sequuta regia*] Cicero famil. 1. epist. 9. ex Platon. lib. 4. de legib. hoc dictum refert: *Quales in rebus. Principes essent, tales reliquis saltem essent.* Cuius dicti veritatem pluribus & testimoniis & exemplis confirmat Gruterus differt. 6. ad Tacitum.

4. (c) *Antiochus rex Syriæ*] Appianus Syriacæ. D. Hieronymus in It. cap. Danicij. B.

7. (d) *Agathocliæ*] Meminit Plutarchus in Emerico. cap. 10. vulgo *Agathocles*: quomodo habet & Hieronymus in Daniele. B. Quomodo promittit *Darius & Darius, Media, & Media* in Mss. inuenias. Nam & Græcorum vtralibet vocali Latinis effertur.

8. (e) *Maiestatis oblitus*] Ouidius Metamor. 2. 12.  
*Non bene conueniunt, nec eadem sede morantur,  
Majestas & amor.*

9. (f) *Crepundia*] Vulgo *tripudium*, lectionem veterem in toto librorum consensu non amplectar, impudens sim. Nimis basilicum est, & Alexandream, quod soluere non possis, rescindere. Crepundia videntur hic esse *xyrota ab xyris*. crepitacula, sicut Ægyptiaca, cotata, quibus in saltationibus vrebantur veteres, maxime orientales populi: vt apud Maronem Syra.

*Crispium sub cotata dacta moueri solent.*  
Crepundia Plauto Mil. glorios. 5, 1, 6. sunt instrumenta puerilia.

*Vt faciam quasi puero in collo penitentem crepundia.*  
Martialis Apophor. (14, 54.) *crepitacula* vocat. Vulgata lectio confirmari potest loco Sallustii, qui est in Catil. 25. 3. *Psallere, saltare elegantissimum quem necesse est proba: multa alia, que sunt instru-*  
mentis.

*intra luxuria. Sed si cavera quam decua atque pudicitia semper omnia fuerit. Ita in Mss. libris Sallustii legi. B. Videndus omnino Scalliger pag. 255. commentar. in Copam incerti auctoris, qui exstat in appendice Virgiliana; iteque notata ad Sueton. Calig. 54.4.*

## CAP. II.

**D**einde crescente licentia, iam nec parietibus 1  
regiæ domus contineri meretricis audacia  
potest: || quam proterviorem, sociata cum Aga- 2  
thocle fratre, ambitiosa pulchritudinis scorto,  
quotidiana regis stupra faciebant || Accedebat & 3  
mater (a) Oenanthe, quæ geminæ subolis illece-  
bris deinceps regem tenebat. || Itaq; non conten- 4  
tæ rege, iam etiam (b) regnum possident, iam in  
publico visuntur, iam salutantur, iam comitan-  
tur. || Agathocles regis lateri iunctus, civitatem 5  
regebat: tribunatus, præfecturas, & ducatus mu-  
lieres ordinabant; nec quisquam in regno suo  
minus, quam ipse rex poterat. || cum interim, re- 6  
lictio quinquenni ex Eurydice sorore filio, mori-  
tur: sed mors eius, dum pecuniam regiam mu-  
lieres rapiunt, & imperium inita cum perditissi-  
mis societate occupare conantur, diu occultata  
fuit. || Re tamen cognita, concursu multitudinis, 7  
& Agathocles occiditur, & mulieres in ultionem  
Eurydicis patibulis suffiguntur. || Morte regis, 8  
supplicio meretricum velut expiata regni infam-  
ia, legatos Alexandrini ad Romanos misere,  
orantes *ut tutelam pupilli susciperent; (c) tuerenturq;*  
*regnum Egypti, quod iam Philippum & Antiochum,*  
*facta inter se pacto, diuisisse dicebant.*

3. (a) *Oenanthe*] Huius meminertur Plutarchus Cleomeue  
c. 46. Polybius 15, 27. & 31. Athenæus 6, 13. in vulgatis editionibus  
*Euanthe* corrupte legitur.

3. 4. 5.] Ptolemæi mores Claudius egregie retulit apud Sueton. c. 29. qui libertis uxorisque adlictus, non principem se, sed minis-  
trum egit, cum pendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine, bonos  
res, exercitus, impunitates, supplicia largitus esset, & quidem in seipso plu-  
rimaque & ignarus. Talis & imp. Arcadius apud Zonaram in eius  
vita.

4. (b) *Regnum possident*] *Quid enim interest, utrum femina gubernans; an, qui gubernant, gubernentur à femina?* inquit Aristoteles Politic. 2, 7.

5. (c) *Tuerenturque regnum*] *Quippe in eo gentium reges, duces, Populi, nationes, præstia sibi ab hac urbe petebant.* Florus 2, 7, 2.

## CAP. III.

**G**rata legatio Romanis fuit, causam belli ad- 1  
uersus Philippum quaerentibus, qui insidia-  
2  
tis eis, temporibus Punicis belli fuerat. || Huc ac-  
cedebat, quod Pœnis & Annibale superato, nul-  
lius magis arma metuebant, reputantibus, quan-  
tum motum Pyrrhus parua manu Macedonum  
in Italia fecisset, quantasque res Macedones in  
Oriente gessissent. || Mituntur itaque legati, qui 3  
Antiocho & Philippo denuncient, *regno Egypti*  
*abstineant.* || Mittitur & (a) M. Lepidus in 4  
Egyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli  
administret. || Dum hæc aguntur, interim lega- 5  
tiones Attali regis, & Rhodiorum, iniurias Phi-  
lippi querentes, Romam venerunt. Quæ res  
omnem cunctationem Macedonici belli senatui  
6  
exemit. || Statim igitur, titulo ferendi focis auxi-  
lii, bellum aduersus Philippum decernitur, (b) le-  
gionesque cum consule in Macedoniam mittun-  
7  
tur. || Nec multo post tempore, tota Græcia, fidu-  
cia Romanorum, aduersus Philippum, spe pristi-  
nae libertatis erecta, bellum ei intulit: Atque ita  
eum rex undique vrguetur, pacem petere com-  
pelli.



pellitur. ¶ Deinde cum exposita (c) conditiones 8  
 pacis à Romanis essent, & repetere sua, & Attalus, &  
 Rhodii, & Achæi, & Ætoli cæpere. ¶ Contra 9  
 Philippus adduci se posse, ut Romanis pateat, (d) con-  
 cedeat; ceterum indignum esse; Græcos à Philippo  
 & Alexandro maioribus suis victos; & sub iugum Ma-  
 cedonici imperii subactos, veluti victores, leges pacis sibi  
 dicere, quibus prius sit feruitus ratio reddenda, quam  
 libertas vindicanda. ¶ Ad postremum tamen, pe-  
 tentæ eò, induciæ duorum mensium datæ, ut pax,  
 quæ in Macedonia non cõueniebat, Romæ à se-  
 natu peteretur.

4. (a) M. Lepidas & c. ] Hoc exemplum, est imitatus Tiberius  
 referente Tacito 2. 67. 6. De Lepido ita Val. Max. 6. 61. Cùm 1200  
 leuati vecturam populum Romanum sibi reliquisset, & Senatus M.  
 Æmilium Lepidum pont. max. hunc consulem, ad pueritatem genen-  
 dam, Alexandriam misit: amplissimique & integerrimi viri salutem  
 eum resp. vrbis & sacris operatur; externa pro orationi vacare vo-  
 luit; na fides ciuitati nostra frustra petita existimaretur. Huic narra-  
 tioni suffragantur antiqui denarii argentei, repræsentantes in vno  
 latere vrbis Alexandriae faciem, cum corona murali turris, cui  
 subscriptum antique, ALEXANDREA: in altero M. Lepi-  
 dum togatum senem calatum, qui à dextris stantem adolescentu-  
 lum cum scepro in manu, diademate regio coronat, hoc adscripto  
 titulo: S. C. M. LEPIDVS PONT. MAX. TYTOR REG.  
 vt testatur Steph. Vin. Pighius annalium Rom. Tom. 2. pag. 404. vbi  
 tamen Nostro prochronismi litem mouet. Vide locum. & ex-  
 pende.

6. (b) Legionés, cum cons. ] Ita manuscripti duo: ceteri omnes,  
 legationesque cum conditionibus pacis. Error ex notatum compen-  
 dio: cum CONS. intep. etiam sunt cum conditionibus: & ad id se-  
 quentia inuitabant, At inde cum exposita con- ditiones pacis à Rom. ef-  
 sent. Missus autem est consul post P. Sulpitium Galbam, & P. Vili-  
 um Tappulum T. Quintilianum Flaminius, ita vet. libri, & recte, ne  
 Flaminius patricio cum plebeis Flaminius confundamus. Hoc  
 non animaduertium, auctorem libelli de viris illustribus, sive is  
 Aur. Victor, sive quis alius, in fœdum errorem induxit, ut hunc,  
 Flaminius eius qui ad Thrasimenam lacum occubuit, filium arbi-  
 traretur. vtriusque docuerunt. inepit. Hic tamen Plutarcho vbiq[ue]  
 φλαμίνιος dicitur. B.

9. (d)

3. (c) Conditiones pacis ] Quas vide apud Liuium 32. 32. 2. &c.  
 9. (d) Concedebar ] Putida oratio, concedebar se adduci posse. Quin  
 scribendum, condebar. Hæc Val. Acidalius ad Vell. 2. 130. 8.  
 quem vix tamen est ut sequamur.

## CAP. IV.

1 Eodem anno inter insulas (a) Theramenem &  
 Therasiam, medio vtriusque ripæ & maris  
 2 spatio, terræ motus fuit. ¶ In quo; cum admira-  
 tione (b) nauigantium; repente ex profundo  
 3 cum calidis aquis insula emerfit. ¶ In (c) Asia  
 quoque eadem die idem motus terræ Rhodum,  
 multasque alias ciuitates graui ruinarum (d) labe  
 4 concussit: quasdam solidas absorbit. ¶ Quo  
 prodigio territis omnibus; vates cecinere, oriens  
 Romanorum imperium; vetus Græcorum, ac Macedo-  
 5 num voraturum. ¶ Interim à senatu repudiata pa-  
 ce, Philippus in societatem belli Nabin tyrannum  
 6 sollicitat. ¶ Atque ita, cum in aciem exercitum in-  
 structus è diuerso hostibus produxisset; hortari  
 suos cœpit; referendo Persas, Bactros, Indosque; &  
 omnem Asiam, Orientis finem, à Macedonibus perdomi-  
 7 tam; ¶ tantoque fortius hoc bellum quam illa sustinen-  
 8 dum, QUANTO sit libertas imperio carior. ¶ Sed &  
 Flaminius Romanus consul, relatione rerum re-  
 centissime gestarum, suos stimulabat in prælium,  
 ostendendo hinc Carthaginem cum Sicilia, inde Ita-  
 9 liam & Hispaniam Romana virtute perditas: ¶ nec  
 Annibalem quidem Alexandro Magno postponendum;  
 quo Italia pulsò, Africam ipsam tertiam partem mundi  
 10 superauerint. ¶ Sed nec Macedonas veteri fama, sed  
 11 presentibus viribus æstimandos: ¶ quia non cum Ale-  
 xandro Magno, quem iniustum audierant, nec cum ex-  
 ercitu

ercitu eius, qui totum Orientem deuicerat, bellum gerant; || sed cum Philippo pueri immature atatis, qui 12 regni terminos aduersus finitimos agræ defendat; & cum his Macedonibus, qui non ita pridem præda Dardanis (e) fuerunt. || Illos maiorum decora, se suorum 13 militum commemorare. || Non enim alio exercitu Annibalem & Pænos, & totum ferme Occidentem, sed his 14 ipsis, quos in acie habeat militibus, subactos. || His ad 15 hortationibus utrinque concitati milites, prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes, ferentesque in bellum, alii maiorum suorum (f) antiquam & obsoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem. || SED Macedonas (g) Romana fortitudo 16 vicit. || Fractus itaque bello Philippus, pace à Flaminio consule petita, nomen quidem regium retinuit: sed omnibus (h) Græciæ urbibus, velut regni membris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit. || Offensi tamen Ætoli, quod non ex arbitrio eorum 18 Macedonia quoque adempta regi, & data sibi in præmium belli esset, (i) legatos ad Antiochum mittunt, QUI eum (k) adulatione magnitudinis, in Romana bella, spe societatis vniuersæ Græciæ, impellerent.

Num. 1. (a) Theramenen & Therasiam ] Theramenis insula hic, vt & supra 13, 72. pro Theræ accipitur. Strabo lib. 1. pag. 32. f. Aedra inter Theram & Therasiam loco. Vide & Plinium 2. 87. & Eusebium in Chronico, & Senecam natural. quæst. 6. 21. cuius locus mendosus est, nec satis explicatus ab annotatore. B. Adde Liuium 39, 56, 6. Plinium 4. 12. m.

2. (b) Nauigantium ] an habitantium? Fr.

3. (c) In Asia &c. Rhodium ] Quam insulam tamen Eusebius Diodorus 15. 2. annuerat. Sed Asiae contribuit etiam Ephoræ Liuii 78.

Ibid. (d) Labr ] A lab. ndo lat. em dixit, vt & supra 17. 1. 5. de Cicero

Cicero de legib. 2. 15. Quamobrem ille quidem sapientissimus Græcia vir, conque de historiis, valde bene labem veretur. Labem etiam hæc vox esse, & hiatum, notatum est ex Iuriconfultorum libris, & Cicero de diuinat. 1. 35. & 43. Hæc vox cum libraribus esset infolens, vertit in mola Hoc terramotu Rhodium colosum iussit Eusebius referri. B.

11. (e) Pueris ] Fæderis. Fr.

15. (f) Antiquam & obsoletam ] Plutarchus in præceptis Reipublice c. 45. Cum videretur puerulus paruum creptis conari subligare sibi, aut coronas eorum capiti bus suis imponere, per locum videtur, at urbani magister, matrem opera, arduum conatus, & facta presentibus remporibus ac rebus non congruentia fuisse iubentes mutare, multitudine conantur: & cum ridicula sunt iudicia, non resu iam digna putantur, nisi plane sint contempti.

16. (g) Romana fortuna vicit ] Ad Cynosephalas. Vide Liuium 39. 4. 6. Plutarchum in Titi Flaminii vita c. 11. Florum 2. 15, 17. qui locum istum Cynosephalas vocat: Pausaniam in Atticis & Achaicis: Strabonem extremo libro 9. B.

17. (h) Græciæ urbibus ] Debetur hæc lectio codici Ciuiano, nam ceteri optime notæ Thraciæ, contra historiam. Plutarchus in Flaminio cap. 4. Regnum Macedonia quidem ei reliquit: imperans autem ex Græcia abiret. Fr.

18. (i) Legatos ad Antiochum ] Asiaticum bellum Romanis suscitauit Thos Aitolia princeps, & Annibal. Florus 2. 8. B.

Ibid. (k) Adulationis magnitudinem ] Curtius 1. 2. tr. Preparari solita conitate, Darius spem iussit. Seneca Benef. 6. 30. Principes dum ignorant vires suæ, & dum se tam magnos quam audiunt credunt, ardeat exere superuacua, & in discrimen amissum perueniunt bella.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTORICÆ

RIARVM.

LIBER XXXI.

CAP. I.

Mortuo (a) Ptolemæo Philopatore rege Aegypti, (b) CONTEMPTAQVE partuili filii eius atate, qui in spem regni relictus, (c) præda etiam domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occu-

Cc

pare

pare Ægyptum statuit. ¶ Itaque Phœnicem, ce-  
 terasque Syriæ quidem, sed iuris Ægypti ciuitates  
 cum inuasisset, legatos ad eum Senatus mittit, qui  
 denuntiarent ei, *abstineret regno pupilli, postremis*  
*patris precibus fidei sua traditi.* ¶ Quibus spretis, in-  
 teriecto tempore alia legatio superuenit, qua om-  
 missa pupilli persona, ciuitates, iure belli factas popu-  
 li Romani in integrum restitui iubebat. ¶ Abnuent, 4  
 bellum denuntiatum: quod ille facile susceptum,  
 infeliciter gessit. ¶ Eodem tempore & (d) Nabis 5  
 tyrannus multas Græciæ ciuitates occupauerat.  
 ¶ Igitur senatus, N E vno tempore duplici bello 6  
 Romanæ vires detinerentur, scripsit Flaminio,  
 si ei videatur, sicuti Macedoniam à Philippo, ita  
 Græciam à Nabide liberet. ¶ Ob quam causam 7  
 imperium ei prorogatum est. Terribile quippe  
 Antiochi bellum (e) Annibalis nomen faciebat,  
 quem æmuli eius occultis mandatis, cum Antiocho  
 inisse societatem apud Romanos criminabantur:  
 ¶ negantes eum equo animo sub legibus viuere, (f) af- 8  
 suetum imperio, & immoderate licentiæ militari; sem-  
 perque radio quietis vrbana, nouas belli causas circum-  
 spicere: ¶ Quæ et si (g) falsa nuntiata fuissent, apud 9  
 timentes tamen pro veris habebantur.

## NOTE AD LIBRUM XXXI.

Num. 1. (a) *Mortuo Prolemao*] Hæc latius & accuratius per-  
 sequitur Appianus in Syriaca. B.

Ibid. (b) *Contempta parvuli filii ætate*] Prout aiunt fieri. Qua  
 causa Romani audita morte Hieroni, antequam quid ex contemptu æta-  
 tis velidi pueri, rerum notarum moueretur Syracusis &c. Polybius ex-  
 cerpto legat. primo. Consulatus Sallust. lug. 6. 7. Florus 4. 4. 3. Po-  
 lybius 5. 34. & 41. Herodianus 1. 7. Zonaras tom. 1. sub imperio  
 Constantini Leonis filii. Hinc intelligitur, quantum laudet Sili-  
 conem Claudianus 2. 64.

*vix aque & lucis in ipso*  
*Limite contemptus nauquam; Ast iura subactis*  
*Genitibus, & secum senis creuisse triumphos.*

Ibid. (c) *Præda*] Prætulit præda, quod è Miss. Bongarsius  
 inter variantes retulit. Ita Lilius, præda fuit a legio. Sallust. Catil.  
 21. 5. Quibus victor a præda fuerat.

5. (d) *Nabis tyrannus*] Lilius lib. 14. Plutarchus in Flaminio  
 & Philoponem, Pausanias in Messeniacis, Achaicis, & Arcadicis. B.  
 7. (e) *Antiochus*] Appianus, & Lilius lib. 34. B.

7. (f) *Affuetum imperio*] Ita Lilius 2. 2. 4. Nivum Tarquinius  
 regno affuisse &c. a se esse Tarquinius prius vixisse. Sueton. Cal. 30. 8.  
 Caput imperii consuevendo Cesar. De Miltiade Probus in eius vita:  
 Multum in imperio magistratibusque versatus, non videbatur posse ef-  
 se prius: præsertim cum consuevissent ad imperii cupiditatem. 11.  
 hi viderentur.

9. (g) *Falsa op. timentes pro vera habi.*] Seneca de ira 2. 22. Quæ  
 inuiti audimus, libenter credimus.

## CAP. II.

Denique senatus metu perculsus, ad speculan-  
 dos actus Annibalis, legatum in Africam  
 Gnaum Seruilium mittit: eique tacitis manda-  
 tis præcipit, si poster, eum per æmulo eius interficeret,  
 metuque inuisi nominis tandem populum Romanum  
 liberaret. ¶ Sed res Annibalem non diu latuit, vi-  
 rum ad prospicienda cauendaque pericula (a) pe-  
 ritum; N E è minus (b) in secundis aduersa, quam  
 id aduersis secunda cogitantem. ¶ Igitur cum to-  
 ta die in oculis (c) principum, legatique Roma-  
 ni, in foro Carthaginensium obuertatus in su-  
 premum fuisset, appropinquante vespere, equum  
 conscendit; & (d) rus vrbantum, quod propter  
 litus maris habebat, ignaris sertis, iussisque ad  
 4 portam reuertentem opperiri, contendit. ¶ Habe-  
 bat ibi naues cum remigibus, occulto sinu littoris  
 absconditas: erat & grandis pecunia in eo agro

præparata, vt cum res exegisset, nec facultas fu-  
 gam, nec inopia moraretur. ¶ Lecta igitur seruo-  
 rum iuuentute, quorum copiam (e) Italicorum  
 captiuorum numerus augebat, nauem conscen-  
 dit, cursumque ad Antiochum dirigit. ¶ Postera 6  
 die ciuitas principem suum, (f) ac tum temporis  
 consulem, in foro expectabat. ¶ Quem vt profe-  
 7  
 ctum nuntiatum est, non aliter quam si vrbs capta  
 esset, omnes strepidaueret, exitio iamque sibi fugam  
 eius ominati sunt. ¶ Legatus verò Romanus, qua-  
 8  
 si bellum iam illatum Italiæ ab Annibale esset, ta-  
 citus Romam regreditur, (g) trepidumque nun-  
 tium refert.

Num. 2. (a) *Peritum* ] Malim paratum, quod in Mss. o. esse te-  
 statur Bong.

Ibid. (b) *In secundis aduersa &c.* ] Idem Romanæ constantiæ  
 mos erat, in aduersis vultus secunda fortuna gerere; mortuorum animas  
 in secundis. Lilius 42. 62. 9. Adde infra 31. 8. 9.

3. (c) *Principum* ] Procerum, & populi primorum, id est, sena-  
 torum. Ita Seneca consol. ad Helu. cap. 11. pr. & 12. mo. item de be-  
 nef. 2. 11. & alibi: Capitolinus in Gordianis cap. 13. Ceterum Sena-  
 tores ab Augustæ historia scriptoribus appellatos etiam *optimos*  
*res, summatos, optimos nobilitatis, proceres*, ipsi que Senatum *Nobi-*  
*litate* docet ad illos scriptores pag. 93. Salmastius.

Ibid. (d) *Rururbanum* ] Forte *suburbanum*, Fr.

5. (e) *Italico, eptim.* ] Atqui Lilius 30. 37. 2. scribit inter condi-  
 tiones pacis & hanc fuisse, Carthaginienses Romanis captiuos  
 omnes traderent. Quomodo ergo hi numerum seruorum Anniba-  
 lis auxerunt? Fr.

6. (f) *Ac tum temp. consulem* ] Suffetes Carthaginiensibus  
 erant, qui Romæ consules, Lilius 30. 7. 5. quos Æmilius Probus in  
 Annibale, *binos reges*, vocat. Erat & apud illos Dictatoris impe-  
 rij, Lilius 23. 13. 11. & Quæstorum dignitas. habebantur hi pro-  
 ximi iudicibus, idem Lilius 33. 32. 4. Iudices erant centum, sup. 19.  
 2. 5. & senatus erat triginta seniorum confectus, Lilius 30. 16. 3.  
 Erant apud eos & Prætores, Probus Annib. Lilius 33. 32. 3. D.  
 Adde supr. notam ad 19. 1. 7.

8. (g) *Trepidam nuntium* ] Romani enim Annibalem, etsi fe-  
 ni & exilio fractum, pro igni habebant, cui abesse nihil, nisi qui  
 eum excitaret. Plutarch. Flamini cap. 37.

## CAP. III.

- 1 **I**nterim (a) in Græcia Flamininus, iuncta cū qui-  
 busdam ciuitatibus societate, Nabidem tyran-  
 num duobus continuis præliis subegit; & graui-  
 ter fractum, velut ex sanguine, in regno reliquit.  
 2 ¶ Sed libertate Græcia restituta, deductisque ab  
 yrbibus præfidiis, cum Romanus exercitus in Ita-  
 liam reportatus esset, velut vacua rursus possessio-  
 ne sollicitatus, multas ciuitates repentino bello  
 3 inuasit. ¶ Quibus rebus exterriti Achæi, Ne vi-  
 cinum malum etiam ad se serperet, bellum aduer-  
 sus Nabidem decernunt, ducemque prætorum  
 suum Philopœmenem, insignis industriæ virum,  
 4 constituunt: ¶ cuius in eo bello tanta virtus eni-  
 tuit, vt opinione omnium (b) Flamini Roma-  
 5 no imperatori compararetur. ¶ Eodem tempore  
 Annibal cum ad Antiochum peruenisset, velut  
 6 deorum munus excipitur: ¶ tantusque eius ad-  
 uentu ardor animis regis accessit, vt non tam de  
 7 bello, quam de præmiis victoriæ cogitaret. ¶ Sed  
 Annibal, cui nota Romana virtus erat, (c) nega-  
 8 bat *opprimi Romanos nisi in Italia posse*. ¶ Ad hoc si-  
 bi centum naues, & decem millia peditum, &  
 9 (d) mille equites poscebat: promittens *hac manu*  
*non minus bellum, quam gesserit, Italia restauraturum*.  
 10 ¶ & in Asiam regi (e) sedenti, aut victoriam de Ro-  
 manis, aut æquas pacis condiciones relaturum: ¶ quip-  
 pe & Hispani bello flagrantibus, ducem tantum deesse;  
 & Italiam notiorum sibi nunc, quam pridem fuisse: sed  
 nec Carthagine quieturam, sociamque se ei sine mora  
 præbituram.



Num. 1. (a) In *Græcia Flaminium*. De hoc bello copiose Lilius 34, 22. & seqq.

4. (b) *Flaminio Rom. imp. compar.* Quod Flaminium male habebat: & Plurarchus (Philopœm. c. 25. & Flamin. c. 22.) inter causas finiti cum Nabide belli reges Flaminii invidiam & emulationem honorum Philopœmenis. B.

7. (c) *Nizab. oppri. Rom. nisi in Ital. p.* Hoc ipsum fufius demonstratur infra cap. 5. Ita Lilius 34, 59. *Sententia Annibalis una atque eadem semper erat: ut in Italia bellum gereretur. Italiam & comitatus & militum præbiturum externis hosti, si ibi ibi moueretur, sic utique populo Rom. viuis & copio Italia extra Italiam bellum gerere, neque regem neque gentem ullam parem Romanis esse.* Apud Velleium 2. 7. Pontius T. Celsinus, Sarracituro dux, vociferabatur eundem delendamque Romam; adiciens; nunquam de futuris vapores quæsi libertati sua op. nisi filia. in quam refugere solent, esset excisa.

8. (d) *Mille equites*. Vett. plerique equitum, unde mendosum locum esse suspicor. Et sane in Id. Pelerini ver. cod. legitur tria milia equitum. B. Vulgatum assimulat Lilius 34, 59. 5. *Sive centum s. sive novis, sedecim milia equitum, mille equites deposcebat.* Illud vero mille equitum; pro mille equites, Latine dici; & mille esse substantivum singulare, sicuti chillas; docet e bonis autoribus Agellius 1. 16. ut mihi via temperauerim, quin idem in luttinum reciperem.

9. (e) *Regi sidenti*. Id est, otioso. Cicero ad Attic. 10, 8. m. & 10, 12. m. B.

## CAP. IV.

Cum regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem (a) vnus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidus hortetur, Annibalemque cum copiis affuturum nuntiet; nihil, dicat, partibus, nisi animos Carthaginiensium deesse: *Asiam & vires belli, & sumptum præbituram.* || Hæc cum relata Carthaginem essent, nuntius ipse ab inimicis Annibalis comprehenditur, & perductus in senatum, cum interrogaretur, ad quem missus esset, Punico ingenio respondit, se ad vniuersam senatam missum: nec enim hoc opus singulorum, sed vniuersorum esse.

3 esse. || Dum multis diebus deliberant, an cum Romanam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus consensa naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginienses vltro rem Romam per legatum deferunt. || Romani quoque (b) ad Antiochum legatos misere, Quibus in specie legationis, & regis apparatus specularentur, & Annibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum inuisumque regi redderent. || Itaque legati cum Ephesi conuenissent ad Antiochum, mandata ei senatus tradunt. || Dum responsum expectant, omnibus diebus assidui circa Annibalem fuere: dicentes, timide eum a patria receperisse, cum pacem Romanis, non tam cum republica eius, quam cum eo factam, summam fide custodiant: nec bella eum Romanorum magis odio, quam PATRIÆ amore gessisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse debeat. Hæc enim publicas inter populos, non priuatas inter duces, bellandi causas esse.

8 Inde res gestas eius laudare. || Quorum sermone lætus, sapius cupidiusque cum legatis colloquebatur, ignarus quod familiaritate Romana, odiū sibi apud regem crearet. || Quippe Antiochus tam assiduo colloquio, reconciliatam eius cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicuti solebat referre; expertemque totius consilii, veluti hostem proditoremque suum, odisse cepit. Quæ res tantum apparatus belli, cessante imperatoria arte, corrupit. || Senatus mandata fuerant, ut contentus terminis Asia esset, ne ipsis ingredientibus Asiam necessitatem imponeret. Quibus spretis, non accipiendum bellum statuit, sed inferendum.

Num. 1. (a) *Vnus ex comitibus* Aristonem mercatorem Tyrium *breui negotiationis* missum scribit Appianus pag. 90. quem lege, & Livium 39, 60. B. Hoc ipso astu Pelopidas vsus, ad Sphodriam Spartanum missi quendam mercatorem cum pecunia & mandatis magna de re. Plutarch. Pelop. c. 24. Prudenter ergo cautum est Honorii ac Theodosii rescripto J. mercatores. C. de commerc. & met. Ne mercatores *tepi Imperio Rom. quam Persarum regi subelli.* *ubi a calone, in quibus saeclorum temporum memorata natione Imperatoribus conuenit. iudicium exerceant: ne scilicet. aliam regni struuntur arcana.*

4. (b) *Ad Antiocham legatus* Inter quos erat P. Scipio, qui Annibalem deuicerat. Praeter Livium 35, 14. & Appianum pag. 91. & 92. vide Lucianum in dialogis Mortuorum, & Plutarchum in Flaminio sub finem. Consilium autem legatorum explicat & Frontinus 1, 9, 7. B.

## CAP. V.

**D**ICITUR, quum frequenter de bello consilium habuisset, remoto Annibale, tandem cum vocari iussisse, non vt ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum spreuisse videretur; (a) omnibusque perrogatis postremum interrogasse. ¶ Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum: tamen & odio Romanorum, & amore regis, apud quem solum tutum sibi exitum relictum sit, se viam gerendi belli edisferendum. ¶ Veniam deinde libertati praefatus, nihil se aut consiliorum, aut captorum praesentiam, probare aut: neque sedem belli Graciam sibi placere, cum Italia vberior materia sit: ¶ quippe Romanos vinci non nisi armis suis posse; nec Italiam aliter, quam Italicus viribus subigi: siquidem diuersum ceteris mortalibus esse illud & hominum & belli genus. ¶ Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros diripuisse, vrbes aliquas expugnasse:

pugnasse: cum Romano, seu occupaueris prior aliqua, seu vicerrum (b) etiam cum victo & iacente luctandum esse. ¶ Quamobrem si quis eos in Italia lacebat, (c) suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere; sicut ipse fecerat. ¶ Sin vero quis illis Italia velut fonte virum cesserit, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordis derivare, sed concretis iam aquarum molibus auertere vel exsiccare velit. ¶ Haec & secreto se consuisse, vltroque (d) ministerium consilii sui obtulisse; & nunc praesentibus amicis ideo repetisse, vt scerent omnes rationem cum Romano gerendi belli; eosque foris iniucias, domi fragiles esse. ¶ Nam prius illos vrbe quam imperio; prius Italia quam prouinciis exui posse: quippe & a Gallis captas, & a se prope deletas esse: usque se nunquam victum prius, quam terris eorum cesserit. Reuerso Carthaginem, statim cum loca fortunam bellum mutam.

Num. 1. (a) *Omnibusque perrogatis* Appianus pag. 91. Annibalem primum sententiam rogatum scribit B. Sicuti perbellare Suetonio Dom. 47. est a principio ad finem usque spectare: ita perrogare est omnes perogare sententias. Eo verbo vtrius & Lin. 20, 19. Tacit. Hist. 4. 93. Sueton. Aug. 35, 9. (ubi *perrogare* vitiose legitur) Plin. 6. epist. 22. & Panegy. c. 60. Lampridius in Commod. c. 21.

2. (b) *Etiam cum victo, &c.* Herennius Pontius apud Liuium 9, 31. Ea est gens Romana, quae victa quis fecerit ne erat, &c.

6. (c) *Suis eos opibus.* Quod in Aphrica contra Carthaginenses iam antea fecerat Agathocles. Eleganter Appianus: *Belli domi, quam em sine viuis soliam omnibus esse grauias: foris autem leuiores.* l.

8. (d) *Ministerium* Ita Mss. vt supra 24. 25. *arbitrium* pro dicitur. Et lib. 6. 2. 14. *posulari sibi dari ministerium* imposita, vt est in vulgatis libris, nam ibi Mss. *ministerium*. B.

## CAP. VI.

**H**VI e sententia obtrecoantes amici regis erant: non vtilitatem rei cogitantes; sed (a)

verentes, ne probato consilio eius, primum apud regem locum gratiæ occuparet. || Et Antiocho 2  
 NONTAM consilium, quàm auctor displice-  
 bat, ne gloria victoriæ Annibalis, non sua esset.  
 || Omnia igitur variis (b) assentionum adulationibus corrupiebantur: nihil consilio vel ratione agebatur. Rex ipse per hyemem in luxuriam lapsus, nouis quotidie nuptiis deditus erat: Contra (c) Acilius Romanus consul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, ceteraque bello necessaria, summa industria parabat: ciuitates socias confirmabat; dubias illiciebat: nec alius exitus belli, quàm apparatus vtriusque partis fuit. || Itaque (d) prima belli congressione, cum cedentes suos rex cerneret, non laborantibus auxilium tulit: sed fugientibus se ducem præbuit, castraque ditia victoribus reliquit. || Deinde cum in Asiam, 6 prædâ Romanis occupatis, fugiendo peruenisset, (e) pœnitere neglecti consilii cepit; reuocatoque in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius agere. || Interim nuntiatur, (f) Æmilium 7 Romanum ducem cum octoginta rostratis nauibus in bellum nauale à senatu missum, aduentare: quæ res illi spem restituendæ fortunæ dedit. || Itaque priusquam sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauale prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptam, noua posse victoriâ aboleri. || Tradita igitur Annibali classe, prælium committitur: sed nec Asiatici milites Romanis, neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere: minor tamen clades ducis solertia fuit. || Romam nondum opinio victoriæ venerat, & 10 idcirco in consulibus creandis suspensa ciuitas erat.

Numi.

NUMI. (a) Verentes na. &c. ] *Laço consilii quammin exgressi, quod non ipse assideret, inimicus, & aduersus peritos petuicax.* Tacit. Histor. 1, 26.

3. (b) Assentionum adulationibus ] *Assentionum*, quod est in vet. cod. Pelerini, rectum puio. B.

4. (c) Acilius Romanus Cos. ] *Manius Acilius Glabrio.* Apud Appianum mendose legitur *Αχιλίου* inuerso Δ. pro *Αχιλίου*. Erat hic consul cum P. Cœn. Scipione Nafica. Vulgo, *Acilium*, inepite, vt apud audorem de viris illustribus. Vide Liuium 36, 1, 1. &c. Florum 2, 8, 14. Frontinum 2, 4, 4. B.

5. (d) *Trimbelli congressione*] Omnes omnino MSS. *conditione*. Fortè legendum *conione*, ut dixit Terentius Phor. 2, 2, 34. *Prima cœtio est acerrima*, Mod. Vidus est Antiochus ad Thermopylas. Liu. 36, 19.

6. (e) *Pœnitere neglecti consilii*] Nimirum hoc habet mortalitas: *Truc demum sentit se male de rebus suis fuisse, cum id nihil iam prodest*, ut ait Cicero apud Dionem Cassium lib. 44. Adde Aulonii epigramma XII. in simulacrum Occasionis.

7. (f) *Æmilius*] Ita vet. cod. Pelerini. Cnaciarius. *Æmilius*. E. pro A. Veteres enim *Æmilius* scribebant. Ceteri varie corrupti: quidam *etvilius*: alii, *et Liuius*. Scripsit auctorem arbitror, *pœnitat ut et Liuium Æmilius*, pro quo impresserunt quidam *Liuium Neniun*: quidam *Liuium Menecium*. Est autem hic L. Æmilius Regillus Livio 37, 18, 1. & Floro 2, 8, 18. Appiano Syriac pag. 122. d. *Αίμιος*. *Αιμίλιος*. *Ρηγγίλλος*, pro *Ρηγγίλλος*. B.

## CAP. VII.

1 Sed aduersus Annibalem ducem quis melior quàm Africanus frater crearetur, cum vincere  
 2 Pœnos opus Scipionum esset? || Creatur igitur  
 (a) Consul Lucius Scipio: eique datur legatus frater Africanus, vt intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale victo, quàm  
 3 Romanos in victore Scipione habere. || Traicientibus in Asiam Scipionibus exercitum, iam vtroque profligatum bellum nuntiatum est; victumque Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inuenerunt. || Primo igitur aduentu eorum

eorum, legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africanos ferentes (b) ipsius filium, quem rex paruo nauigio traicientem ceperat. ¶ Sed Africanus (c) PRIVATA benesicia a rebus publicis secreta esse dixit; aliaque esse patris officia, alia patrie iura, que non liberis tantum, verum etiam vite ipsi preponantur. ¶ Proinde gratum se munus accipere, priuatoque impendio munificentia regis responsurum. Quod ad bellum pacemque pertinet, nihil neque gratia dari, neque de iure patrie decidi posse, respondit. ¶ Nam neque de redimendo filio vnquam tractauit, nec senatum de eo agere permisit; sed vt dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. ¶ Post hæc leges pacis dicuntur: vt Asia Romanis cederet: contentus Syria regno esset: naues vniuersas, captiuos & transfugas traderet; sumptumque omnem belli Romanis restitueret. ¶ Quæ cum nuntiata Antiocho essent, nondum ita victum se esse respondit, vt spoliari se regno pateretur; bellique ea irritamenta, non pacis blandimenta esse.

Num. 2. (a) Consul L. Scipio] Et cum eo C. Lælius. præter citatos Gellius 16. 4. Scipio hoc bello confecto Asiaticus dictus. b.

4. (b) Ipsius filium] P. Æmilii qui Perseum vicit, natura filii; P. Scipionis, adoptione, inquit Appianus Syriacæ. pag. 105. c. contra quam ceteri, non enim ipse Africanus, sed eius filius scilicet Æmilii filium eum qui Carthagineum euerit, adoptauit. Plutarchus in Æmilio cap. 7. Cicero; alii. B. Adde Liuium 44. 44. 1. Idem auctor 37. 37. 6. non nihil à Nostris discrepans ait, Antiochum Scipioni Eleæ negotanti, post istam demum legationem, filium captiuum misisse: neque solum patrio animo gratam munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse.

5. (c) Privata benesicia, à rebus pub. secreta] Vide Camerar. oper. subciv. cent. 1. 32.

## CAP. VIII.

- 1] Igitur cum ab vtrisque bellum pararetur, ingressive Asia Romanis Ilion venissent; mutua gratulatio [Ilionensium ac Romanorum fuit.] Ilionensibus Æneam, ceterosque cum eo duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus.
- 2] Tantaque lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet.
- 3] Iuuabat Ilionenses, nepotes suos, Occidente & Africa domita, Asiam vt autum regnum vindicare, (a) optabilem Troia ruinam fuisse dicentes, vt tam
- 4] feliciter renasceretur. ¶ Contra Romanos, (b) auitos lares, & incunabula maiorum, templeaque ac deorum simulacrâ, inexplabile desiderium videnti tenebat. ¶ Profectis ab Illo Romanis, Eumenes rex cum auxiliis occurrit: nec multo post (c) prælium cum Antiocho commissum. ¶ Cum in dexteriore cornu pulsa legio Romana, maiore dedecore, quam periculo ad castra figeret, M. Emilius tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare se milites suos, & extra vallum progredi iubet, strictisque gladiis (d) fugientibus minari, morituros dicens, nisi in prælium reuertantur; insequitoraque suas, quam hostium castra inuenturos. ¶ Attenta tam ambiguo periculo legio, comitantibus commilitonibus qui fugere eos prohibuerant, in prælium reuertitur, magnaque cæde edita, initium victoriae fuit. ¶ Cæsa hostium quinquaginta millia, capta x i. Antiocho pacem petenti, nihil ad superiores condiciones additum, & Africano prædicante, (e) NE QVE Romanis, si vincantur, animos minui; neque si vincant, secundis rebus insole-



insolescere. || Captas ciuitates inter socios diuifere Romani, (f) *APTI OREM* gloriam, quam (g) possessiones voluntarias iudicant. quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam: opum luxuriam sociis relinquendam.

Num. 3. (a) *Optabilem Troia ruinam &c.* Senec. epist. 91. m. Sape maius fortuna locum fecit iniuria. multa ceciderunt ut altius surgent & in majus.

4. (b) *Auro lares, & incunabula maiorum* Hac ipsa dicitur Liuius 37, 37. 2. Inde Ilium Scipio præcipit, castrisque in campo qui est subiectus manibus, positis, in vrbem arcemque eam ascendisset, sacrificauit Minervæ præfatis arcis, & Iliensibus in omni: verum verborumque honore ab se orandis Romanos præferentibus, & Romanam latæ ærogina sua. Tacitus annal. 12. 8. Negro ut eloquentia gloria uite creet, causa Iliensium suscepta, Romanum Troia deuersum, & Iliis stirpi auctorem. Aeneas, aliaque haud præciua fabu in vetera sacunde existunt, impetrat ut Ilienses omni publico munere soluerentur. Adde Suetonium Claud. 25, 14. Strabonem lib. 13. pag. 408. item 1. 17. §. 11. ff. de excus. tutor.

5. (c) *Prælium eum Antiocho* Ad montem Sipylum, absente Africano, qui Elæx ægotabat. Appian. Syriac. pag. 106. B. Huius prælii, circa Magnesium que ad Sipylum est, infructu commissique luculenta descriptio extat in Liuius 37, 37. & seqq.

6. (d) *Fugientibus vinari &c.* Hoc genus exempla sunt apud Tacitum Hist. 2, 41. 6. Frontinum 2, 8, 11. & 14. item 4, 1, 29. Adde supr. 1, 6, to. ibique notata.

8. (e) *Neque si vincant &c.* Neque felicitate insolescimus nec alieni calamitatis insultamus, inquit Africanus apud Appianum, Syriac. pag. 112. B. Liuius 42, 6, 9. Romanam constantiam celebrans, Ita tuum votum erat, inquit, in adversa vultum secunde fortuna genere, moderari animos in secundis. Et apud eundem autorem 43, 8, 6. Paulus Cos. In secundis rebus nihil in quemquam superbe de violenter consulere deceat, nec præsertim credere fortunam: cum, quod vesper sentat incertam, is demum vererit, cuius animum nec prospera statum suaserit: nec ad versa infringet. Adde supr. 31, 2, 2.

9. (f) *Apertiorem gloriam* Ea est duorum tantum Mss. lectio: ceteri vulgatae conuariant, nisi quod vulgo voluntaria legitur. E.

Ibid. (g) *Possessiones voluntarias* Manlius ad milites suos apud Liuium 38, 17, 18. Vobis iubeatule. Marti viri euerenda ac fugienda quam primum antea est. Asia, tantum ha peregrina voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt: tantum contra regis disciplina morisque acerarum valet.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARVM.

## LIBER XXXII

## CAP. I.

- 1 **Æ**toli, (a) qui Antiochum in bella Romana impulerant, victo eodem, soli aduersus Romanos, & viribus imparis, & omni auxilio destituti, remanserunt: || Nec multo post victi, libertatem quam illibatam aduersus dominationem Atheniensium & Spartanorum, inter tot Græciæ ciuitates soli retinuerant, amiserunt. || *QVÆ* conditio tanto amarior illis, quanto serior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Persarum opibus, domesticis viribus restiterant; quibus Gallorum violentiam, Asia Italiaque terribilem, Delphico bello fregerant. *QVÆ* gloriosa recordatio, maius desiderium libertatis augebat. || Dum hæc aguntur, medio tempore inter Messenios & Achæos de principatu primo dissensio, mox bellum ortum est. || In ea nobilis Achæorum (b) Philopæmenes imperator capitur: non quia pugnan- do vitæ pepererit, sed dum suos in prælium reuocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, à multitudi- ne hostium oppressus est. || *QVÆ* in iacentem Messenii, seu metui virtutis, vel (c) verecundia dignitatis, interficere ausi non fuerunt. || Itaque (d) *VELVT* in illo omne bellum confecerunt, captiuum per vniuersam ciuitatem, in modum triumphii circumduxerunt, effusæ obuiam popu-

populo, ac si suus, non hostium imperator adven-  
taret. || Nec victorem Achæi avidius vidissent, 8  
quàm victum hostes videntur. Igitur eundem in  
theatrum duci iusserunt, ut omnes contuercerent,  
quem potuisse capi incredibile singulis videba-  
tur. || Inde in carcerem ducto, verecundia magni- 9  
tudinis eius, venenum dederunt: quod ille lætus,  
ac si vicisset, accepit; quæstito prius, an (e) *Ligo-  
ras præfectus Achæorum*, quem secundum a se esse  
scientia rei militaris sciebat, *incolumis effugisset?*  
Quem vt accepit euasisset, non in rogam dicens con-  
sultum male Achæis, expiravit. || Nec multo post, 10  
reparato bello, Messeni vincuntur; pœnasque in-  
terfecti Philopœmenis pependerunt.

Num. 1. (a) *Ætolis* De Ætolico bello, quod gessit M. Fulvius  
Nobilior Cos. cum Gn. Manlio Vulone, lege Liviū 38, 3. Sc:  
Florum 2, 9, B.

5. (b) *Philopœmenis* Præter Liviū 39, 49. cum seq. & Plutar-  
chum in vitis, lege Paulaniam Arcadicis. B.

6. (c) *Verecundia dignitatis* Vid. supr. notam ad 14, 6, 10.

7. (d) *Velut in illo omne bellum causi*. Tantum inlitar scilicet in  
vno belliduce est. Cicero pro L. Murana esp. 16. de Mithridate:  
*Ipse Pompeus, regno eius possessore, tamen tantum in vno animo pe-  
sistit, vt cum omnia qua ille teneret, victoria possideret, tamen non in-  
te, quàm illum vitæ expulsi, bellum confecturo iudicaret.* Tacitus an-  
nal. 4, 25. *Differret per manipulos, Tacitanitate omnes natum (of  
prælis confecturo, non nisi duce interfecto, equiem belli fore.* Quod  
ipso argumento Plutarchus in Flamin. c. 38. qualitercumque Ro-  
manos. Annibalem quantum de cepitum & exulem, ad mortem  
usque persequentes excusat. Adde Liviū 45, 7, 1. Florum 4, 2, 29.  
Cæstium 1, 13, 4.

9. (e) *Ligoras* Mss. *Lygoras*. facili lapsu i pro i. Græc. *Λυ-  
κόρας*. B.

## C A P. II.

Interea in Syria rex Antiochus, cum graui tri-  
buto pacis à Romanis victus oneratusque ef-  
fret,

set; seu inopia pecuniæ compulsus; seu avaritia  
solicitationis, qua sperabat se, sub specie tributariæ  
necessitatis, excusatius sacrilegia commissurum,  
adhibito exercitu; nocte templum (a) Didymæi  
2 Iouis aggreditur. || Quæ res prodita; concursu  
(b) insulatum; cum omni militia interficitur.  
3 || Romæ, cum multæ Græciæ ciuitates; quæstum  
de iniuriis Philippi regis Macedonum venissent,  
& disceptatio in senatu inter Demetrium Philip-  
pi filium, quem patet ad satisfaciendum senatu  
miserat, & legatos ciuitatum esset; turba quere-  
larum confusus adolescens, repente obicitur.  
4 || Tunc senatus verecundia eius motus; quæ pro-  
bata etiam antea, cum obses Romæ esset; omni-  
bus fuerat, causam illi donauit; atque ita mode-  
5 stia sua Demetrius veniam patri, non iure defen-  
sionis, sed patrocinio pudoris obtinuit: || quod  
ipsum decreto senatus significatum est, vt appare-  
ret, non tam absolutum regem, quàm donatum  
6 filio patrem. || Quæ res Demetrio, non gratiam  
legationis, sed odium obtræctationis comparauit.  
7 || Nam apud fratrem Perseum amulatio illi inui-  
diam contraxit; & apud patrem notâ absolutio-  
nis, causa offensis fuit, indignante Philippo, plus  
momenti apud senatum personam filii, quàm au-  
8 thoritatem patris, ac dignitatem regis maiestatis  
habuisse. || Igitur Perseus perspecta patris ægri-  
tudine, quotidie absentem Demetrium apud eum  
criminari; & primo inuisum, post etiam suspe-  
9 ctum reddere: nunc amicitiam Romanorum,  
nunc prodicionem ei patris obiectare. || Ad po-  
stremum, insidias sibi ab eo paratas fingit: ad  
cuius rei probationem immittit indices, testes  
D d sub.

subornat, & facinus quod obiicit, admittit. ¶ Qui-  
bus rebus compulso ad patricidium patre, fune-  
stam omnem regiam facit.

Num. 1. (a) *Didymus*] Strabo lib. 16. pag. 512. 40. interfectum à barbaris, cum templum Belsi spoliare conaretur. Auctor de viris illustribus, à sodalibus quas temulentos in conuiuium pulsauerat, occidum esse refert. D. Hieronimus in 11. Daniel. cum aduersus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu deletum. B. Iosephus antiq. 12. 13. narrat, Antiochum templum Dianæ in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta, Babylonem recessisse: ubi cum paulò post accepisset nuncium de altera clade à suis accepta in Iudæa, dolore sit confectus. Consonat lib. 1. Machabæor. cap. 6. Hæc autorum diuersitas à non distinctis Antiochorum cognominis ortu videtur. Antiochi Soteris interitum reperies apud nostrum; 8. 10. 14.

2. (b) *Insiarum*] Impressi *incelsarum*, quod placet.

7. 8. 9.] Orationes utriusque pulcherrimæ, & cetera huc pertinentia, extant apud Lium lib. 40.

### CAP. III.

**O**cciso (a) Demetrio, SVBLATOQ; amulo, nõ  
negligentior tantum Perseus in patrem, ve-  
rum etiam contumacior erat; nec heredem regni,  
sed regem se gerebat. ¶ His rebus offensus Philip-  
pus, impatientius in dies mortem Demetrii dole-  
bat, tunc & insidiis circumuentum suspicari, tes-  
tes indicesq; torquere. ¶ Atque ita cognita frau-  
de, non minus scelere Persei, quàm innoxia De-  
metrii morte cruciabatur; peregrissetque ultio-  
nem, nisi morte præuentus fuisset. ¶ Nam brevi  
post tempore, morbo ex agritudine animi con-  
tracto, decessit, relicto magno belli apparatu ad-  
uersus Romanos, quo postea Perseus vsus est.  
¶ nam & Gallos (b) Scordiscos ad belli societa-  
tem

tem perpulerat: fecissetque Romanis graue bel-  
lum, nisi decessisset. ¶ Namque Galli bello aduer-  
sus Delphos infeliciter gesto, in quo maiorem  
vim numinis, quàm hostium senserant, amissò  
Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam ex-  
7 torres fugerant. ¶ Inde per eadem vestigia quæ  
8 tererant, antiquam patriam repetiere. ¶ Ex his  
manus quædam in confluente Danubii & (c) Sabi  
9 consedit, *Scordiscosque* se appellari voluit. ¶ Tecto-  
sagi autem cum in antiquam patriam Tolosam  
venissent, comprehentique pestifera lue essent,  
non prius sanitatem reciperauerunt, quàm aruspici-  
um responsis moniti, aurum argentumque bel-  
lis sacrilegisque quæsitum, in Tolosensem la-  
10 cum mergerent. ¶ Quod omne magno post tem-  
pore Capio Romanus consul abstulit. Fuere au-  
tem (d) argenti pondocentum decem millia: auri  
11 pondocinquies decies centum millia. ¶ Quod  
sacrilegium causa excidii Capionis exercituique  
eius postea fuit. Romanos quoque Cimbrici belli  
tumultus, velut vltor sacræ pecuniæ, insecutus  
12 est. ¶ Ex gente Tectosagorum non mediocri pop-  
ulus, prædæ dulcedine, Illyricum repetiuit, spo-  
13 liatisque Isteris, in Pannonia consedit. ¶ Isterorum  
gentem fama est originem à Colchis ducere, mis-  
14 sos ab (e) Ætæa rege ad Argonautas, raptoresque  
filia persequendos: ¶ qui ut à Ponto intrauerunt  
Istrum, alio Sabi fluminis peritus inuecti, vesti-  
gia Argonautarum insequentes, naues suas hu-  
meris per iuga montium, vsque ad littus Adriati-  
ci maris transierunt; cognito quod Argonautæ  
idem propter (f) magnitudinem nauis priores fe-  
cissent: ¶ quos ut auctores Colchi non reperiant,  
Dd 2 siue

sive meturegis, sive tadio longæ navigationis, iuxta Aquileiam confedere, (g) Istrique ex vocabulo amnis, (h) quo à mari concesserant, appellati. (i) Daci quoque suboles Getarum sunt: qui, cum Orolere aduersus Baltharnas male pugnasent, (k) ad vltionem segnitie capturi somnum capita loco pedum ponere iussu regis cogebantur; ministeriaque uxoribus, quæ ipsis antea fieri solebant, facere. Neque hæc ante mutata sunt, quam ignominiam bello acceptam virtute deleterent.

Num. 1. (a) *Oceis Demetrio*] De Persei in fratrem Demetrium fraude, & Philippi morte, vide Lium lib. 40. & Pausaniam in Corinthiacis. B.

5. (b) *Scordisces*] Hos ad Istrum habitasse, etiam Strabo auctor est lib. 7. B.

6. 7. 8.] Videtur hic dememinisse Iustinus eorum quæ dixerat supr. 24, 3, 16.

2. (c) *Sabi*] Ex vet. sic edidi. Filiius is Straboni Σάβι<sup>ο</sup> est, & Plinio 3, 25. *Saber*. B.

9. to. 11.] Lege Strabonem lib. 4. Fuit autem Q. Seruilus Cyprio cos. cum Attilio Serrano, & insequenti anno à Cimbris victus, epitome Litiiana lib. 67. Orofius 5, 15. Sallustius extremo Iugurthino, ubi pro C. Manlio vetus codex legit *M. Mallia*. De eius morte Strabo, & Valer. 6, 9, 13; qui inter se variant: & ipse valerius secum pugnat, 4, 7, 3. B. De adagio *Aurum Tolosanum* Agellius 3, 9. De huius auri rapti quætionem aliquando habitat Romæ, scribit Cicero de nat. deor. 3, 10. Orofius 5, 15. & alii. Porro factam pecuniam non impune temerari, ostendit præter alios Litiuis 29, 8, 8. item 29, 18, 3. & 4:

10. (d) *Argentis panis &c.*] De hoc loco ita Budæus lib. 4. de Assè pag. 152. Itæ cum n. a. vix dicere ansum quanti æstimanda sit. Auri singula pondò minoris æstimari centum aureis solatis non possunt, etiam vt vdecima pars æris in eo mixta fuerit. Quæ ratione aurum illud Tolosanum centies & decies centenis millibus aureorum valuit, quod si obryzum fuerit, id est centenis & duodeenis solatis in libras æstimabile, centies vicies ter centenis & viginti millibus valuit. Quod ætem ad argentum pertinet, Trogum existimari non quinquies decies centena millia pondò scripti esse, quæ

quæ summa quinquages millies mille aureos valet: sed quincentena nobilia, quæ quindicies millies mille aureis coronatis æstimantur à nobis, id est centies & quinquages centenis millibus. Quod si quis Trogum quinquies decies scripsisse malis, tamen pro quindecies intellegam, quomodo apud Suetonium in Aug. 101. 6. quaterdecies millies, pro bis septies, id est, quæ nardecies. Strabo ex Poidonio quindecim millibus talentum argenti æstimasse aurum argentumque simul videtur: quæ summa minor est minimè prædictarum, id est, nonages centena millia aureorum. Hæc Budæus, sed vsus editione veteri, quæ nostræ contraria, summam argenti tribuit auro. Constabit tamen ratio, sed inuercsa.

13. (e) *Aera*] Græcis est Αἰράς. Quod autem statim dicit, Argonautas nauem humeris tulisse, vide Apollonium lib. 4. vers. 1383.

*Ypulus à πλεῖ δὴ &c. h. e.*

*Vos à supra modum optimi filii regum,*

*Quæ vi, quæ virtute, Libya per euales at na desertos*

*Nauem sublimem, quæ que in nauis feris,*

*Suspicientes humeris, ferre duodecim inter egres*

*Dies, simulque noctes &c. B.*

14. (f) *Magnitudinem nauis*] Vulgo *longitudinem nauis*. Negatiuè pro *nauigatione* dixit. B. Non videtur.

15. (g) *Istrique ex vocabulo amnis*] Diodorus 4, 58. Strabo lib. 1. pag. 39. m. vt & Plinius 3, 8. consulant eorum errorem, qui putauerunt esse quendam fluium Istro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo diuisus, ab eoque denominari gentem Istros per quos defluit. Qui in errore hæsit etiam Aristoteles in historia animal. 8, 13.

Ibid. (h) *Quo à mari concesserant*] Phil. Cluenerius Ital. antiq. 1, 21. rectius cenet. *quo à mari recesserant*: id est, quo amne à mari Pontico recesserant, scilicet Istrum subeuntes. Nam ad mare Hadriaticum accesserant; ubi Iolum vrbem condidisse feruntur. Et ita siue ex Iustino, siue ex ipso Trogo, transecriptis Ildorus Origin. 9, 2. *Histeram*, inquit, *gens originem à Iacis* (lege, vt apud Iustinum, à Colchia) ducit, qui *in mari ad Argonautas persequentes*, vt à Ponto intraverunt *Histrum fluium*; à vocabulo *amnis*, quo à mari recesserant, appellati sunt. Ergo non ab Histria aliquo fluuio, sed ab ipso Danubio id nominis eos adsumpsisse voluit Iustinus. *Istria* porro & *Ister* est sine aspiratione plerumque legitur: ex antiquis tamen aliquot lapidum inscriptionibus, itemque Cassiodori libro de Orthographia patet, veteres adspirationem adscripsisse.

16. (i) *Daci*] De Dacis & Getis lege Strabonem lib. 7. B.

Ibid. (k) *Ad vltionem segnitie*] Non dissimiles in discipulina militari animaduersiones, plus ignominiam quam cruciatus habent,



bentes, est obstruere apud Diodorum Siculum 12. 16. Plutarchum in Agefilao c. 51. Lium 27. 15. Tacitum 13. 36. 5. Suetonium in Aug. c. 24. Val. Max. 2. 7. 9. & 15. Frontinum 4. 1. Plato quoque sub inirium libri 9. de legib. inter leuiores poenas numerat *de pœg. Ous idgnus* & *adress*. scilicet statione deforme & ignominiosas: quales etiam Augusto suo Liuius commendat apud Dionem lib. 55. pag. 642.

## CAP. IV.

Igitur Perseus, cum imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus Romanos in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusiam regem, ad quem Annibal post pacem Antiocho à Romanis datam, profugerat, & Eumene bellum ortum est, quod Prusias, Annibalis fiducia rupto fœdere, prior intulit. Namque Annibal, cum ab Antiocho Romani, inter ceteras condiciones pacis, dedicationem eius deposcerent, admonitus à rege, in fugam versus, (a) Cretam defertur: Ibi cum diu quietam vitam egisset, inuidiosumque se propter nimias opes videret, amphoras plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortunæ suæ præsidia, deponit: atque ideo nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam (b) veit pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo in statuus, quas secum portabat infuso, Næ conspectæ opes vitæ nocerent. Dein cum Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset, & prælium in mare transfuisset, Annibal nouo commento auctor victoriæ fuit. Quippe omne serpentium genus in fictiles lagenas conici iussit, medioque prælio in naues hostium mittit. Id primum Ponticis ridiculum visum, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed vbi serpentibus repleti

repleti naues cœpere, ancipiti periculo circumuenti, hosti victoriam cessere. Quæ vbi Romam nuntiata sunt, missi à senatu legati sunt, qui vtrumque regem in pacem cogerent, Annibalemque deposcerent. Sed Annibal re cognita, sumpto veneno, legationem morte præuenit. Insignis (c) hic annus trium toto orbe maximorum imperatorum mortibus fuit, Annibalis, & Philopœmenis, & Scipionis Africani. Ex quibus constat Annibalem, nec tum cum Romano tonantem bello Italia cœtremuit, nec cum reuersus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus quàm sextario vini indulsisse; pudicitiamque eum tantam intort captiuas habuisse, vt in Africa natum quiuis negaret: Moderationis certe eius fuit, vt cum diuersarum gentium exercitus rexerit, neque in fidiis suorum militum sit petitus vnam, neque fraude proditus, quum vtrumque hostes sæpe tentassent.

NUM. 3. (a) *Cretam defertur*. Vide Proham in Annibalis vita. Quo commento Eumeneam vicerit, refert & Frontinus c. 7. 10. Et de eius morte Plutarchus in Flaminio c. 5. Appianus in Syriaca, Liuius 59. 51. vbi & Africani mortem commemorat. Val. Max. 9. 2. 2. Vatro *de pœg. Ous idgnus* apud Nonium: *Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum: Quia Romani, inquit, me Prusias tradere volebat.* B.

5. (b) *Venit pignus opes eius teneb.* Agellius 16. 10. *Quoniam res preueniunt familiaris obfidu vicem pignoris esse esse non pot. videbatur; amoris in patriam fides quædam in ea firmamentumque erat: neque proletræ, neque capite censi, nullæ nisi in sumpta maximo scriberentur; quia familia cœnuaque huius aut tenuis, aut nulla esset. Ita Vegetius 2. 20. Miles qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis d'isgit sic: ac pro illis in acie ferrius dimicet: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt postam esse sub antia. Vnde callidi Principes à sibi suspectis mutuan pecuniam accipientes, eorum sibi fidem obstringunt. Id quod feliciter expertus est Eumenes, narrante Diodoro 19. 24. & Plutarcho in Eum. c. 24. itemque Leucon*

apud Polyænum lib. 6. Rationem explicat Aristoteles in Ethicis Nicom. 9, 7.

6. 7.] Strategema hoc imitati Atreni, cum obsiderentur à Seuerianis, vasa fistilla, volucibus quibusdam, venenatisque bestiolis oppleta deiecerunt in oppugnantes, quæ cum aut oculis inuoluitarent, aut in apertas corporis partes sensum obreperent, grauiter eos fauciabant, Herodian. 3, 28.

9. (e) *Insigni hic annus.* Adde Liniuum 39, 50, 10. Similia idem 40, 37, 1. Tacit. 12, 64, 3. Dio Cass. lib. 60. fin.

11. (d) *Æque in suis saur.* Eadem Linius 23, 12, 3. Rationem reddit Tacitus Hist. 2, 37. Quia exercitus linguis moribusque dissimiles, quales Hannibali fuerunt, in consensum non facile coalescunt.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTORIARUM.  
LIBER XXXIII.

CAP. I.

Minore quidem rerum motu Romani (a) Macedonicum, quam Punicum bellum gesserunt; sed (b) tanto clarius, quanto nobilitate Macedones Pœnos antecesserunt. Quippe cum gloria Orientis domiti, tum & auxiliis omnium regum iuuabantur. Itaque Romani & legiones plures numero conscripserunt; & auxilia à Massinissa rege Numidarum, ceterisque sociis omnibus acciuerunt; & Eumeni regi Bithyniæ (c) denuntiatum, vt bellum summis viribus iuuaret. Perseo præter Macedonicum inuictæ opinionis exercitum (d) decennis belli sumptus, à patre paratus, in thesauris & horreis erat: QUIBUS rebus inflatus, oblitus fortunæ paternæ, veterem Alexandri gloriam considerare suos iubebat.

Prima

4 || Prima equitum congressio fuit, qua victo r Perseus suspensam omnium expectationem (e) in fauorem sui traxit: || misit tamen legatos ad consulem, qui pacem peterent, quam patri suo Romani etiam victo dedissent, impenfas belli lege victi suscepturus. Sed consul (f) Sulpitius non minus graues quàm victo leges dixit. || Dum hæc aguntur, metu tam periculoso belli, Romani Emiliuum Paulum consulem creant, eique extra ordinem Macedonicum bellum decernunt: qui cum ad exercitum venisset, non magnam moram pugna fecit. || Pridie quam prælium conferetur, (g) luna nocte defecit: triste id ostentum Perseo omnibus præflagitentibus, sinemque Macedonici regni portendi vaticinantibus.

NOTÆ AD LIBRVM XXXIII.

Num. 1. (a) *Macedonicum* De hoc bello Plutarchus in Paulo Emilio, Linius lib. 41. & sequentibus, Florus 2, 12. & Patreulus 1, 9. Pausanias, Achaicis, Diodorus lib. 31, cuius habemus tantum excerpta. B.

Ibid. (b) *Tanto clarius, &c.* Idem Linius iudicium 31, 15.

2. (c) *Denunciatum* Malim *denunciatum*. B.

3. (d) *Decennis* Ita legendum ex vestigijs antiquæ lectionis, *ca est decennis*. B.

4. (e) *In fauorem sui* Linius 29, 30, 6. *Fama medicæ veis principio veram profuere alle. conuerit ad nos hominum iudicia.* Tacitus Hist. 2, 20. *Vt inuita belli prouenierit, sum a erit in cetera.* Fama fallax: quia Mars communis saepe spoliante iam & exultantem euerit & perculit ab abiecto. Cicero pro Mil. c. 21.

5. (f) *Cos. Sulpitius* Huius consulis nemo præter hunc auctorem meminit. Aut igitur foedum mendum est in libris: aut Iustinus turpiter lapsus est. Est enim hic P. Licinius, qui Cos. fuit cum C. Calpio Longino, Linius 42, 28, 3. & Plutarchus in Apophtheg. c. 13. quod notauit Glareanus, nescio tamen quo auctore cum L. Licinio vocet. Hæc Bongarsius, qui & in variantibus lectionibus monet, *Sulpitii* nomen huc ex ora libri irrepsisse: quod Studiosus notauerat ad illa quæ statim sequuntur, *Luna nocte defecit*.

7. (g) *Lunanaite dafreit* ] M. Cicero dialogo de Senectute. Ex eius Officiis 1. 11. conflat Catonem filium in Macedonia Persens bello militasse. Totus is locus Ciceronis adducitur à Saresburiensi lib. 6. Polier. cap. 7. à quo abest glossa illa, *Ades summa erat obseruata in bello mouenda*, quæ in textum Ciceronis impudenter intravit. B.

## CAP. I I.

In ea pugna (a) M. Cato, Catonis oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prælium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostium cum horrido clamore, veluti iacentem obruncaturus circumsteterat: at ille citius corpore collecto, magnas strages edidit. Quum ad vnum opprimendum vndique hostes conuolarent, dum procerum quendam petit, gladius ei è manu elapsus, in mediam cohortem hostium decidit: ad quem recipiendum umbone se protegens, inspectante utroque exercitu, inter mucrones se hostium immerfit; recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis, ad socios cum clamore hostium reuertitur. Huius audaciam ceteri imitati, victoriam peperere. Persens rex fuga cum decem millibus talentum Samoethraciam deseruit: quem Cneus Octavius, ad persequendum missus à consule, cum duobus filiis, Alexandro & Philippo, cepit; captumque ad consulem duxit. Macedonia à Carano, qui primus in ea regnauit, vsque Persen (c) triginta reges habuit quorum sub regno fuit quidem annis noningentis & viginti tribus; sed rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita. Ita cum in ditionem Romanorum cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis,

tutis libera facta est; legesque quibus adhuc vitur, à Paulo accepit. Etolorum vniuersarum urbium senatus, cum coniugibus & liberis, qui dubia fide fuerant, Romam missus, ibique, ne in patria aliquid nouaret, diu detentus, ægreque per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato, in patriam quisque suam remissus est.

Num. 1. (a) *M. Cato*] Frontinus strateg. 4. 5. 17.

2. & 4.] Seneca epist. 120. de Horatio Coelitte: *Non minus sollicitus ut armatus, quam ut factus exiret.* Nam, ut ait Diodorus 14. 116. *Perseus arma & vitam eodem astimant prælio.* Vnde P. Furius maluit cum mille nariæ cohorte perire, quam redimere salutem traditis armis. Dionys. Halicarn. p. 80.

6. (c) *Triginta reges*] Lilius 45. p. 3. tantum viginti numerat. Eutebius Persem tricenis unum nonum facit.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTORICÆ  
RIARVM.  
LIBER XXXIV.  
CAP. I.

Pænis ac Macedonibus subactis, Etolorumque viribus principum captiuitate debilitatis, soli adhuc ex Græcia vniuersa (a) Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis videbantur, non propter singularum ciuitatum nimias opes; sed propter conspirationem vniuersarum. Namque Achæi, licet per ciuitates veluti per membra diuisi sint, (b) vnum tamen corpus & vnum imperium habent; singularumque urbium pericula mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur Romanis causas belli, tempestiue fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuam odium populabantur.

] Spar-

¶ Spartanis à senatu responsum est, *legatos se ad in-*  
*spiciendas res sociorum, & ad iniuriam demendam in*  
*Graciam missuros:* ¶ sed legatis occulta mandata  
 data sunt, V T C O R P V S Achaëorum dissoluerent,  
 singulasque vrbes proprii iuris facerent, quo fa-  
 cilius ad obsequia cogerentur: & si quæ vrbes  
 contumaces essent, (c) frangerentur. ¶ Igitur le-  
 gati, omnium ciuitatum principibus Corinthum  
 euocatis, decretum senatus recitant: quid consi-  
 lii habeant, aperiant. ¶ *Expedire omnibus dicunt,*  
*vt singula ciuitates sua iura & suas leges habeant.*  
 ¶ Quod vbi omnibus innotuit; velut in furorem  
 versi, vniuersum peregrinum populum trucidant:  
 ¶ legatos (d) quoque ipsos Romanorum  
 violassent, nisi audito tumultu, trepidi fugissent.

#### NOTÆ AD LIBRUM XXXIV.

Num. 1. (a) *Achai*) Bellum Achaicum, & eius originem, multus describit Pausanias in Achaicis. Vide Liuium lib. 52. & Florum 2. 16. Paterculum 1. 12. Orosum 5. 3. B.

2. (b) *Pharus in corpus, &c.*] Polybius 2. 38. Achaos vt optimum exemplar bene constitutæ Reipub. commendat, cum quo Belgio germania in multis conuenire videtur.

5. (c) *Frangerentur*] Non displicet, quod in Mss. esse testatur Bong. *ira recidit:* vt scilicet traiectione populorum contumaciam eorum frangendam Romani consueuerint, quod fecit Philippus supr. 3. 5. 7.

9. (d) *Legatos quoque ipsos*] Florus 2. 16. 3. de Critolao concitore huius belli, *Legatosque Romanis, dubiam an & manu, certe oratione violauit.* Et M. Cicero pro lege Manii. c. 5. propter legatos superbum appellatos Corinthum euersam dicit. Vide & de Officiis 1. 11. B.

#### CAP. II.

**H**æc vbi Romæ nuntiata sunt, statim senatus  
 (a) Mummio consuli bellum Achaicum de-  
 cernit:

cernit: qui extemplo exercitu deportato, & omnibus strenue prouisis, pugnandi copiam hostibus fecit. ¶ Sed Achæi, velut nihil negotii Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. ¶ Itaque prædam, non prælium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt: & coniuges liberosque suos, ad spectaculum certaminis, in montibus posuerunt. ¶ Sed prælio commisso, ante oculos suorum cæsis, iugubre his spectaculum; & grauem luctus memoriâ reliquerunt. ¶ Coniuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captiui facti, præda hostium fuere. ¶ Vrbs ipsa Corinthus diruitur: populus omnis sub corona venditur: vt hoc exemplo ceteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur. ¶ Dum hæc aguntur, rex Syriæ (b) Antiochus Ptolemæo, maioris sororis suæ filio, regi Ægypti, bellum inferit, segni admodum, & quotidiana luxuria ita marcenti, non solum regie maiestatis officia intermitteret, verum etiam sensu hominis (c) nimia sagina careret. ¶ Pulsus igitur regno, ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit: participatoque cum eò regno, legatos Romam ad senatum mittit: auxilia petunt; fidem societatis implorant. Mouère senatum preces fratrum.

Num. 1. (a) *Mummio consuli*] L. Mummio cum Cn. Cornelio Lentulo col. fuit: & ab Achaia deuersa Achaicis ductus. Orosius, Paterculus, ceteri. Corinthum captam esse anno III. Olympiadis CLVI. scribit Plinius 24. 2. Pausanias Olympiade CLX. B.

2. 3. 4. ] Heriocrates ad Syracusanos in Thucydide 6. 6. 24. *Id vnicuique se finem certamine id animo esse, quo et contemptum hominum ipsi, factu & viribus declarare, in re vobis esse cum metu apparatum firmissimum, tantam in hand dubio periculo, comparare, longe sit utilissimum.* Nam. vt inquit Archidamus apud eundem 2. 3. 6. *haud*



hanc raro parva manu magnam multitudine hostium, qui contra-  
pium & imparati certamen iniuriam profugavit. Curtius 6.3.13. Nihil  
tunc in hoste dispartit, quem sperneret, ut entorem neq' gentis sciet.  
Quomodo in Floro 2.14.2. Mac. de, aliquanto quam ante graviter,  
dum contemnitur.

7. (b) Antiochus] Epiphanes dictus, Magni filius. eius sororis  
Cleopatrae, hic Ptolemaeus filius erat. B.

Ibid. (c) *Xenia fugina*. Adde 21, 2, 1. & 38. 8. 14.

## CAP. III.

Mittitur itaque (a) legatus Popilius ad Antio-  
chum: qui abstinere illum *Aegypto*, aut si iam  
incepsisset, excedere iuberet. || Cum in *Aegypto* eum  
inuenisset, osculumque ei rex obtulisset, (nam co-  
luerat inter ceteros Popilius Antiochus, cum  
Romae obses esset) T V N C Popilius (b) *facecere in-  
terim priuatam amicitiam* iubet, cum *mandata pa-  
triae intercedant*; || prolatoque senatus decreto, &  
tradito, cum cunctari eum videret, consultationemq;  
ad amicos referre; ibi Popilius virga quam  
in manu gerebat, amplo circulo inclusum, (c) vt  
& amicos caperet, *consulere* iubet; nec prius inde  
exire, quam responsum senatus daret, aut pacem, aut  
bellum cum Romanis habiturum. || Adeoque haec au-  
steritas animi regis fregit, vt pariturum se sena-  
tus responderet. || Reuersus in regnum (d) Antio-  
chus, decedit relicto paruulo admodum filio:  
|| cui cum tutores dati à populo essent, (e) patruus  
eius Demetrius, qui obses Romae erat, cognita  
morte Antiochi fratris, senatum adiit, (f) *obsidem*  
que se vno fratre venisse, quo mortuo, cuius obses sit, se  
ignorare. || Dimitti (g) igitur se ad regnum pen-  
dum aequum esse, quod sicuti iure gentium maiori fratri  
cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum astate antecedit, de-  
beri.

S *beri*. || Cum se non dimitti animaduertet à se-  
natus, tacito iudicio, tutius apud pupillum quam  
apud eum, regnum futurum arbitrate, specie ven-  
nandi ab vrbe profectus, Hostia tacitus, cum fu-  
gæ comitibus nauem conscendit. || Delatus in Sy-  
riam, secundo fauore omnium excipitur: regnum-  
que ei, occiso pupillo, à tutoribus traditur.

Nam 1. (a) *Legatus Popilius*. De hoc vide Liuium 45, 12. Pla-  
tarchum in Epiph. c.32. Valerium Max. 6, 4, 3. à quibus C. *Popilius*  
dicitur. Paterculo 1, 10, 1. est *Marcus*, & Hieronymo in 11. Daniel.  
Hic vulgo est P. *Popilius*. B. Adde Plinium 34, 6, vbi tamen errore  
manifesto Cn. Octauius pro Popillio ponitur: itemque Ciceroni-  
nem Philippic. 8, 8. & Appianum Syriac. pag. 131. m.

2. (b) *Facecere priuatam amicitiam*. Ita Timotheus aduersus Iu-  
sonem, patriasani: *nona iura, quam hostis, esse duxit*. Probus Iu-  
sioth. extremo. Quomodo Demosthenes dixit, se antepone *salua*  
ciuitatis *hostiali* mensa, quod ei tamen maledicti loco obicit A-  
schines in orat. de falsa legat.

3. (c) *Vt & amicos caperet*. Est qui languere haec verba, & ira re-  
scribenda censet, vt *ut amicos caperet*, quae quid sibi velit emenda-  
tio, non video. Iustini mens, eam fuisse circulo capacitate, vt  
intra eum stare possent etiam amici Antiocho aduocandi, & in  
consilium adhibendi. Vox *amicis* sumitur hic eo significatu vt 9,  
3, 16, 12, 12, 8. & passim apud auctores: clarissime vero apud Suet-  
on. Tib. 55, 1. *Super veteres amicos de familiaritate, viginti sibi eum: eho*  
*praecipuum ciuitatis de poposcera, velut consiliarios in negotiis publicis.*

4. (d) *Antiochus decedit*. Appianus Syriac. pag. 131. *Spoliatus in*  
*Elymae templo Veneti, tabe perit, relicto nauens filio Antiocho Eu-  
patoris*. Hieronymus in Daniel. ex Polybio & Diodoro bibliothhe-  
carum scriptoribus refert, eum, cum templum Dianae in Elymae  
de spoliare conaretur, oppressum à custodibus templi, & vicinis  
gentibus, quibusdam phantasiis in amientiam verum, morbo  
interisse, in Tabes oppido Perfidis. E.

6. (e) *Patruus eius Demetrius*. Appianus Syriac. pag. 117. c. De-  
metrium hunc dicit Seleucus filium, Antiochi Epiphanis fratrem, na-  
porem Antiochi Magni, consuburnum huius pueri. Non ergo patruus,  
sed patruus, erant enim ambo duorum fratrum filii. Legat. Ap-  
pianum, & epitomam Liuii 46. B.

Ibid. (f) *Obsidem* que se. Legendum videri possit, *obsidem in-  
quies* se, vt euhareta oratio. Sed auctori non infulens ea haec illi-  
phis. Exempli causa, 3, 7, 12.

7. (g) *Dimiti igitur, &c.* Postulatum non iniquum. Qui obseques datus est tantum, ut alterum captivum aut oblidem redimat, eo mortuo liberatur. Nam in illo, dum moritur, ius pignoris extinguitur eius, ut in capitulo redemptio dixit Vlpianus l. i. in parte. ff. de capt. Quare sicut in Vipiani questione pretium non debetur, quod in persona locum successit: ita nec hic persona manebit obligata. quæ persona vicaria facta est. Hæc Grotius de jure belli ac pacis 3. 20. 6.

## CAP. IV.

**E**odem ferè tempore (a) Prusias rex Bithyniæ, i consilium cepit interficiendi Nicomedis filii, dum consulere studet minoribus filiis, quos ex nouerca eius susceperat; [ & Romæ habebat. ] Sed res adolescenti ab his, qui facinus susceperant, ] proditur: hortatique sunt; ut *trudelitatem patris pronocatus, occupet insidias, & in auctorem retorquat scelus*: nec difficilis persuasus fuit. Igitur cum ac. 3 citius in patris regnum venisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus à filio, priuatusque 4 redditus; etiã à seruis deseritur. Cum (b) in 5 latebris ægeret, non minori scelere, quam filium occidi iusserat, à filio interfecit.

Num. 1. (a) *Prusias* ] Strabo libi 13. scribit interfecitum ab Artalo: alii à filio, adiuuante Artalo. Epitoma Liuiana 50. Appian. B. Porro de adfectu paterno nouercalibus odiis extincto vide Notam 17. 1. 4. c. Adde Liuium 39. 54. Tacitum 1. 3. 6. &c.

5. (b) *In latebris* ] *Religione sancti Iouis se tutantem confoderunt quidam inuisa à filio*, inquit Appianus Michrid. pag. 175.

## POMPEII TROGI

## EPITOMA HISTORICÆ

RIARVM.

## LIBER XXXV.

## CAP. I.

**D**emetrius occupato Syriæ regno, (a) Non vi-  
TATI suæ ocium periculosum ratus, amplia-  
re fines

re fines regni, & opes augere finitimorum bellis  
2 statuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociæ pro-  
pter (b) fastiditas fororis nuptias infestus, fra-  
trem eius (c) Orofernem, per iniuriam regno pul-  
sum, supplicè recepit; DATUMQUE sibi honestum  
belli ticulum gratulatus, restituere eum in regnū  
3 statuit. Sed Orofernes ingrato animo, iuncta cum  
Antiochenis pactione; offensis tunc Demetrio,  
pellere ipsum regno, à quo restituebatur,  
4 consilium cepit. Quo cognito, Demetrius vitæ  
quidem eius; ne Ariarathes metu fraterni belli li-  
beraretur, pepercit: ipsum autem comprehen-  
5 sum, vincitum Seleuciæ custodiri iubet. Nec Antio-  
chenses indicio territi, à defectione destite-  
6 runt. Itaque adiuuantibus & Ptolemæo rege  
Egypti, & Artalo rege Asiæ, & Ariarathe Cappa-  
dociæ, bello à Demetrio (d) lacessit, (e) subor-  
nant (f) propalam quendam, fortis extrema iu-  
uuentis, qui Syriæ regnum velut paternum armis  
7 repeteret: & ne quid contumeliæ deesset, no-  
men ei Alexandri inditur, genitusque ab Antio-  
8 cho rege dicitur. Tantum (g) odium Demetrii  
apud omnes erat, ut amulo eius non vires regniæ  
tantum, verum etiam generis nobilitas consensu  
9 omnium tribueretur. Igitur Alexander, admirabi-  
li rerum varietate (h) pristinarum sordium obli-  
tus, totius ferme Orientis viribus succinctus,  
bellum Demetrio inferre, victumque vita pariter  
10 ac regno spoliari. Quamquam nec Demetrio  
abimus in propulsando bello defuit. Nam & pri-  
mo prælio hostem fugauit, & regibus bellum  
11 restituentibus, multa millia in acie cecidit. Ad  
Ee postre-

postremum tamen inuicto animo inter confertissimos fortissimè dimicant, cecidit.

## NOTÆ AD LIBRVM XXXV.

Num. 1. (a) *Novissati sua octium*] Supra 20, 1. *græuæ octium re- gne suo.* Catullus carm. 52.

*Octium reges primi & beatas  
Paradisi vires.*

Vulgo adiam hic legitur, pro *ocium*: quod & quæ sequuntur, & quæ superiore libro dixit, impugnant. B.

2. (b) *Fastiditas ser. nupt.]* Exempla bellorum, ob petita repul- sam inter reges exortorum, extant in Herodoto 3, 1. Diodoro 14, 107. Dionysio Halic. 4, 52. Nostro 2, 5, 9. Addendus Apuleius sub initium lib. 3. metamorph.

Ibid. (c) *Orsefenni*] Ita vet. Appianus Syriac. pag. 118. & Dio- dorus in excerptis libri 31. *Isidophernem.* B.

6. (d) *Excepisti*] Impr. *laxepisti*, rectius vt opinor.

Ibid. (e) *Subornans*] De hoc Alexandro, incerte stirpis & igno- to homine, Libui epitoma 52. & Appianus Syriac. pag. 131. d. B. Eius- dem Demetrii filio, item Demetrio dicto, itidem submissus: fuit Pseudo-Alexandri alius, de quo Noster infra 29, 15. Huiusmodi seznicos & obrepitios Principes aliquam multos contraxit Lip- sius in Monitiis & Exemplis polit. 2, 3. Quibus adde Pseudo-Dru- lum ex Tacit. annal. 5, 10. Pseudo-Neronem, Sueton. Ner. fin. Pseudo- Aristarthen, Val. Max. 9, 16. fin. Pseudo-Iohannem, Pachymer. 3, 12. & 13. & plures.

Ibid. (f) *Propalam quandam*] Amplif. J. Argelshemius offen- dit mihi locum in doctoreis suis Ob. Gifanii plenis bonæ frugis ob- seruationibus in lingua Lat. vbi *propalam* ait Lat. *ne dicam qui propalam, velut ens. palum & de-palo* videntes merces *lobes* & ven- dit: *eamque vocem vique fore per. erro esse mutatam in propala, qua vox tamen Græca est.* & *pro-ceneram seu venustiorum conciliatorem significat, esse Polluce 72.* Consimilia Turnebus Aduersar. 14. Oten- dit etiam epistolam à Bongartio, ante hos 20. anno ad. descriptam, & huic expositioni subscribentem, cum antea putaret, fusi hoc *propalam* hic adverbialiter accipi. Scaliger tamen in Gulicem Virgii pag. 42. statuit, *propala* non erymologia, sed prætaxi librorum con- fuctudinis esse scripturam, pro *propala*: hoc autem non esse or- tum à merie Græco *περοπαλως* qui est proxentæ, & pararius Se- necæ: sed esse ex Græco *πρωδωρ*, & Latina præpositione consis- tum; duplici argumento: tum quia producit primam syllabam, cum alioqui, si Græca esset, corniperetur: tum etiam quia diuer- sam

sam à *περοπαλως* significationem habet. Dicitur enim quod pri- mus vendat merces, quas in porta primus anticipat, & vt Perlius ait, *rimus tollit piper à sistente cauclo, vt prior vendat.* Quod mani- felle innuit Lucilius, citatus à Nostro, voce *Proxiter*:

*Sicuti cum primus fopæ popolare centes*

*Proxiter, & pro-cingens dat primus paucos.*

Quamquam etiam in his Lucilianis *propala* nonnulli libri ha- bent: item in Varone de re rust. 3, 14. Quin in illis quoque Cice- ronis in Pisonem cap. 27. *panis & vinum à propala*, *arque de cupa*, Ms. Palatinorum & editionum vet. hanc esse scripturam, reitatur Græterus. Pro hoc item *propala* in opt. Glossario scriptum inuenit- se fe. Scaliger asserit. Porro similem huic in Nostro locum vide 39, 1, 5.

8. (g) *Tantam odium*] Saepe accidere, vt homines quemlibet sibi malint imperare, etiam indignissimum, quam cum à quo. Ita si sunt *placetem Vitellius est, nullis stipendiis, nulla militari fama, Gal- lica vna promeretur*, Tacit. Hist. 2, 6. Sic Optimum Macrimum Sena- tus, odio Antonini Bassiani, libenter Imperatorem accepit, cum in Senatu omnibus vna vox esset: *quemuis magis quam paritidam, quemuis magis quam incertum* &c. Capitolinus in eius vita cap. 2.

9. (h) *Prætinorum fordium obitus*] Iuxta Claudian. illud in Eutrop. 1, 18. *Alperius nihil est horum cum surgit in altum.* Et saepe insperato felices, omnium pessime sorte fortunam, apparet et- iam ex Proterib. 30, 22. & 23. Euphido Supplicib. v. 741. Thucydi- de 3, 6, 75. Curio 9, 2, 3. Dione lib. 3. vbi de Senano, Am. Marcelli- no 4, 1, Aristide sub initium orationis prioris de Pace &c.

## CAP. II.

- 1 I ntitio belli Demetrius duos filios apud Gni- dium hospitem suum, cum magno auri pon- dere, (a) commendauerat, vt belli periculis exi- merentur, & si ita fors tulisset, paternæ vltionis 2 seruariantur. ¶ Ex his maior Demetrius annos pub- ertatis egressus, auidia Alexandri luxuria, quæ in- speratæ opes, & alienæ felicitatis ornamenta, velut captum, inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, secu- rum ac nihil hostile metuentem, aggreditur. 3 ¶ Antiochenfes quoque veterem patris of- fensam

ensam nouis meritis correcturi, se ei tradunt: sed & milites paterni, fauore iuuenis accensi, p̄toris sacramento religionem noui regis superbiam præferentes, signa ad Demetrium transferunt: || A T. 4  
Q V E ita Alexander non minori impetu fortunæ destructus, quàm elatus, primo prælio victus interficitur: deditque pœnas, & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

Num. 1. (a) *Commendauerat*] Ita est in veteribus. Commendare est deponere, L. & si quis XIV. D. de religiosis. L. 126. de verb. signif. Cicero de legib. 2. 9. Lar familiaris in Querolo: *mihi thesaurum commendauit*, id est, concedidit thesaurum auri, vt id seruare sibi, vt est in Plauti Aulularia Prolog. v. c. B.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTOR.  
RIARVM.  
LIBER XXXVI.  
CAP. I.

R eciprato paterno regno (a) Demetrius ET  
IPSE rerum successu corruptus, vitii adolescentiæ in segnitiam labitur; tantumque contemptum apud omnes inertiae, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. || Itaque 2  
cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiae maculam, bellum Parthis inferre statuit: || cuius aduentum non inuiti 3  
Orientis populi videre; & propter (b) Arsacidae regis Parthorum crudelitatem, & quod veteri Macedonum imperio assueti, noui populi superbiam indigne ferebant. || Itaque cum & Persa- 4  
rum,

rum, & Elimæorum, Bactrianorumque auxiliis  
5 iunaretur, multis præliis Parthos fudit. || Ad postremum tamen P A C I S simulatione deceptus, capitur; traductusque per ora ciuitatum, populis qui descuerant, in ludibrium fauoris ostenditur. || Missus deinde in Hyrcaniam, benigne & 7  
(e) iuxta cultum pristinae fortunæ habetur. || Dum hæc aguntur, interim in Syria (d) Trypho, qui se tutorem (e) Antiocho Demetrii priuigno substituit à populo laborauerat, occiso pupillo, regnum Syriae inuadit. || Quo (f) diu potitus, TANDEM exolescente fauore recentis imperii, ab Antiocho puero admodum, Demetrii fratre, qui in Asia educabatur, bello vincitur: rursusque regnum Syriae ad subolem Demetrii reuertitur. 9  
|| Igitur Antiochus, memor quod & pater propter superbiam inuitus, & frater propter segnitiam contemptus fuisset, ne in eadem vitia incidere, recepta in matrimonium Cleopatra, vxore fratris, ciuitates quæ initio fraterni imperii defecerant, summa industria persequitur, domitasque rursus regni terminis adiicit. || (g) Iudæosque, qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vindicauerant, subiigit. Quorum vires tantæ fuisse, vt post hunc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisque imperiis vsi, Syriam magnis bellis infestauerint.

NOTÆ AD LIBRVM XXXVI.

Num. 1. (a) *Demetrius*] Nicator dictus, vide Appianum. L. vii. s. epitoma hæc paullo aliter. *Demetrius*, inquit, ob crudelitatem, quam per tormentum in suos exercebat, a Diodoro quosdam, vno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum, regnum offerrebat, bello superatus, Seleucianus fugit. B.



1 (b) *Asfacide* ] *Asfaciles* pro *Asface*. *Asfaces* dicebantur omnes Parthorum reges, infra 47, 5. 6. Sed & supr. 2, 6, 9. *Amphichyon*, in *Miss.* est *Amphichyonides*; *Prusias*, est *Prusias*, apud Varronem, cuius locum supra notauimus; & *Callias*, sub quo Athenas Xerxes incendit, Diodoro dicitur *Callades*; & quod mirius est, auctor non est supr. 2, 12, 11. pro *Thessias*, posuit *Thessada*, ita enim veteres libri manuscripti omnes. B.

6. (e) *Iuxta cultum* ] *vis. fort.* Ita supr. 11, 9, 15. & infr. 38, 9, 25.

7. (d) *Trypho* ] Dicitur *Diodotus*. Strabo lib. 14. & 16. Appianus Syriac. pag. 312. & *Liuius* epin. 55. B.

Ibid. (e) *Aniacho priuigno* ] Alexandrum Alexandri nothi filium vocat Appianus, *Liuius* 52. & 51. quos lege. B.

8. (f) *Dia positus* ] Triennium habet Iosephus 13, 12. fin.

10. (g) *Iudeisque* ] Tacitus histor. 5. Vide historiam *Macedoniorum*. Statim, malum legentes *Macedonico*. B. Adde infra 36, 3, 9.

## CAP. II.

Namque Iudæis origo Damascena, Syriæ nobilissima ciuitas; vnde & Assyrii regibus genus, ex regina Semiramis, fuit. || Nomen vrbi à Damasco rege inditum: in cuius honorem, Syrii sepulchrum (a) Arathis vxoris eius pro templo coluere; deamque exinde sanctissimam religionis habent. || Post Damascum Azelus, mox Adores, & Abraham, & Israhel reges fuere. || Sed Israhel felix (b) decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. || Itaque populum in decem magna diuisum filiis tradidit, omnesque ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, *Iudeos* appellauit: *colique eius memoriam ab omnibus iussit*. (c) Eius portio omnibus accesserat. || Minimus 6 ætate inter fratres Ioseph fuit: cuius excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. || A quibus deportatus

tatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, breui ipsi regi percarus fuit.

- 8 || Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur: || adeo, vt etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: perissetque omnis Ægyptus fame, nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset: || tantaque experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. || Filius eius Moses fuit, quem præter (d) paternam scientiam hereditatem; etiam forma pulcherrimo commendabat. || Sed Ægyptii, quum scabiem & (e) vitiliginem paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serpetet, terminis Ægypti pellunt. || Duxigitur exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit: quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus compulsi sunt. || Itaque Moses Damascena antiqua patria repetita, montem Synai occupat: quò septem dierum ieiunio, per desertam Arabiæ, cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem more gentis (f) *Sabbatum* appellatum, in omne æuum ieiunio sacrauit: quoniam illa dies fame illis erroreque finierat. || Et quoniam metu contagionis pulso se ab Ægypto meminerant, ne eadem causa in ipsi apud incolas forent, cauerunt, ne (g) cum peregrinis communicarent: quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionemque; (h) conuertit. || Post Mosén etiam filius eius Aruas, sacerdos sacris Ægyptiis, mox rex creatur; semperque (i) exinde hic mos apud Iudæos

dæos fuit, (k) vt eosdem, reges & sacerdotes haberent : QVORVM (l) iustitia religione permixta, incredibile quantum (m) coaluere.

Num. 2. (a) *Arabia* ] Hermolaus in Plin. 5, 23. dubitat, an hoc loco, permissis literis legendum sit *Arabian*, quæ est Syriorum dea, eam *Atargatis* dictâ, Strabo sine libro 16. cuius meminit & Macrobius l. Saturnal. B. Discutit hæc exactissime, more suo, Salmastius ad Solinum, pag. 574.

4. (b) *Decem filiar.* ] Ad veritatem historiae sacre rescribendum fuerit *duodecim*. Simile in Notis Liptii ad Val. Max. 1, 1, 16. Quamquam nihil mirum, autorem hic impingere, cum multo gratiorum errorum in hac tota sit historia manifestus. Et sane res Iudaicas valde Romanis incognitas fuisse, facili intelliget, qui cum Mosis libris, præter hanc Auctoris, etiam Taciti librum 5. hist. Strabonis 16. & Dionysii 37. conulerit. Sed & Græcorum commentis multa à fide historiae abhorrentia de Iudæis prodita fuisse, Ioseph. lib. l. aduersus Apionem auctor est, & fidem facit ecloga ex Diodori libro XL.

5. (c) *Eius portio* ] Forte *eius portio*, aut, *nano eius port.* Videtur enim in his verbis consistere ratio, propter quam colli ipsi non valuerit Israel. aliter, quomodo hæc explicari possint, non video. Freinsh.

6.7. &c.] De toto hoc loco videndus Orofius 1, 8.

11. (d) *Paterna scientia* ] Scilicet artis Magicæ, Quomodo Plinius 10, 1. *Est & alia Magiæ scientia, à Mose, & Iamnis, & Iadæge Iudæa pendens Gra.* Mosen inter Magos numerat & Apuleius in Apol. Sed Strabo lib. 16. pag. 524. Mosen non tam fuisse magum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Lycurgus, aliiq; legumlatores, item Amphiarus, & Orpheus, & Musæus fuisse leguntur. Indicium eruditissimi iuxta & optimi Viri, D. Nic. Vedelii, cum auctore superiore, in transitu perthamianæ ad me viseret, & Suida didici, Alexandrum Mithesum, cognomine polyhistorum, qui Syllæ temporibus vixit, præter alia scripsisse de Roma libros quinque, in quibus ait: *Hebræam fuisse multierem, Mosis nomine, à qua per scripta sit lex Hebræorum.* de præputio & featu & nomine nostri legislatoris. Ita scilicet in tenebris illis aliquas tamen veri striduras *oïzō* viderunt.

12. (e) *Virilignem* ] Ita ex Ms. legendum, & Orasio 1, 8. & 10. Viriligno Arnobio esse lepæ, vt me docuit doctorum princeps fac. Cuiacius, *ille notus alienigenam virilignem, manum alienæ detestari.* Et Seneca natural. quest. 3. 25. virilignem vocat *sedam* ex albo *uictetatem*, Græcis *λευκὸν*. Exodi 4, 6. & Numer. 12, 20. *lapra dicitur candens*

*can dens quasi nix.* Hæc debeo, sapius à me commemorato, nunquam tamen satis laudato, doctori meo; cuius de humanitate & doctrina nunquam quisquam ita magnifice dicit, quin id virtus eius exsuperet. Sed clarissimi viri gloriæ, neque mea prædicatione accedere quidquam potest: neque tenebrionum quorundam obtestatione decedere. Illuc reuertor, Virilignem hanc Tacitus histor. 5, 3. *eodem* vocat, *quæ corpora sedaret.* De Mose aliter Strabo lib. 16. long. Plinius 31, 2. ex Varro narrat, Titium quendam prætura functum, *in armoris signi faciem habuisse propter virt. ieiunio.* Apud Photium Biblioth. cap. 279. nugaror Helladius, Molem *A. pha* vocari, quod corpus habuerit *αλφωσι*, id est, viriligne distincta; & ad mendaciam Philonem tellem adhibet. Ceterum Adr. Turnebus Aduersar. 14, 17. addidit vulgarium edipionum scripsum, *pro virilignem*, quem videt, Modius in Fuldensib., esse dicit *virilignem*. Sed haud dubie Bongarsii correctio *virilignem* est bona: certe Liptio Not. 4. ad 5. hili, Taciti probata.

14. (f) *Sabbatum & c. ieiunio factum* ] Eundem errat ortoreo Augustus apud Sneton, cap. 78. *Neludius quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatum ieiunium feruati.* Nimirum Romani cum ferent, à Iudæis crebra ieiunia vltipari, & Sabbatum ab iisdem præcipue castimoniam celebrari; & Sabbatis eos ieiunare tenete sibi persuaderunt, quod falsum, nisi Sabbatum, non pro septimo die hebdomadae, sed pro tota hebdomade accipiuntur, quo sensu Phariseus Lucæ 13, 12. *eiunio bis in Sabbato.* Hæc ferè Casaub. ad Suet.

15. (g) *Cum per ieiunio eorum uicicaret* ] Ms. Fuldenses optimi, *eum peret, conuincerent* quod amplectendum puto: maxime cum ita etiam in suis Ms. repererit Bongarsius. Vt sit hic conuincit, conuincitque vix mutua vi. Vnde conuincit: de quo ita Cicero in Catone c. 13. *Deu maiores nostri acubationem vulnere amercuio, qua vna conuincit ieiunio bis cret, conuincit nominant.* Modius.

Ibid. (h) *Conuincit* ] Abiolute, pro conuincitque est. Ita Sallusti, Catil. c. 6. *rogum in periculis in superbia dominatoremque conuincit.* Hoc modo Livius 2, 8, 1. *Leges in contragruo vertant.* Tacitus 12, 29. *quum nitate in superbia montant,* hoc est, mutatis. Florus 2, 15, 6. *quum bellum secleret:* vbi meliores editiones *secleret,* hoc est, secleret: quod rectum est. Sic enim & Propertius 3. eleg. 18.

*Flauio* per *inquis* *inquis* *secleret* *aristis:* vt in Animaduers. ad illud poemæ & cod. Pal. eruit. V. C. Ianus Gebhardus & Agell. 18, 12. ex Vell. *inquis* *fidusit.* Nec aliter Marcellin. lib. 29. fin. *inquis* *molliuit.* Adde supi. Notam ad 3, 35.

16. (i) *Sen perque exinde bis mo* ] Aliter veriusque Iosephus anq. Iudaici 13, 19. *Vt quidam principes simul & Panisifices essent, tempore Marcababourum primo fieri cepit, præsertim principatu Aristobuli, qui per ieiunio principum simul Pontificatus conuincit, & diuitem sibi impopulit, annu post captiuitatem Babylonianam ari.*

Ibid. (k) *Vt erit: em reges & sacerdot.* ] Non tantum apud Iu-

dux mos hic fuit: sed etiam, si quid Seruio credimus, apud alias gentes. Quæ de re sic ille ad illum Virgiliū versum Æn. 3, 80.

*Rex Anus, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.*

*Maioratus cuius hac erat consuetudo, inquit, ut rex esset etiam sacerdos. Vnde hodieque (sic enim locum hunc corrigo ex Membranis, vulgo corruptum, & inepte interpolatum) Imperatores Pontifices dicimus. Modius. Adde Luuium 3, 20, 1. Diodorum 3, 5. Nostrium 13, 7, 14.*

Ibid. (1) *Instituta religione perm.] Strabo, διακονοῦν γὰρ ἑρτίσιν ἡ ἰσορροπία ὄντις. B.*

Ibid. (m) *Castuere] Forte scribendum castualuere, hoc est, potentiam acquisiuerit, quo significatio verbum hoc auctori vltatum esse, supr. not. ad 13, 4, 1. ostensum est.*

## CAP. III.

**O**pescenti ex vectigalibus opobalsami creueret, quad (a) in his tantum regionibus gignitur. ¶ Est namque vallis, quæ continuis montibus, velut muro quodam, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci (b) ducenta iugera, nomine arcus dicitur. ¶ In ea silua est, & vberitate & amencitate insignis: si quidem palmeto & opobalsamo distinguitur. ¶ Arbores opobalsami, mam similē (c) piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Hæ certo anni tempore balsamum sudant. ¶ Sed non minor loci eius (d) apricitas quam vberitatis admiratio est: quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepidi aëris naturalis quædam ac perpetua apricitas inest. ¶ In (e) ea regione lacus est, qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatem, mortuum mare dicitur. ¶ Nam neque ventis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo (f) aqua omnis stagnatur: neque navigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur:

tur: nec materiam vllam sustinet, nisi quæ aluminis inclinat. ¶ Primum (g) Xerxes rex Persarum, Iudæos domuit: postea cum ipsis Persis in dittonem Alexandri Magni venire, diuque in potestatem Macedonici imperii subiecti Syriæ regno fuerit. ¶ A Demetrio cum desciscissent, (h) amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, FACILE tunc Romanis de alieno largientibus.

Num. 1. (a) *In his tantum regionibus] Its sane tunc fuerit. Postea, non dubium, si ipem eam in Ægyptum transiit, atque illic creuissit. Claudianus in Epithalamio Palladii:*

*Cremoris alii per totum Balsama rectum*

*Effuderit eadē, dura quæ facinus urget.*

*Nisineus pinguis desudat vulnere cortex.*

Perseuerare etiam illic nostro æuo, qui peregrinati sunt, affirmant. Lipsius Not. 15. ad Tacit. 5. h. ill.

2. (b) *Ducenta iugera, nomine arcus dicitur] Vulgo ducenta milia iugera: immanis & supra fidem numerus. Veteres plerique ducenta iugera nomine arcus dicitur. Quid si legamus, viginti iugera? Hieronimus dicitur. Atque id Plinius 12, 25. & Solinus cap. 38. confirmat: & Strabo lib. 16. pag. 525, 10. Hieronimus est plantæ montibus circumdata, quæ in theatris hinc ab arcu vocatur: sed et c. Is tamen spatium loci facit centum stadiorum, B. Ex hoc Strabonis loco considerandum monuit Freinshemius, an forte notum ad fornam loci potius quàm nomen respiciat. Theatrum enim cum, arcu similitudinem quandam habet. Sed potius est vt Salmastium audiamus, in Excrcitationibus ad Solinum pag. 583. c. 1. locum hunc ita restituentem: Spatium loci ducentis iugeribus legitur dicitur. Nam quod Bongarsio ex Plin. 12, 25. pr. vitium est legitur: iugerum id ad vnum tantum balsamum, partem valis non magnam, à Plinio refertur. At auctori nostro de totius vallis sericentis longitudine sermo est, quam non plus spatii habuisse quam viginti iugerum, non est credibile.*

3. 4. ] *Balsamum proprie de arbore, opobalsamum vero (quasi ὀπὸς τῆ βαλοῦστος; sicut ὀπὸς τῆ ἀνάξῃ est ὀπὸς τῆ πύλας) de succo, vt opobalsamum denique de ligno dicitur. Iustinus tamen in uersa vice, contra vsum auctorum, opobalsamum pro arbore posuit, balsamum pro lacrima seu succo arboris. Salmast. ad Solin. 582. E. 1.*

4. (e) *Iscu arboribus] Veteres plerique fœcic, transpositis literis. Strabo, τυσίλο & tecebiantio similes facit. Vide Plinium & Solin.*

linum. B. Ex isto veteri *specie* Salmastius ad Solin. 579. E. 2. eruit hanc indubitato meliorem scripturam *picea arboribus*. Sic enim auctoripre modo dixerat *ipso balsami arbor*: & Cicero pro Flacco c. 2. *fecit arbor*: & Lilius 24, 34. *abitu arbores*.

5. (A) *Apriciatus* Non dubitavi reddere Iustino vocem suam, in *Miss.* omnibus extantem, attestante Boargaris: qui tamen erroneum hoc, & edendum censuit *opaciatu*, & in hoc versu, *perpetua opacitas*, quod crederet opinor, ardeatissimum Solem, nisi opacitate, non potuisse ab Hierichuntis valle defendi. Atqui, quod Salmastius ad Solinum pag. 590. docet. non omnis locus Soli expositus, sed is demum. ex Latine loquentium viâ dicitur *apricus*, qui Soli tepido, leni, temperato, non torrentissimo, patet. Hinc *aprici colles* Virgilio eclog. 9, 49. qui obueri sunt orienti Soli, qui quoniam non est intemperate calidus, coquendus suis maxime est accommodatus. Huius vocis vius clarus aperit Solinus c. 51. *Attacicus temperari præcipit, ut rano aeris elementam sumministrat. Apricent afflatum noxarum colles, qui salubri apricitate vridique secus obiecti probentur anni persistent.*

6. (E) *In ea regione lacus* *Miss.* quidam *lacus lacus*: alii, *Non longe est locus Asphaltites*. Postremam hanc lectionem non reicio, loquitur enim hoc loco de Asphaltite lacu, quem cum Sirbone eundem facere videtur Strabo lib. 16. pag. 525, 27. cum eos distinguit Plinius 5. cap. 13. & 15. & 16. h. Adde Tacitum hist. 5, 6. Diodorum 19, 95. Iosephum de bello Iud. 5, 5.

7. (F) *Aquas omnia stagnatur* h. e. munitur, firmatur, induraturque, *ἀστυβάσις* vel *ἀστυβάσις*, ut placet Salmastio ad Solinum pag. 577.

8. (G) *Primum Xerxes* Atqui Xerxes nunquam bellum mouit Iudæis, utpote qui à Cyro, primo Persarum rege, Persico imperio semper fuerat subiecti: & plus 130. annis ante Xerxem, Chaldaeorum rex Nabuchodonosor ter domuerat Iudæos, & in seruitutem redegerat.

9. (H) *Amicitia Roman. petita* Iosephus antiq. Iud. 12. 17. refert, Iudam Pontificem, postquam accepisset partem à Romanis de regibus victorias, legatos Romanos, ad amicitiam societatemque iungendam misisse: Senatumque dedisse quod petebat. Postea etiam ad renouandam cum Rom. amicitiam à populo Iudæico, & rursum ab Hircano Pontifice, post Antiochi regis obitum, legatos Romanos missos scribit, ipsaque Senatusconsulta de postulatis eorum facta recitat, idem autor lib. 13. 17. & 14. 16.

## CAP. IV.

**P**er eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter novos reges alterabatur, in Asia

rex

rex Attalus florentissimus, (a) ab Eumene patruo acceptum regnum, cædibus amicorum, & cognatorum suppliciiis fœdabat, nunc matrem animum, nunc Beronicen sponsam maleficis eorum necatas confingens. || Post hanc secelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit: barbam capillumque (b) in modum reorum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora conuiuia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, profusus ut pœnas pendere manibus interfectorum videretur. || Omnia deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina (c) seminabat, & noxia innoxiiis permittiebat, eaque omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus amicis mittebat.

4 || Ab hoc studio, ætariæ artis fabricæ se tradit, cærisque fingendis, & ære fundendo procudendoque oblectabatur. (d) || Matri deinde sepulchrum facere instituit: cui operi intentus, morbum ex solis feruore contraxit, & septima die decessit. huius testamento (e) heres populus Rom. tunc

6 instituitur. || Sed erat ex Eumene (f) Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharista cuiusdam filia genitus, qui post mortem Attali, velut paternum regnum Asiæ inuasit.

7 || Cum multa secunda prælia (g) aduersus ciuitates, quæ metu Romanorum tradere se ei nolebant, fecisset; iustusque rex iam videretur,

8 Asia Licinio Crasso consuli decernitur: || qui intencior Attaliæ prædæ, quàm bello, quum extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisset, victus pœnas (h) inconsultæ auaritiæ,

9 sanguine dedit. || In huius locum missus (i) Perpenna



penna consul, prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit; Attalicasque gazas, hereditarias populi Romani, nauibus impositas, Romam deportauit. || Quod ægre ferens successores eius (k) Marcus Aquilius Consul, ad eripiendum Aristonicum Perpennæ, veluti sui potius triumphum munus esse deberet, festinata velocitate contendit. || Sed contentione Consulum mors Perpennæ diremit. || Sic Asia Romanorum facta, (l) c v m opibus suis vitia quoque Romam transmisit.

Num. 7. (a) *Ab Eumene patre* Ex Strabone lib. 13. constat, Eumenem huius Attali patrem fuisse, & ita quidam hic ediderunt contra liberos. Dicitur est Attalus, *Philometor*; & morbo interit, populo Rom. herede instituto. Strabo: epitoma Liiij 58. Florus extremo lib. 2. Orosius 5, §. alii. B.

2. (b) *In medium reuocum* De hoc more reorum; vtendi velle squalida, barbam capillumque producendi, vt scilicet eo habitu suffragatores conciliarent, inimicos pernulectent, & iudices temperarent, his quæ Cuiacius obseruation. 6, 5. & Rad. Fornerius rer. quotidian. 4, 5. habent, addendi Sisenna apud Nonium in *Vicentium*; Cicero in *Verrem* 2. §. L. iulius 6, 16, 4, 6, 20, 1, 4, 4, 19, 5. Seneca consol. ad Polyb. c. 36. Val. Max. 6, 4, 4. Suetonius Ner. 47, 6. Plinius 7, epist. 27. fin. Plutarchus quæst. Rom. c. 14. Agellius 3, 4. Orosius 5, 17. fin. Hinc Tertulliano de anima c. 39. *caput reatus uocare*, est comam reorum more promittere. Sic apud Senecam de Benef. 2, c. vii. & 4, 12. *detrahere fordes*, est reum liberare. Videndum & adagiū, *Quasi dies dista sit*.

3. (c) *Seminabat* Miss. duo scribitur, quod æque conuenit. Mod.

5. (d) *Matri deinde sepulch.* Hinc, & similia propter facta videtur a quibusdam *Philometoris* nomen, quod ipsi tribuit præter alios Appianus Mithrid. pag. 212. b. & Strabo lib. 13. pag. 439. 50.

Ibid. (e) *Hæres populus Rom.* Vide Lili epitomen §. Vellecium 2, 4, 1. Florum 2, 20. Orosium 5, §. alios. Idem factum & Nicomedes Bithyniz rege tradit epitome Liiij 95. itemque ab Archelao Cappadociz, & Pylæmene Paphlagonia regibus, Ioanndes de success. regnor. cap. 55. Ceterum in aduenda hæc Attali hereditate Romanos doli mali accusat Mithridates apud Sallustium histôr. lib. 4. & Horatius 1. Od. 18.

neque

neque Attali

*Ignoti hæres regiam occupauit.*

6. (f) *Aristonicus* De bello Aristonici, præter Liiuanam epitomen 59. Florum 2, 20. Vellecium 2, 4. lege Strabonem lib. 14. pag. 444. fin. Licinius Crassus, qui à nostro Consul dicitur, Floro est *Prætor*, Patreulo *Præconsul*: qui cum iuris scientissimum vocat. A nostro auctore sunt Lilius, Orosius, Cicero Philipp. 11, 8. B.

7. (g) *Aduersus ciuitates* Mindum, Samum & Colophonem; Flor. 2, 20, 5.

8. (h) *Inconsulta auaritia* ] vide notam ad 24, 7, 4.

9. (i) *Perpenna* Ita constanter omnes editiones. Supra citatis autoribus M. *Perpenna* dicitur. De eo videndus quoque Val. Maximus 3, 4, 5.

10. (k) *M. Aquilius* In fastis Manius. B.

12. (l) *Cum opibus vitia* Florus 3, 12. *Syria prima nos victa cepit*: *max. Asiaticæ Pergamens regni hereditas*. Adde Liliū 39, 6. fin. Sallust. Catil. Cap. 11. Plinium 33, 11. fin. Nostrum 2, 14, 6. & Notam ad 31, 8, 9. g. Prudente ergo *Spartana ciuitas*; *seuerissimis Lyceuz legibus ceterantur*, aliquando in ciuitatis suorum omnia contempnanda *Assa* veterax; *ne illecebram ei capti, ad siccauius uisagenus prolaberentur. Quod non in fructu tenuis, sed duxit oris Pausanias patrefecti, qui in axamio operibus emittit, ut primum se. Assa moribus permissi, fortis uidentem suorum ciuitatis cultu in dicitur non eubuit, ut ait Val. Max. 2, 6, 1.*

# POMPEII TROGI EPITOMA HISTORICARUM.

LIBER XXXVII.

CAP. I.

1 **C**apto Aristonico, Massilienses pro Phocensibus conditoribus suis, quorum urbem senatus, & omne nomen, quod & tunc, & antea Antiochi bello, infesta contra populum Romanum arma tulerant, deleri iusserat, legatos Romam deprecatum misere, veniamque his à senatu obtinere.

nuere.

huere. || Post hæc regibus, qui aduersus Aristonem auxilia tulerant, præmia persoluta: Mithridati Pontico (a) Syria maior; filii Ariarathis regis Cappadocis, qui eodem bello occiderat, Lycaonia & Cilicia data; || FIDELIORQUE populus Romanus in socii filios, quam mater in liberos fuit: Quippe hinc paruulis auctum regnum, inde vita adempta. || Namque Laudice ex numero sex filiorum, quos virilis sexus ex Ariarathæ rege susceperat, timens ne non diutina regni administrationem adultis quibusdam potiretur, quinque patriciali veneno necauit: || vnum parvulum, sceleris matris cognatorum custodia eripuit, qui post necem Laudices (nam propter crudelitatem, eam populus extinxerat) solus regno potitus est. || Mithridates (b) quoque repentina (c) morte interceptus, filium, qui & ipse Mithridates dictus est, reliquit. || Cuius ea postea magnitudo fuit, vt non sui tantum temporis, verum etiam superioris ætatis omnes reges maiestate superauerit, bellaque cum Romanis (d) per XLVI annos varia victoria gesserit: || Cum eum summi imperatores, Sylla, Lucullus, ceterique, in summa Cneus Pompeius ita vicerint, vt maior clariorque in restaurando bello resurgeret, (e) damnisque suis terribilior redderetur. || Denique ad postremum, non vi hostili victus, sed voluntaria morte, in auito regno, senex, herede filio decessit.

## NOTÆ AD LIBRYM XXXVII.

Num. 2. (a) Syria maior. Quidam impressi codices, Phrygia maior: quod probat. infra 35. 3. sibi populum maiorem Phrygiam ademerunt: quam patri sua præmium dedit aduersus Aristonem auxilij concesserant. Vide Appianum Mithridatico pag. 263. B.

3. 4.] Ec.

3. 4.] Feminæ regnandi cupiditatis nec filius parentis simile exemplum est infra 39. 2. 9. & luculentum aliud apud Zonaram in vitiæ frenes filiique Constantini.

6. (b) Mithridates quoque. Hic Euergetes dictus: filius autem eius, quem XI annos natum regni successorem reliquit, Eupator. Strabo lib. 10. Vide Appiani Mithridaticum. Mithridates est in nostris Mss. in uno Mithridatis. Quod quidam Mithridates scribendum censent, ex numismatibus, non probat. Mithradates enim Græcum est, Mithridates Latinum, ut in i. Vi Μαροαλίη. Μασίλια. Κολίση. Καίνα: Νομάδας Νημίδα. Αραγύς Αργιζέντιον: & fortasse etiam Μουαυιόσθης, qui in Eclogis Diodori viriose dicitur Μουαυιόσθης, Μασίττα. Sed & in Latinis vocibus τὸ α in i vertitur: sapiens, insipiens: eam, iuicines &c. B. Adde notam ad 4. 3. 4.

1bid. (c) Repentina morte inere. Amicorum dolo necatum tradit Strabo lib. 10. pag. 329. 15.

7. (d) Per XLVI annos. Orofius 6. 1. fin. Tringita gerendi belli inueniuntur anni. Qualiter autem XL a plerique distis sint, non facile discernitur. Florus 3. 5. 3. habet annos XL. Appianus XLII durationem inierit, XXI X. annos inuenies ab ortu ipso Mithridatici belli ad Pompeii triumphum. B.

8. (e) Damnus terribilior. Ita Sannites claudis ipsi animosiores. Florus 3. 16. 15. Sed nullo maxime perica illa Roma, quæ secundum Horatium 4. od. 4.

Dura vt illex tenet bipenniis,  
Nigra seraci fronde in Argivo.  
Per damnus, per eadem ob ipso  
Duxit spes animi nullo cætera.

Et vt ait Claudianus de laudibus Sullonis lib. 3. v. 144.

Namquam succubuit damnus, & terzita nullo

Vulnere, post Cannæ maior, Trebbianique fremebat.

Adde Notas ad 27. 2. 4.

## CAP. II.

Huius futuram magnitudinem etiam caelestia ostenta prædixerant. || Nam & quo genitus est anno, & eo quo regnare primum cepit, (a) stella cometes (b) per vtrumque tempus (c) septuaginta diebus ita luxit, vt caelum omne conflagrare videretur. || Nam & magnitudine sui quartam

F f

par

partem cæli occupauerat; & fulgore sui, Solis nitorem vicerat; & cum oriretur occumberequet, quatuor spatium horarum consumebat. ¶ Puer 4 tutorum insidias passus est, qui eum (d) ferro equo impositum, equitarem acicularique cogebant: ¶ qui 5 conatus cum eos fessellissent, supra ætatem rege- te equum Mithridate, veneno eum appetuere. ¶ Quod metuens, (e) antidota sæpius bibit, & 6 ita se aduersus insidias exquisitis tutoribus remediis (f) stagnauit, vt ne volens quidē senex veneno 7 veneno non potuerat, ferro peragerent, venandi studium finxit: quo per septem annos neque vrbs, neque ruris tecto vsus est; ¶ sed per siluas 8 vagatus, diuersis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis: assuetus feras cursu aut (g) fugare, aut persequi, cum quibusdam etiam, viribus congregi. ¶ QVIBUS 9 rebus, & insidias vitauit; & corpus ad omnem (b) virtutis patientiam durauit.

Num. 2. (a) *Stella cometas* Quæ Ouidio in fine *Metamorph. Stella comans*, Plinio 2.2. aliisque *stella crinis um.* Est enim Comete vox Adiectiua, qua cum etiam absolute vtuntur autores, *stella* seu stellam subintelligunt.

Ibid. (b) *Per verum quæ et omnia* Noctū scilicet & interdiu. Quod autem cometes ille, cæli seu superioris hemisphæris, quartam partem, hoc est, gradus 45. occupasse, & quatuor horarum spatium ortu occasuque consumpsisse dicitur, id de cauda ipsius in tantam porrecta longitudinem, & Solis radiis illustrata, non de capite ipsoque corpore est intelligendum. Similis Cometa anno ante Nat. Chr. 372. quem Aristoteles Meteor. 1.6. *num. quæ cometas* appellat, & splendorem (cauda) ad tertia vsque cæli partē, id est, ad gradus 60. extendisse perhibet: Diodorus 15. 50. lunæ æmulum Lunæ prætulisse. Pontanus scribit, Cometam anni 1456. amplius quam duo cæli signa (gr. 60.) comæ fuisse tractu occupasse.

Ibid. (c) *Septuaginta diebus* Plinius, 2. 25. Breuissimum, quo cometa cernuntur, spatium septem dierum annotatum est: longissimum, octoginta.

4. (d) *Feræ equæ* Equæ glossema mihi videtur, annotatum explicandi

candi non proteriti vocabuli causa. Nam *Feræ* per se & Substanti- sumptum, equus est: vt apud Virgil. Æn. 2. 51. & Manilium Astronom. lib. 5. v. 77. 348. & 643. ex emendatione Scaligeri: *forra- fisseti* lib. 4. v. 795. Sic Accius in *Medea: Perste in stabulis immittens ferus ferus.* Nazarius Panegyri. Constantin. c. 29. *Quos insultans ferus proteriti.* Arnobius aduers. gent. lib. 4. pag. 181. *Saturnus induit formam feræ.* Hinc vernaculum nostrum *Pferdt ortum* putatur. Ita *Ferinus* Virgilio Æn. 11. 571. est equinus: & poete passim *femiferæ* vocant Centauros; non quidem à *feritate* vocabuli eius etymologia petita: sed à forma ipsa, qua *ferus*, hoc est, equos dimidiata sul parte representantur finguntur. Adde quod putida phrasis hic fuerit, *quod equitavit.* nec sane Mithridati periculum erat ab equi feritate: sed ab impetita regendi periclitia.

6. (e) *Antidota sæpius bibit* Plinius 25. 2. pr. & 23. 8. & 29. 7. f. B.

Ibid. (f) *Stagnauit* hoc est, inuiniuit, vt sup. 36. 3. 7.

8. (g) *Fugare* Freinshemius *fugere* legit, vt opponatur mox subiuncto *persequi*.

9. (h) *Virtutis* hoc est, *fortitudinis.* Vnde Xenophon lib. 1. Cyripad. Venationem, vtilissimam esse rerum bellicarum exercitatio: em ostendit. De Tralano Elinus panegyri. cap. 81. *Optimæ hæc experientia virtutis, hæc voluptas erat. hu artibus futuri ducet imbu- bantur: certare cum fugacibus feris cursum, non audacibus robore, cum cæli u. aliu, &c.* Adde, Plato non vno loco, præcipue libro 7. de Legib. Aristoteles politic. 1. 5. Plutarchi Sertorius cap. 19. Vgeius 1. 7. Dio Chrysolomus orat. 3. de regno sub finem, Pollux præfat. libri 6.

## CAP. III.

1 Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo 2 regno cogitauit. ¶ (a) Itaque Scythas inuictos antea, qui (b) Sopyriona; Alexandri Magni ducem, cum triginta milibus armatorum deleuerant; qui Cyrum, Persarum regem, cum ducentis milibus trucidauerant; qui (c) Philippum Macedonum regem fugauerant, ingenti felicitate perdomuit. ¶ Auclis igitur viribus, Pontum quoque, ac deinceps Cappadociam occupauit. ¶ Cum de Asia tractaret, tacitus cum quibusdam amicis regno profectus, vniuersam nemine sciente per- uagatus est, omniumque vrbum situm acregio-

nes cognouit. || Inde Bithyniam transcendit, & quasi dominus Asiae, opportuna quaeque victoriae suae metatus est. || Post haec in regnum, cum iam perisse crederetur, reuersus est, inuento paruolo filio, quem per absentiam eius Laudice foror vxorque enixa fuerat. || Sed inter gratulationem aduentus sui, & filii geniti, veneno periclitatus est. siquidem Laudice foror, cum perisse eum crederet, in concubitus amicornu proiecta, quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset, venenum aduenienti parauit. || Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in auctores vindicauit.

Num. 2. (a) *Itaque Scythas* ] Strabo lib. 7. Idem lib. 1. & 2. refert, Mithridatem hunc, barbaros ad Mzotidem paludem, & inde Colchos vsque denicisse. Vide Memnonis exalta. B.

Ibid. (b) *Sopyriam* ] De quo supr. 12, 2, 16.

Ibid. (c) *Philippum* ] Autor ipse sibi contrarius esse videtur supr. 9, 2, 14.

## CAP. IV.

**H**ieme (a) deinde imminente, NON in conuiuo, sed in campo; (b) non in vacationibus, [ sed in exercitationibus; ] nec inter (c) sodales, sed (d) inter coaeuales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. || Exercitum quoque suum ad parem laboris patientiam (e) quotidiana exercitatione durabat: atque ita inuictus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat. || Inita deinde cum; Nicomede societate, Paphlagoniam inuadit, victamque cum socio diuidit. || Quam cum teneri ad regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad vtrumque misit, qui gentem restitui in pristinum statum

5 tum iuberent. || Mithridates cum se iam parem magnitudini Romanorum crederet, superbo responso, *hereditarium patri suo regnum obtinuisse*, respondit: *mirari que se, quod ei relata controversia non fuerit, sibi referatur*. || Necterritus minis, Galatiam quoque occupat. || Nicomedes quoniam se ueri iure non potuerat, *iusto regi redditurum* respondit. || Atque ita filium suum mutato nomine, (f) Philiamenem Paphlagonum regum nomine appellat, & quasi stirpis regiae reddidisset regnum, 9 falso nomine tenet. || Sic ludibrio habiti legati, Romam reuertuntur.

Num. 1. (a) *Hicno deinde* ] Etiam hiibernis diebus exercendos milites, ne intermissa consuetudo & animos eorum debilitet, & corpora, monet Vegetius 2, 23.

Ibid. (b) *Non in vacationibus* ] Bongarsius edidit *aduocacionibus*, Ianus. Gultielmus lib. 1. verisimil. cap. 18. à Palmerio le monitum scribit, & contendit Modius, omnino hic legendum *vacacionibus*, hoc est, inuitationibus, conuiuiis, de quo significatum supr. ad 12, 6, 1. diximus. Verum Lipsius Not. 90. ad Taciti histor. 1. per tendit rectum esse *vacacionibus*, & interpretatur de Vacationibus militarium operum, quas recte proprieque Noster *Exercitationibus* hic opponit. *Vacaciones* *monerum* appellat Tacitus 1, 17, 7. & Quintilianus orat. pro Milite. *Militare optum* est eidem Tacito histor. 1, 46, 5. de quo Lilius etiam 7, 7, 8. accipiendos, itaque veterem impiefflorum lesionem reuocare non dubitauit.

Ibid. (c) *Sodales* ] Erat *sodalitium* quod Graeci *βραχέλας* dicunt, teste Galo 10. 1. vlt. D. de colleg. & corp. Tertullianus lib. 2. ad vxor. c. 6. *Dissonabit enim magis in sodalibus, saepe in populo*. Cicero de Senect. c. 13. *sodalitates* appellat quem vide, eum ibi, tum pro Plancio c. 15. ubi legem quandam Liciniam de his latam refert. Mod.

Ibid. (d) *Inter coaeuales* ] De Pompeio Magno Sallustius in fragm. histor. *Equitare, iaculanti, cursu cum aequalibus certare*.

2. (a) *Quotid exercitacione* ] Vegetius 2, 1. *Exercitium ex re ipsa atque opere, exercitium nomen accipit, ut ei nunquam liceret obliuiscere quod vocatur*.

8. (f) *Philiamenem* ] *Phylamenem* ex Homero legendum docuit Glatcanus. *Principe Paphlagonum venie Phylamene turba*, inquit.



Homerus Iliad. 2. 551. Eiusdem meminit Eustathius in Dionysium, & Strabo lib. 12. & Probus in Datame, qui eum, memoria lapsus, à Patroclo interfectum ait: cum ex Homeri lib. 5. 578. conflet, Menelaum eum hasta confodisse. Ab hoc Paphlagonia aliquando *Pylamonia* dicta: Plinius 6. 2. Nicomedem autem & Pylamenem reges commemorat Orofius 6. 2. ll.

## POMPEII TROGI

EPITOMA HISTO-

RIARVM.

LIBER XXXVIII.

CAP. I.

**M**ithridates (a) parricidia nece vxoris auspicatus, fororis alterius (b) Laudices filios, cuius virū Ariarathem regem Cappadocia per Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit: nihil actum morte patris existimans, si adolentes paternum regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. ¶ Igitur dum in his cogitationibus versatur, interim Nicomedes rex Bithyniæ, vacuam morte regis Cappadociam inuadit. ¶ Quod cum nuntiatum Mithridati fuisset, PER simulationem pietatis auxilia forori ad expellendum Cappadocia Nicomedem mittit. ¶ Sed iam Laudice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. ¶ Quod ægre ferens Mithridates, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit; regnumque fororis filio restituit: egregium profus factum, ni subsequuta fraus esset. ¶ Siquidem interiectis mensibus, simulat se Gordium, quo ministro vsus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans, si obfisteret adulescens, causam belli futuras: aut si permitteret, per eun-

eundem, filium tolli posse, per quem interfecerat patrem. ¶ Quod vbi Ariarathes junior (c) moliri cognouit, grauius ferens interfectorem patris per auunculum potissimum ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit. ¶ Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates pedum octoginta millia, equitum decem millia, currus falcatos decem; nec Ariarathi, auxiliantibus finitimis regibus, minores copie essent, (d) INCERTVM belli timens, consilia ad insidias transfert: ¶ sollicitatoque iuvene ad colloquium, cum ferrum occultatum (e) inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe (f) regio more misso, curiosius inimum ventrem pertractanti, ait, *caueret ne (g) aliud telum inueniret, quam quæreret.* ¶ Atque ita risu protectis insidiis, euocatum ab amicis velut ad secretum sermonem, insperctante vtroque exercitu, interficit: regnum Cappadocia octo annorum filio, imposto *Ariarathus* nomine, additoque ei rectore Gordio, tradidit.

### NOTÆ AD LIBRVM XXXVIII.

Num. 1. (a) *Mithridates* Crudelissimus erat à puero *Mithridates*. Vide ecdogas Memnonis. In iis filius fororis Mithridatis. *Ariarathes* dicitur, vt & in Prologo huius libri. B.

Ibid. (b) *Laudices filios* &c. Vide 57. 1. 4. Aut enim contradicit sibi autor: aut historiam mire confundit. Ff.

7. (c) *Moliri* Passiue: nisi vocula forsitan exciderit, aut subintelligenda sit, eum moliri. Compositio sic vitatur & Lilius 39. 4. 42. *qua in loca publica ineditata im molitibus privati habebant.*

8. (d) *Incertum belli* Malim *incerta belli*: sicuti Lilius 30. 30. 12. *incerta casuum*: & Tacitus hist. 1. 26. *incerta nodi*. Nam ita quouote vobis dictum habet, *relarum à Philone de fortitud. m. τὰ κατὰ πειράμας ἀβηλα* hoc est, interprete Cicero ad Attic. 7. 7. fin. *Necius est exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit.*

Quomodo Annibal apud Liuium 30, 30, 21. *Nuquam minus quam in bello, excutitur reser. Egregie Seneca Thebaide v. 625.*

*nuda belli mala*  
*Propone, dubias Marti incerti vires.*  
*Licet omne tecum Græcis robur trabas,*  
*Licet arma longe miles ac late explicet;*  
*Fortuna belli semper anticipi in loco est.*

9. (e) *Inter fasces*] Feminales fascias accipe, de quibus Casaubonus ad Sueton. Aug. c. 32, 1. vbi tamen has de braccijs etiam accipi posse coniicit, non dissentiente Salmatio ad histor. Augusti, 223. E. 1.

Ibid. (f) *Regis more*] Qui potest ex Plutarchi Timoleonte c. 21. & Dion. c. 13. Regiam deinde hanc, salutantes scrutandi consuetudinem Romæ primus vsurpauit Augustus, Senatui legens. Sueton. cap. 35. Postea Claudius, idem c. 35. Sed eam omisit Vespasianus, idem c. 12. Post alii reperiuere, vt Seuerus apud Spartianum cap. 6.

Ibid. (g) *Aliud telum*] Scilicet quod salua lege Cornelia gestare licet: nec tamen honeste nominari potest. Simili metaphora Catullus carm. 68. *sculam* dicitur Propert. 1, 3, & 3, 19. *arma*. Cæcilius Hymnde: *nihil agit in amore incertus*. Nec aliter Græci, *ἐπλοῦ, κίτρον, σέβουζ*.

## CAP. II.

Sed Cappadoces, crudelitate ac libidine præfectorum vexati, à Mithridate deficiunt; fratremque regis, & ipsum Ariarathem nomine, ab Asia vbi educabatur, reuocant: cum quo Mithridates prælium renouat, victumque Cappadociæ regno expellit. Nec multo post adolefcens, ex ægritudine collecta infirmitate, decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociæ, etiam Bithyniam finitimam inuaderet, subornat puerum eximie pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à senatu Romano paternum regnum peteret. Vxorem quoque Laudicem Romanam

nam mittit, ad testimonium trium ex Ariarathes susceptorum filiorum. Quod vbi Mithridates cognouit, & ipse pari impudentia Gordium Romanam mittit, qui senatui assereret, puerum cui Cappadociæ regnum tradiderat, ex eo Ariarathes genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens cecidisset. Sed senatus, studio regum intellecto, alienare regna falsis nominibus furantium, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedi, ad solatium eius, Paphlagoniam ademit. Ac ne contumelia regum foret, ademptum illis, quod daretur alijs, vterque populus libertate donatus est. Sed (a) Cappadoces munus libertatis abnuentes, (b) negant viuere gentem sine rege posse. Atque ita rex illis à senatu (c) Ariobarzanes constituitur.

Num. 8. (a) *Sed Cappadoces*] Serabo lib. 12. pag. 273, 35. *Romani*, inquit, *mirati huiusmodi esse, qui adeo de libertate aurium deffendissent, prorsus erant eu, vt de ipsorum corpore regem suum quem uellent suffragijs crearent, &c.* B.

Ibid. (b) *Reg. viuere gentem sine rege posse*] *Gentem*, subaudi, suam, scilicet Cappadocum: quomodo autor ea voce, speciatim etiam vtitur 36, 2, 14. Hoc non moneam, nisi magni nominis Politicus, Autoris ista de omni gente pronuncians censeret. Quod non est ita. Nam est, de sententia Mithridatis apud Sallust. histor. lib. 4. *pauci libertatem, pars magna iustas dominos uolunt*: hoc tamen iis solum accidit, qui laborati dulcedinem nondum suum experti. Liuius 1, 17, 3. Sicuti apud Tacitum 13, 34. *Armenis, libertati ignota, magis ad seruitutem inelinant*. Adde de Ægyptiis Herodotum 2, 147. *Cetero qui sane nihil omnino honorum multitudinis gratiam, quam libertas. Liuius 33, 18, 6.*

Ibid. (c) *Ariobarzanes*] Hunc postea regno expulsum refert Cicero pro L. Manil. c. 5, & autor ipse 38, 3, 3.

## CAP. III.

erat eo tempore (a) Tigranes rex Armenia, obfes Parthis ante multum temporis datus, sed

sed olim ab iisdem in regnum paternum remis-  
sus. Hunc Mithridates mire ad societatem Ro-  
mani belli, quod olim meditabatur, pellicere cu-  
piebat. ¶ Nihil igitur de offensa Romanorum sen-  
tientem, per Gordium impellit, vt Ariobarzani,  
segni admodum, bellū inferat: & (b) ne quis dolus  
subesse videretur, (c) filiam suam ei Cleopatram in  
matrimonium tradit. ¶ Primo igitur aduentu Ti-  
granis, Ariobarzanes sublatis rebus suis, Romam  
contendit. Atque ita per Tigranem rursus Cap-  
padocia iuris esse Mithridatis cœpit. ¶ Eodem  
tempore mortuo Nicomede, etiam filius eius &  
ipse Nicomedes regno à Mithridate pellicitur, qui  
cum supplex Romam venisset, decernitur in se-  
nato, vt vterque in regnum restituantur: in quod  
tum missi (d) Aquilius & Manlius Maltinus legati.  
¶ His cognitis Mithridates societatem cum Ti-  
grane, bellum aduersus Romanos gesturus, in-  
git: pactique inter se sunt, vt vrbes agrique Mi-  
thridati, homines vero & quæcunque auferri  
possent, Tigrani cederent. ¶ Post hæc Mithrida-  
tes intelligens, quantum bellum suscitaret, lega-  
tos (e) ad Cimbros, alios ad Gallogræcos, & Sarmat-  
as, Bastarnasque, auxilium petiit. ¶ Nam  
omnes has gentes, Romanum meditabundas bel-  
lum, variis beneficiorum muneribus iam ante il-  
lexerat. Ab Scythia quoque exercitum venire iu-  
bet, omnemque Orientem aduersus Romanos ar-  
mat. (f) ¶ Non magno igitur labore Aquilium &  
Maltinum, Asiatico exercitu instructos vincit: qui-  
bus simul cum Nicomede pulsus, ingenti fauore  
ciuitatum excipitur: ¶ multum ibi auri argenti,  
que, studio veterum regum, magnumque belli ap-  
para-

paratum inuenit: quibus instructus, debita ciui-  
tatis publica priuataque remittit, & (g) vaca-  
tionem quinquentium concedit. ¶ Tunc ad contio-  
nem milites vocat, eosque variis exhortationibus  
ad Romana bella siue Asiatica incitat. ¶ Quam ora-  
tionem dignam duxi, cuius exemplum breuitati  
huius operis infererem, quam obliquam Pom-  
peius Trogus exposuit: quoniam in Lulio & in  
Sallustio reprehendit, (h) quod contiones dire-  
ctas, pro sua oratione operi suo inferendo, histo-  
riarum modum excesserint.

NUM. I. (a) *Tigran.* Lege Strabonem extremo libro 11. ex quo,  
& ex vno Ms. scripti *obser. Parthi*, cum in ceteris sit, *obser. à Parthi*,  
inepte. Appianus *Mithr.* pag. 176. d. Ariobarzanem à Mithraa &  
Bagoa Cappadocia pulsum terribit, & in eius locum Aciarathen  
constitutum: Nicomedem vero Bythinia à Socrate fratris cie-  
ctum. B.

2. (b) *Nequis dolus subesse vid.* Quia nullus est contractum,  
qui videatur fieri meliore fide: quippe generi sacra sunt *loco filio-  
rum: & hi vicissim in loco paternum sui generis*, vt ait Philo Iudæus  
lib. 2. de Monarchia. Hoc sacrum est, quod nulla permittitur copi  
ratione violari, nam quibus obsequiibus habeatur fides, si non cre datur esse  
liberis? Cassiodor. var. 3. epist. 4. p.

libid. (c) *Filiam suam Cleop.* Inde Appianus *Mithrid.* pag. 180. c.  
*Τοῦ Βάρης* (legendum *Τρυγάνης*) & *Ἀγρίνιου ἀπὸ τοῦ κληροῦ  
ἔσται*, Socrer vertit interpretes: cum hoc loco κληροῦ sit gener. De Ni-  
comede filio pulso, vide Strabonem lib. 12. B.

4. (d) *Aquilium & Manlium Maltinum* Legendum arbitror *Man-  
nium Aquilium & M. Artillium*. Vtr. quidam *Aquilium & M. Alpi-  
nium*. Appianus *Mithrid.* pag. 176. c. missos legatos ait, quorum prin-  
cipis erat *Mannus Aquilius*: quem superatum à Mithridate, docet  
Epitome Lulii 77. B.

6. (e) *Ad Cimbros* Freinshemius legendum putat *Commeris*, ex  
38. 7. 10. Nam quomodo huc Cimbri? licet ab illis ortum traxisse  
quidam fabulentur. Vide de situ harum regionum Amm. Marcel-  
linum lib. 22. cap. 11. & seqq.

8. (f) *Non magnis laboribus* Qua ratione Mithridates Aquilium  
& C. Cassium Romanos duces vicerit, lege Appianum *Mi-  
thrid.* pag. 181. & seqq. B.

9. (g) *Vacationem quinquennii* Ita Cappadocibus in formam provincie redactis à Romanis, quoadam ex regis tributis desinunt, que misis Romanum imperium spectaret. Tacit. annual. 2. 56. De Macedonibus similia Liutius 45. 18. Adde Sc. Anirac. 20. 7.

11. (b) *Quod contentio directas* De his qui prolixas nimis orationes historis inferunt, & ita Historiam Concionum velut appendix faciunt, vide initium libri 20. Diodori. B.

## CAP. IV.

**O**PTANDVM (a) sibi fuisse ait, vt de eo liceret  
 1 consulere, bellumne sit cum Romanis, an pax habenda: ¶ quin verò sit resistendum impugnantibus, nec  
 2 eos quidem dubitare, qui spe victoriæ careant. ¶ QVI P-  
 3 DE aduersus latronem, si nequeant pro salute, pro vltione  
 tamē sua, omnes ferrum stringere. ¶ Ceterum quia  
 4 non id agitur, sed etiam liceat quiescere, non tantum animo  
 hostiliter, sed etiam prælio congressus, consulendum, qua  
 5 ratione ac spe cepta bella sustineant. ¶ Esse autem sibi  
 6 victoria fiduciam, si sit illis animus: Romanosque vinci  
 posse, cognitum non sibi magis, quam ipsis militibus, qui  
 & in Bithynia Aquilium, & Maltinum in Cappadocia  
 7 fuderint. ¶ At si quem aliena magis exempla, quam sua  
 8 experimenta moueant, audire se, à Pyrrho rege Epiri,  
 non amplius quam quinque millibus Macedonum in-  
 structo, suos tribus præliis Romanos. ¶ Audire Anniba-  
 9 lem sexdecim annis Italia victorem immeritum: &  
 10 quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires  
 obtulisse, sed domestica emulatiois atque inuidiæ stu-  
 11 dium. ¶ Audire populos Transalpinæ Galliæ Italiam in-  
 12 gressos, maximis eam plurimisque urbibus possidere; &  
 13 latius aliquanto solum finium occupasse in Asia, qua dica-  
 14 tur in bellis, eosdem Gallios occupasse; ¶ nec victam so-  
 15 lum dici sibi Romam à Gallis, sed etiam captam, ita vt  
 16 vnus illis montis tantum cacumen relinqueretur; nec  
 bello

9 bello hostem, sed pretio remotum: ¶ Gallorum autem no-  
 men, quod semper Romanos terruit, in partem virtutum  
 suarum ipse numeret. Nam hos qui Asiam incolunt  
 Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant, sedibus tan-  
 tum distare: originem quidem ac virtutem, genusque  
 10 pugnae idem habere, ¶ tantoque his sagaciora esse quam  
 illis ingenia, quanto longiori ac difficiliori spatio, per  
 11 Illyricum Thraciamq; prodierint, pene operosius trans-  
 12 itu eorum sinibus, quam vbi confedere, possessus. ¶ Iam  
 ipsam Italiam audire se nunquam, vt Roma condita sit,  
 satis illi pacatam, sed assidue per omnes annos pro liber-  
 13 tate alios, quosdam etiam pro iure imperii bellis conti-  
 14 nis perseverasse; ¶ & à multis ciuitatibus Italiae dele-  
 15 tos Romanorum exercitus ferro, à quibusdam nouo con-  
 16 tumelia more (b) sub iugum missos. ¶ Ac no veteribus  
 immoremur exemplis, hoc ipso tempore vniuersam Ita-  
 17 liam (c) bello Marsico conjurrexisse, non iam liberta-  
 18 tem, sed consortium imperii, ciuitatinq; poscentem.  
 19 ¶ Nec grauius vicino Italia bello, quam domesticis prin-  
 20 cipum factionibus urbem premi, multoque periculosius  
 21 esse Italico ciuile bellum: ¶ simul & à Germania Cim-  
 22 bros, immensa millia ferorum atque immitium popu-  
 23 lorum, more procella, inundasse Italiam: ¶ quorum tamē  
 24 etsi singula bella sustinere Romani possent, vniuersis  
 tamen obruantur, vt ne vacaturus quidem bello suo  
 putet.

NUM. I. (a) *Optandum sibi* Similime Pericles apud Thucydi-  
 dem 2. 11. 7. *Qui a bitrium belli pacisque habent, de mentes fuerint, si  
 bellum malint. At quibus ea necessitas iniungitur, vt aut cedendo fini-  
 timorum ferre dominatum, aut pro victoria belli discrimen adire ce-  
 quantur; hic qui periculum se subducit, multo maiorem, quam qui casu  
 finiet, reprehensionem meretur.* Ita Sulpitius apud Liniu 31. 7. 2. &  
 rursus ipse Mithridates initio epistolæ ad Atfacem, ap. Sallust. hi-  
 stor. 4.

9. 10.] *Causæ lux potius quam vero seruit hoc loco Mithrida-  
 tes.*



tes. Verius de hisdem Florus 2, 11. *Geni Gallorum eorum, sicut ipsum nomen indicat, mixta, & A nitrata reliquia Gallorum, qui Brenno erant, &c. Itaque ut frugum semina mutata seorsum degenerant: sic illa gemina semina eorum, Asiatica a civitate mollita est. Adde Liviū 38, 17.*

12. (b) *Sub jugo missis* Scilicet à Samnitibus ad Caudinas furcas. Liv. 9, 6.

13. (c) *B. Ro. Marfica* Dicitur à Marfis belli auctoribus, Strab. lib. 5. Dicitur etiam Italicum & sociale. De eo lege Appianum, & Florum, alios: apud quos, & apud Plutarchum; vide historiam belli civilis Mariani & Cimblici, quorum mox meminit. Orolius 1, 19. eodem anno bellum civile commotum & Mithridaticum ceptum scribit. B.

## CAP. V.

**V**TENDVM (a) igitur occasione, & (b) rapienda incrementa virtutum, ne si illis occupatis quiescunt, mox adversus vacuos & quietos, maius negotium habeant. ¶ Non enim quæri, an capienda sint arma, sed virtutum sua potius occasione, an illorum. ¶ Nam bellum equidem iam tunc secum ab illis geri ceperunt, cum sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri suo premium dati adversus Aristonicum auxilium concesserant, gentem quam & proano suo Mithridati Seleucus Callinicus in dotem dedisset. ¶ Quid cum Paphlagonia se decedere iusserunt, non alterum illud genus belli fuisse? que non vi, non armis, sed adoptione testamenti, & regum domesticorum interitu, hereditaria patri suo obtinisset: ¶ cum inter hanc decretorum amaritudinem (c) PARENDO, non tamen eos mitigaret, quin acerbius se in dies gerant, non obtinuisse. ¶ Quod enim à se non præbitum illis obsequium? non Phrygiam, Paphlagoniamque dimissis? non Cappadocia filium editum, quam iure gentium victor occupaverat? ¶ Raptam tamen sibi esse victoriam eius ab illis, (d) quorum nihil est

8 est nisi bello quaesitum. ¶ Non regem Bithynia Christianum, in quem senatus arma decreverat, à se in gratiam illorum occisum? nempe nihilominus imputari sibi, si qua Gordius aut Tigranes faciat: ¶ libertatem etiam in contumeliam sui à senatu vitro delatam Cappadocia, quam reliquis gentibus abstulerunt: deinde populo Cappadociam, pro libertate oblata, Gordium regem orante, ideo tantum quoniam amicus suus esset, non obtinuisse. ¶ Nicomedem præcepto illorum bellum sibi intulisse: quia (e) ultimum erit se, ab ipsis ventum obtinuit in eo, & nunc eam secum bellandi illis causam fore, quod non impune se Nicomedi lacerandam, saltatricis filio, præberit.

Num. 1. (a) *Vendum igitur occasus* V. set in omnibus rebus humanis & post occasu, sed maxime in bellis. Polyb. 9, 14. & 10, 39.

Ibid. (b) *Rapida incrementa* Verbi emphasin exprimit illud Seneca Consol. ad Marcium c. 10. *Quisquis à fortis non datum est, tanquam exten pro abituum possideat ante in. Rapit ex liberis voluptatibus fruendus vos inuicem libertate dote, & sine dilatione omne genus haurite. nihil de hodierna se promittit, imo nihil de hac hora festinandum est: inquit à tergo moris, &c.* Et alibi: in re subita, rapienda, non capienda consistit. Ennius apud Cicero nem de Oratore 3, 40.

— *Vine Ulysses, dum licet*  
Oculis postremum lumen radantum rapit.

3. (c) *Parendo, non tamen eos mit.* Idem questus de Romanis Britannis, Nihil, inquit, presci patientia, nisi ut graviter iam quare ex facili solent animum impetant. Pub. Syru.

*Patendo multa veniunt, qua nequeas pati.*

Adde Thucydidem 1, 24. 13. Liviū 35, 17, 6. & 42, 18.

7. (d) *Quorum nihil, &c.* Similia Minio legatis Romanis obicit apud Liviū 35, 16.

10. (e) *Ultimum erit* Ita ex vet. emendavi: quomodo & apud Tacitum legendum, docuit me P. Pithæus, Anna. 6, 36, 1. *Mox Artabanus tota mole regni victricem id peritiam lacram.* Lege. v. tum 11, vt doctissimus & diligentissimus Lipsius annotavit. P. Amat ita loquitur Tacitus: vt Anna. 13, 44, 7. *Insuper ultimum esse.* Forsan imitatio Sallustii, Jugurth. 68. *Ultimum restans, ut festinat.* Ita Curtius 10, 8. *temeris: semper a metu ultimum tuit.*

## CAP. VI.

Quippe (a) non delicta regum illos, sed vires ac i  
maiestatem insequi: neque in se vno, sed in aliis  
quoque omnibus hac semper arte grassatos. || Sic & 2  
auum suum Pharnacem, per cognationum arbitria,  
succedaneum regi Pergameno Eumeni datum: || sic rur- 3  
sus Eumenem, cuius clasibus primam in Asiam suere  
transuecti; cuius exercitu magis quam suo, & Magnum  
Antiochum, & Gallos in Asia; & mox in Macedonia re-  
gem Persen domuerant; || & ipsum pro hoste habitum, 4  
eique interdictum Italia: & quod cum ipso deforme sibi  
putauerant, cum filio eius Aristonem bellum gessisse.  
|| Nullius apud eos maiora, quam Masinisse regis Nu- 5  
midarum haberi merita. Huic imputari victum Anni-  
balem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem dele-  
tam: hunc inter duos illos Africanos tertium seruato-  
rem urbis reserui: || tamen cum huius nepote bellum 6  
(b) modo in Africa gestum adeo inexpiabile, vt ne vi-  
ctum quidem memoria patris donarent, quin carcerem  
ac triumphi spectaculum experiretur. || Hanc illos re- 7  
gibus omnibus legem odiorum dixisse, scilicet quia ipsi  
(c) tales reges habuerint, quorum etiam nominibus  
erubescant, aut pastores Aboriginum, aut aruspices Sa-  
binorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos vernas-  
que Thuscorum, aut, quod honoratissimum nomen fuit  
inter hec, Superbos. || atque vt ipsi serunt, conditores 8  
suos lupa vberibus alios: sic omnem illum populum  
(d) luporum animos, (e) inexplebiles sanguinis at-  
que imperii, diuinitarumque auidos ac ieiunos habere.

Num. 1. (a) Non delicta regum || Sallustius in epistola Mithri-  
datid ad Arfacem: Namque Romanis in nationibus, populis, rebus  
cunctis,

enclisis, vna & ea verus causa bellandi est, cupido profunda imperii &  
diuinitarum & c. Idem & Iugurtha apud eundem Sallustium 81, 2. B.  
Idem Britanni apud Tacit. in Agric. c. 30. Nec diuersus abit Appia-  
nus in sine lib. de bellis Mithrid.

6. (f) Mado || Id est, ante annos XVI. Nam *ἐπὶ πλάτει*, seu  
*πλάτειος* hoc accipiendum est. Ita Cicero in Bruto de annis  
XXX dixit *super*: & Val. Max. 1, 13, agens de supplicio Tullii Duu-  
niri, quem Tarquinius rex culleo insutus in mare abici iussit: *Id-  
que*, inquit, *supplicii genus non multo post participati lege inrogatum*:  
*id est*, annis a regifugio circiter LX. vbi nonnullos, contra mem-  
branarum fidem; carita negandi particula vitiose legere *multo*  
post, offendit Theod. Marcilius interpretam. legis XII. tabularum,  
pag. 235.

7. (c) *Tales reges* || Regii nominis odium quantum Romæ fue-  
rit, aliquot Liui locis perspicitur: vt 2, 130. 3, 38, 2. 27, 21, 4. &c.  
Adde Latini Pacii panegy. Theodos. c. 20.

8. (d) *Luporum animos* || Hinc *lupi* conuictio dicta ab hostibus  
Romani: vt a Volscis & quisque dicitur ab Liuium 3, 66, 5. à  
Teseio Samnitium duce apud Velleium 2, 27, 3.

Ibid. (e) *Inexplebiles* || Romani raptores Orbis, quos non Orientis  
non Occidens seruaerit, & c. inquit Britannicus ille Galgacus in Ta-  
cit. Agric. c. 30.

## CAP. VII.

1 **S**e autem, seu nobilitate illis comparatur, clariorem  
illa colluue conuenarum esse, qui paternos (a) maio-  
res suos à Cyro Darioque conditoribus Persici regni, ma-  
ternos à Magno Alexandro, ac (b) Nicatore Seleuco,  
conditoribus imperii Macedonici, referat: seu populus  
illorum conferatur suo, earum se gentium esse, que non  
modo Romano imperio sint pares, sed Macedonico quo-  
2 que obstiterint. || Nullam subeclaram sibi gentium ex-  
pertam peregrina imperia: nullis ynquam nisi domesti-  
cis regibus paruiss: Cappadociam velint, an Paphlago-  
niam recensere; rursus Pontum an Bithyniam; itemque  
Armeniam maiorem minoremque: quarum gentium  
nullam neque Alexander ille, qui totam pacauit Asiam,

nec quisquam successorum eius, aut posterorum attingisset.

¶ Scythiam duos unquam ante se reges, non pacare, sed 3  
tantum intrare ausos, Darium & Philippum; egre inde  
fugam sibi expeditisse, unde ipse magnam partem aduer-  
sus Romanos virium haberet. ¶ Multoque se timidus ac 4  
dissidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis ac  
tyro esset: Scythia præter arma, virtutemque animi, lo-  
corum quoque (c) solitudinibus, vel frigoris instru-  
ctæ, per quæ denuntiaretur ingens militiæ labor ac peri-  
culum. ¶ Inter quas difficultates ne spes quidem præmii 5  
foret, ex hoste vago; nec tantum pecunie, sed etiam sedis  
inope. ¶ Nunc se diuersam belli conditionem ingredi. 6

Nam neque celo Asia esse temperatius aliud, nec solo fer-  
tilius, nec vrbium multitudine ameniùs; magnamque  
temporis partem, non vt militiam, sed vt festum diem  
acturos, bello dubium facili magis an vberi: ¶ si modo 7  
aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiæ Ioni-  
æque audierint, quas non expugnatum eant, sed pos-  
sessum: ¶ tantumque se auida expectat Asia, ¶ vt etiam 8  
vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incusit ra-  
paciitas Proconsulum, sectio publicanorum, & alumnus Ili-  
um. ¶ Sequantur se modo fortiter; & colligant, quid 9  
se duce possit efficere tantus exercitus, quem sine cuius-  
quam militum auxilio, suauiter vnus opera, viderint  
Cappadociam caeso rege cepisse; qui solus mortalium  
Pontum omnem Scythiamque pacauerit, quam nemo  
ante transire euro atque adire potuerit. ¶ Nam iustitiæ 10  
atque liberalitatis suæ, ne ipsos milites, qui experian-  
tur, testes refugere: & illa indicia habere, quod solus re-  
gum omnium non paterna solum, verum etiam externa  
regna, hereditatibus propter munificentiam acquisita  
possideat, (d) Colchos, Paphlagoniam, (e) Bosphorum.

NUM. I. (a) Maiorei suoi à Cyro] Appianus de Mithridate origi-  
nis huius auctore: vir regni Persici generus. Florus lib. 3. B.

Ibid.

Ibid. (b) Nicatore Seleucus] Appianus Syriac. pag. 124. c. Seleu-  
cum à victoriis potius quam ab occiso Nicatore cognomen tum  
hoc traxisse scribit. Lilius 42, 19, 9. Cohortis regis meminit, quos  
Nicator appellabant.

4 (c) Solitudinibus] Plinius pægegr. c. 14. Germaniam vete-  
rem præpe infinita vastitate interiacentis soli muniri dirimique dicit.  
Herodianus lib. 2. scribit, Imp. Augustum munivisse imperium,  
cum aliis rationibus, tum regum ἡ ἰσθμὸς ὄρεσ βαρβαρῶν, terra deserta, &  
ægre peruisa.

20. (d) Colchos] Strabo lib. 12. B.

Ibid. (e) Bosphorum] Nempe Cimmerium.

## CAP. VIII.

1 Sic excitatis militibus, post annos tres & vigin-  
ti sumpti regi, in Romana bella descendit.  
2 ¶ At in Ægypto (a) mortuo rege Ptolemæo, ei qui  
Cyrenis regnabat Ptolemæo, per legatos regnum  
& vxor Cleopatra regina, soror ipsius defertur.  
3 ¶ Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quod sine  
certamine fratrum regnum recepisset, in quod  
subornari & à matre Cleopatra, & fauore prin-  
cipum, fratris filium cognouerat: ceterum infe-  
ltus omnibus, statim vbi Alexandriam ingressus  
4 est, fautores pueri trucidari iussit. ¶ Ipsum quo-  
que die nuptiarum, quibus matrem eius in ma-  
trimonium recipiebat, inter apparatus epularum,  
& sollempnia religionum, in complexu matris in-  
terficis: atque ita thorum fororis, cæde filii eius  
5 cruentus, ascendit. ¶ Post quod non mitior in po-  
pulares, qui eum in regnum vocauerant, fuit. Si-  
quidem peregrinis militibus licentiæ cædis data,  
omnia sanguine quotidie manabant: ipsam quo-  
que sororem, filia eius virgine per vim stuprata, &  
6 in matrimonium adscita, repudiat. ¶ Quibus re-  
bus

bus territus populus, in diuersa labitur, patriamque metu mortis, exul relinquit. || Solus igitur 7 in tanta vrbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hominum, sed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos sollicitat || Quibus con- 8 fluentibus, obuius (b) legatis Romanorum, Scipioni Africano, & Spurio Mummio, & L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. || Sed quàm cruentus ciuibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & vultu deformis, & statura breuis, & (c) sagina ventris non homini, sed belluæ similis. || Quam fœditatem nimia 10 (d) subtilitas perlucidæ vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. || Post 11 discessum deinde legatorum (quorum Africanus, dum inspiciat urbem, spectaculo Alexandrinis filio,) iam etiam populo peregrino inuisus, cum filio, quem ex sorore susceperat, & cum vxore matris pellice, metu insidiarum, tacitus in exilium proficiscitur; contractoque mercenario exercitu bellum forori pariter ac patriæ infert. || Arcessi. 12 tum maximum deinde à Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas & imagines eius (e) detrahit. || Quod factum studio sororis existimans, (f) filium 13 quem ex ea susceperat, interficit, corpusque in membra diuisum, & in cista compositum, matridie natalis eius, inter epulas offerri carat. || Quæ 14 res non reginæ tantum, verum etiam vniuersæ ciuitati, acerba & lætuosa fuit; tantumque mærorem festinissimo conuiuio intulit, vt regia omnis repentino luctu incenderetur. || Verso igitur stu- 15

dio

dio principum ab epulis in exsequias, membra lacera populo ostendunt; & quid sperare de rege suo debeant, filii cæde demonstrant.

Num. 2. (a) *Mortuo rege Ptolemæo* ] Post Ptolemæum Philometorem ordo succellionis regum Ægypti mutatus est. hucusque enim patri filius successerat. At Philometori frater successit, Euergetes 2. dictus, & Physicon. Strabo lib. 17. Vide Epitomam Liuianæ 59. & Orosum 5, 10. B.

4. 7. ] Tertullianus Apolog. c. 37. *Sit tanta vis hominum in aliquo orbis romani finem abruptissimus a vobis, suffudisset. v. ique dominationem vestram tot qualiumcumque amissio citium: imo etiam & ipsa desinitio epauisset; procul ubi expulsi ad solitudinem verberam, ad silentium rerum & susporem quandam quasi mortua vrbis. quæ fisseti quibus in ea imperasseti.*

8. (b) *Legati Romanorum* ] Meminit huius legationis Strabo lib. 14. b. Val. Max. 4. 3. 13. Scipionis continentiam laudat, quod hanc legationem, septem tantum seruis comitatus obierit.

9. (c) *Sagina ventris* ] A qua Ptolemæus hic, *Physicon* est appellatus, h. e. ventriosus, obliuis.

10. (d) *Subtilitas perlucidæ vestis* ] De his vestibus Ceis sive Cois Plinius lib. 11. cap. 22. *In Cæsusulter Pamphiliæ excogitauerat: onem, ut denuat feminæ vestis.* Et cap. seq. *Neq. puduit his vestes vsurpare etiam viros; leuitatem propter altitatem. In tantum a loricæ gerenda distulisse mores, vt oneri sint etiam vestes.* In eas grauitur inuehitur Seneca de Benef. 7. 9. & epist. 90. & consol. Heluicæ c. 16.

12. (e) *Detrahit* ] Detrahere est de loco superiore deicere aut amouere. Imagines autem sublimes dedicari solitas, est notum. Aptum ergo verbum; quo in re simili vult Suetonius Domitian. 13. 4. Et inter senatus acclamationes, extinguit Commodus, fuit hæc: *gladiatoriis statua detrahantur.* Lamprid. c. 19.

13. (f) *Filius* ] Nominè Menephitem, referente Val. Max. 9. 2. ext. 6. Truculentum hoc facinus memoratur etiam in epitome Liuiana 59.

## CAP. IX.

1 Finito luctu orbitatis, Cleopatra cum vrgueri se fraterno bello videret, auxilium à Demetrio rege Syriæ, per legatos petit: cuius ipsius varii & 2 memorabiles casus fuere. || Namque Demetrius,

Gg 3 (d) vt



(a) vt supradictum est, cum bellū Parthis intulisset, & multis congressionibus victor fuisset, repente infidiis circumuentus, amisso exercitu capitur. || Cui Arsacides [Parthorum rex, magno & regio animo (b) misso] in Hyrcaniam, non eultum tantum regium præstitit: sed & filiam in matrimonium dedit, regnumque Syria, quod per absentiam eius Trypho occupauerat, restitutum promittit. || Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam etsi opulentiam viti peractas, tacitus in regnum fugam meditatur. || Hortator illi & comes Gallimander amicus erat: qui post captiuitatem eius à Syria per Arabiae deserta, (c) ducibus pecunia comparatis, Parthico habitu Babylonem peruenerat. || Sed fugientem Phrahates, qui Arsacidae successerat, equitum celeritate, per compendiosos tramites occupatum retrahit. || Vt est deductus ad regem, Gallimandro quidem non tantum venia, verumetiam (d) præmium fidei datum; Demetrium autem & grauitur castigatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit, artioribusque custodiis obseruari iubet. || Interiecto deinde tempore, cum fidem illi etiam suscepti liberi faceret, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui (e) deprehenditur; ac denuo perductus ad regem, vt inuis à conspectu summouetur. || Tunc quoque vxori & libetis donatus, in Hyrcaniam, penalem sibi ciuitatem, remittitur, (f) talisque aureis ad exprobrationem puerilis leuitatis donatur. || Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam (g) NON misericordia gentis facie-

faciebat, nec respectus cognationis: sed quod Syriae regnum affectabant, vluri Demetrio (h) aduersus Antiochum fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset.

Num. 2. (a) *Vt supradictum est*] Scilicet 36, 1.

3. (b) *Misso in Hyrcaniam*] Supr. 36, 1, 6. Similis magnanimitas Alexandri 11, 9, 15.

5. (c) *Ducibus*] Scil. via seu itineris. ἰδηγός, Ea voce simpliciter vitur quoque Linius 22, 13, 6. & Suetonius Cæs. 31, 3. Recentiores Græci pro ἰδηγός dixerunt ἄγοράς, & duces via vocauerunt ἄγοράς, item ἀγοράς. Vtuntur & in Latinum corrupta voce ἀγοράς, Meursi, Glossar. Græcobarb.

7. (d) *Premium fidei*] Simile exemplum de Mithridate & Attili libetis, habet Appianus Mithrid. 233, pr. & plura in hanc rem Gruterus dissertatione 43, ad Tacitum.

8. (e) *Deprehensus*] Acidalius ad Vell. 2, 130, 8. monet hic legendum, *reprehensus*, quod proprium de fugiente verbum. Ita Curtius 4, 14, 3. *reprehensus fuga Persæ*, hoc est, terracti. Linius aliquoties: vt 2, 10, 3; 3, 1, 14, 6. &c. Sueton. Calig. 45, 4.

9. (f) *Talis aureis*, ad expr. *puerili seu. d.*] Puerilis enim talorum ludus est. Bincillad Lylandri apud Plutarch. Apophtheg. Lacon. c. 94. *Pueri talis, viros inuerrando decepti debere*. De talorum tesseraumque iactu plura collegit Hadr. Junius Animaduert. 2, 4.

10. (g) *Non misericordia gentis Rom.*] Eodem respectu, *Armenis conia & filius non hostis* habet à Romanis. Tacitus 1, 10. Sic *Martobodum Rauenna* habitus, si quando in alefcerent Suenis, quasi relictus in regnum obstitabat. Idem 1, 63.

Ibid. (h) *Aduersus Antiochum frat.*] Qui sedes dicitur est. Eius in Parthos expeditionis meminit Linius epitoma 59. & Orosius 5, 10. & Appianus Syriaca, qui Antiochum victum. libi ipsi nianus attulisse refert. B.

## CAP. X.

- 1 **H**is auditis, Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum  
2 bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. || Sed luxurie non minor apparatus, quam militiae fuit;

quippe (a) LXXX millia armatorum, sequuta sunt  
 CCC millia lixarum; ex quibus coquorum, pisto-  
 rum, sceniorumque, maior numerus fuit. ¶ Ar- 3  
 genti certe aurique tantum, vt etiam gregarii mi-  
 lites (b) caligas auro figerent, procularentque  
 materiam, cuius amore populi ferro dimicant.  
 ¶ Culinarum quoque argentea instrumenta fue- 4  
 re, prorsus quasi ad epulas, non ad bella perge-  
 rent. ¶ Aduenienti Antiocho multi Orientales 5  
 reges occurrere, tradentes se, regnaque sua, cum  
 execratione superbi; Parthica. ¶ Nec mora con- 6  
 gressioni fuit. Antiochus tribus præliis victor,  
 cum Babyloniam occupasset, magnus haberi cepit.  
 Itaque omnibus ad eum populis deficientibus,  
 nihil Parthis reliqui præter patrios fines fuit.  
 ¶ Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad oc- 7  
 cupandum regnum cum Parthico præsidio mit-  
 tit, vt eo pacto Antiochus ad suatuenta à Parthia  
 reuocaretur. Interim quoniam viribus non po-  
 terat, insidiis Antiochum vbique tentabat. ¶ Pro- 8  
 pter multitudinem hominum, exercitum suum  
 Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat:  
 quæ res exitii causa fuit. Nam cum grauari se  
 copiarum præbitione, & iniuriis militum, ciuita-  
 tes viderent, ad Parthos deficiunt; & (c) die statuta  
 omnes apud se (d) diuisum exercitum per insidias,  
 ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur.  
 ¶ Quæ cum nuntiata Antiocho essent, auxilium 9  
 proximis laturus, cum ea manu, quæ secum hie-  
 mabat, progreditur. In itinere obuium regem  
 Parthorum habuit, aduersus quem fortius, quam  
 exercitus eius dimicauit. ¶ Ad postremum tamen 10  
 cum virtute hostes (e) vincerent, metu suorum de-  
 fertus,

sertus, (f) occiditur: cui Phrahates exsequias regio  
 more fecit, filiamque Demetrii, quam secum An-  
 tiochus adduxerat, captus amore virginis, vxor-  
 1 rem duxit. ¶ Pœnitere deinde dimissi Demetrii  
 cepit: ad quem retrahendum cum turmas equi-  
 tum festinatò misisset, Demetrium hoc ipsum  
 metuentem, iam in regno missi inuenerunt: fru-  
 straque omnia conati, ad regem suum reuersi  
 sunt.

Num. 2. (a) LXXX millia armatorum ] Quosius 5, 10, centum  
 millia armatorum, ducenta millia atropis calorum atque lixorum,  
 vniuersa fortis & histrionibus. B. Tacitus Histor. 3, 33, 1. Quadra-  
 ginta armatorum millia intrupere: calorum lixarumque amplior nu-  
 merus.

3. (b) Caligas auro figerent ] Caligas inter calceamenta fuisse,  
 vel ex hoc loco manifestum est: & imperite, bracas sic appellari  
 vulgo censemus, quarum tamen vsum veteres Romanos, Græcos.  
 Hebræos penitus ignorasse, Cataubonus demonstrat ad Sueton.  
 Aug. c. 82. Ceterum de hoc calceamentorum luxu multa collegit  
 ex antiquitate Phil. Rubenius in Electis 2, 14.

8. (c) Die statuta ] De vesperis Siculis, & eiusmodi Ianenia  
 Impronius, vide collectanea Cæmazar. hor. sub. c. 1, 83.

Ibid. (d) Diuisum exercitum ] Frontinus stratagem. 1, 8, 11.

10. (e) Vincerent ] Forte vinceret. Fr.

Ibid. (f) Occiditur ] Appianus Syr. pag. 132. b. ipsum sibi manus  
 intrulisse scribit.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

R I A R V M.

LIBER XXXIX.

C A P. I.

1 Antiocho in Parthia cum exercitu delecto,  
 frater eius Demetrius, obfisione Parthorum  
 G g s libe-



*pu amplius: nomen remittere. Nec aliter idem autor Annal. 2, 37, 1. & 3, 50, 1. & 15, 14, 4. & 15, 69, 1. & Hist. 2, 39, 1. Poffis tamen & vulgatum indidem truci, vt 15, 31, 2. apud Romanos ius imperii valetina- nja transmittuntur. Nifi forfan hic quoque vis legere præstat.*

## CAP. II.

Sed Alexander, occupato Syria regno, TUMENS 1  
 successu rerum, spernere iam etiam ipsum  
 Ptolemæum, à quo fuerat subornatus in regnum,  
 superba insolentia cæpit. Itaque Ptolemæus, re- 2  
 conciliata fororis gratia, destruere Alexandri re-  
 gnum, quod odio Demetrii, viribus suis acquisse- 3  
 rat, summis opibus instituit. Mitit igitur in-  
 gentia Grypo auxilia, & filiam Tryphenam Gry-  
 po nupturam, vt populos in auxilium nepotis,  
 non societate tantum belli, verum & affinitate  
 sua sollicitaret. Nec res frustra fuit: nam cum 4  
 omnes Grypum instructum Ægypti viribus viderent,  
 paulatim ab Alexandro deficere cæpere.  
 Fit deinde inter reges prælium, quo victus Ale- 5  
 xander, Antiochiam profugit: ibi inops pecunia,  
 cum stipendia militibus deessent, templo Iouis soli-  
 lidum ex auro victoria signum tolli iubet, (a) fac-  
 cetis iocis sacrilegium circumscribens: nam Victo- 6  
 riam commodatam sibi ab Ioue esse dicebat. Inter  
 iedais deinde diebus, cum ipsius (b) Iouis aureum  
 simulacrum infiniti ponderis tacite euelli iussisset,  
 deprehensusque in sacrilegio, concursu multi-  
 tudinis esset in fugam versus; magna vi tempe-  
 statis oppressus, ac desertus à suis, à latronibus capi-  
 titur; perductusque ad Grypum, interficitur.  
 Grypus porro, recuperato patrio regno, externis 7  
 que periculis liberatus, insidiis matris appetitur.

Quæ

Quæ cum (c) cupiditate dominationis, prodito  
 marito Demetrio, & altero filio interfecto, huius  
 quoque victoria inferiorum dignitatem suam fa-  
 ctam doleret, venientiam ab exercitatione poculum  
 8 veneni obtulit. Sed Grypus, prædictis iam ante  
 insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere  
 ipsam iubet; abnuenti instat. Postremum prolato  
 indice eam arguit, *solum defensionem sceleris superref-*  
*se affirmans, si bibat, quod filio obrulit.* Si c victa regi-  
 9 na scelere in se verso, veneno, quod alii paraue-  
 rat, extinguitur. Parta igitur regni securitate,  
 Grypus octo annis quietem & ipse habuit, & re-  
 10 gno præstitit. Natius deinde illi est æmulus re-  
 gni, frater ipsius Cyzicenus, eadem matre genitus,  
 sed ex Antiocho patruo susceptus: quem cum  
 veneno tollere voluisset, vt maturius armis cum  
 eo de regno contenderet, excitauit.

Num. 5. (a) *Facetis iocis sacrilegium circumscr.* Exempla talia vide sup. 2, 4, 6, 4. 2. Ceterum an & quatenus templorum opes in bellicas necessitates conferre liceat, docent beneficulus dicta & facta apud Thucydidem 2, 4, 7. cum seqq. & 4, 20, 9. Liuium 5, 50, 7. & 22, 37, 10. Tacitum 13, 45, 2. Val. Max. 7, 6, 4. &c.

6. (b) *Iouis auri simulacrum* ] Arnobius lib. 6. aduersus gentes pag. 257. hoc sacrilegium tribuit Antiocho Cyziceno, quem ferunt de- cem cubitorum Iouem ex delubro aureum sustulisse, & ex ara bracteis substatuisse fucantam.

7. 2. ] Similimum exemplum est apud Liuium 8, 13. cuius accinit quoque Val. Max. 2, 5, 3. & Orolius 3, 10. Plura collegit Ph. Camerarius centur. 1, 9. quibus adde Paul. Diac. 2, 15.

7. (c) *Cupiditate dominat.* Ita supra 37, 1, 4.

## CAP. III.

1 Inter has regni Syriæ particidiales discordias,  
 moritur rex Ægypti Ptolemæus, regno Ægypti  
 vxori & alteri ex huius, quem illa legitisset, relicto,  
 vide



videlicet quasi quietior Ægypti status, quam Syria regnum esset, quum mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. || Igitur cum prior in minore filium esset, à populo compellitur maiorem eligere: cui prius quam regnum daret, uxorem ademit; compulsusque repudiare charissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Selehen ducere iubet, non materno inter filias iudicio, cum alteri maritum eriperet, alteri daret. || Sed Cleopatra non tam à viro repudiata, quam à matre diuortio viri dimissa, Cyziceno in Syria nubit: eique ne nudum vxoris nomen afferret, exercitum Cypri sollicitatum, velut dotalem, ad maritum deducit. || Par igitur viribus fractis Cyzicenus, praelium committit, ac victus in fugam vertitur, Antiochiamque venit. || Tunc Antiochiam Grypus, in qua erat Cyziceni vxor Cleopatra, obsidere cœpit: qua capta, Tryphenâ vxor Grypi nihil antiquius quam sororem Cleopatram requiri iussit: non vt captiuâ opem ferret, sed ne effugere captiuitatis mala posset; quæ sui æmulatione in hoc potissimum regnum inuasit, hostique fororis nubendo hostem se eius effecerit. || Tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam à fratre, contra matris voluntatem, extra Ægyptum nuptam accusat. || Contra Grypus orare, ne tam sedum facinus facere cogatur: à nullo vniquam maiorum suorum inter tot domestica, tot externa bella, post victoriam in feminas senitum, quæ a s sexus ipse & periculum bellorum, & senitiâ victorum eximat: || in hac vero, præter commune bellantium fas, accedere necessitudinem sanguinis: quippe ipsius quæ tam cruento seniat, (a) sor-

rem equidem germanam esse, suam vero consobrinam: liberorum deinde communium matereram. || His tot necessitudinibus sanguinis, adiicit superstitionem templi, quo abdita profugerit, tantoque religiosius colendos sibi deos, quo magis his propitiis ac fauentibus vicisset: tum neque occisa illa, se virium quicquam Cyziceno dempturum, nec seruatutum reddita. 10 || Sed QUANTO Grypus abnuitt, tanto soror (b) muliebri pertinacia accenditur, rata non misericordiae hæc verba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit qui sororem confoderent. 11 || Qui vt in templum intrauerunt, cum euellere eam non possent, manus amplexantis deæ simulacrum præciderunt. Tunc Cleopatra execratione particidarum, mandata violatis numinibus vitione sui, decedit. || Nec multo post repetita prælii congressione, victor Cyzicenus vxorem Grypi Tryphenam, quæ paulo ante sororem interfecerat, capit; eiusque supplicio vxoris manibus parentauit.

Num. 8. (a) Sororem equidem germanam esse: Malim ego interpungere, & scribere, sororem, & quidem germ. esse: quomodo exit oratio non paulo vehementior. Neque enim soror vicina tantum, aut eodem patre sed matre diuersa erat edita: sed vtroque parente eodem nata. Dicitur enim à germine germana. Festus: Germen est quod ex arborum furculis nascitur. vn. e & germani, quasi eandem stirpem geniti. Modius.

10. (b) Muliebri pertinacia: Autor supr. 24, 4, 13. Peminarum centumaces anxi. Elliptice dictum quanto, pro quanto magis.

## CAP. IV.

1. A t in Ægypto Cleopatra c v m grauaretur socio regni, filio Ptolemæo, populum in eum incitat; abductaque ei Selene vxore, eo indignius, quod

quod ex Selene iam duos filios habebat, exulare cogit, (a) arcessito minore filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto: || nec filium regno 2 expulisse contenta, bello Cypri exulantem persecuitur. Vnde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod viuum eum è manibus dimisisset: quamquam Ptolemæus VERECUNDIA materni belli, non viribus minor ab insula recessisset. || Igitur 3 Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, PERICULOSO regno securam acutam vitam anteponens. || Cleopatra vero timens, ne maior filius Ptolemæus ab Cyziceno ad recipendam Ægyptum auxilii iuaretur, ingentia Grypo auxilia, & Selenen uxorem nupturam hosti prioris mariti, mittit; || Alexandrum, 4 que filium per legatos in regnum reuocat: cui cum occultis insidiis exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fato, sed patricidio dedit: || digna profus hac 6 mortis infamia, quæ etiam matrem thoro expulit; & duas filias viduas altero fratrum matrimonio, fecit; & filio alteri in exilium acto bellum intulit, alteri erepto regno exitium per insidias machinata est.

Num. 1. (a) *Arcessito minore filio Alexi* ] Contra jus gentium, & nominatim Ægyptiorum. Nam etiam apud hos viguisse jus primogenituræ, nec à Ptolemæis introductum, sed ab ultima Pharaonum memoria obseruatum fuisse, patet ex his quæ leguntur Exodi 115. *Occidam omne primogenitum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, usque, &c.*

## CAP. V.

Sed nec Alexandro cædes tam nefanda inulta fuit Nam ubi primum compertum est, scelere filii

fili matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur, reuocatoque Ptolemæo regnum reditur: qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec à fratre armis repetere, quod prior possidisset. || Dum hæc aguntur, (a) frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, herede populo Romano 3 instituto, decedit. || IAM enim fortuna Romana porrigere se ad Orientalia regna, non contenta Italiae terminis, cæperat. Itaque & ea pars Lybiæ (b) prouincia facta est: postea (c) Creta, Ciliciaq; piratico bello perdomitæ, in formam prouinciæ 4 rediguntur. || Quo facto, & Syriæ, & Ægypti regna, Romana vicinitate artata, quæ incrementa de finitimis bellis querere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem mutuam 5 conuerterunt: || ADEO, vt alliduis præliis consumpti, in contemptum finitimorum venerint, prædæque Arabum genti, imbelli antea, fuerint. 6 || Quorum rex Erotinus, fiducia septingentorum filiorum, quos ex pellicibus suscepit, diuisis exercitibus, nunc Ægyptum, nunc Syriam infestabat: magnumque nomen Arabum, viribus finitimorum ex sanguibus, fecerat.

Num. 2. (a) *Frater eius ex pellice* ] Ptolemæus Apio dictus, populum Rom. testamento heredem reliquit, Eusebius in Chroni. cis. B. Item Appianus in fine Mithrid.

3. (b) *Prouincia facta* ] Atqui eius regni ciuitates liberas esse senatus voluit, Luiana epitoma lib. 70. contra auctorem nostrum. B. Goniurus de antiquo iure prouinciar. 1, 16. contradiotionem hanc ita conciliat: Cyrenas, liberos à Senatu relictos: post à tyrannicis oppressos esse: atque inde populum Rom. Cyrenicæ in prouinciam redigendæ occasionem arripuisse.

Ibid. (c) *Creta Ciliciaque* ] Bellum piraticum & maritimum, à P. Seruilio, qui expugnato Ithaco arce Ciliciæ, Ithacæ cognomen reportauit, ceptum, Pompeius consecit, miræ felicitate & celeritate,

tate, intra XL diem nimirum, aut ut alii intra XLIX. Vide Plutarchum, Appianum, Cicero-  
nem pro lege Manilia. Cretam Q. Cræ-  
lius Metellus debellavit, qui inde *Creticus*. Florus 3, 7. B.

# POMPEII TROGI

## EPITOMA HISTO-

RIARVM.

LIBER XL.

CAP. I.

**M**VTVIS fratrum odiis, & mox filiiis (a) inimici-  
tis parentum succedentibus, cum inexpi-  
bili bello, & reges, & regnum Syriæ consumptum  
esset, ad externa populis auxilia concurrat, pere-  
grinosque sibi reges circumspicere cœpit. Ita  
que cum pars Mithridatem Ponticum, pars Pro-  
lemæum ab Ægypto arcessendum censeret: oc-  
curreretque quod Mithridates implicitus bello  
Romano esset, Ptolemæus quoque semper hostis  
fuisset Syriæ; || omnes (b) in Tigranem regem;  
Armenia confensere, instructum præter dome-  
sticas vires, & Parthica societate, & Mithridatis  
affinitate. || Igitur accitus in regnum Syriæ, per  
XVIII annos tranquillissimo regno potitus est:  
neque bello alium læsere, neque læsissus in-  
ferre alii bellum necesse habuit.

### NOTÆ AD LIBRVM XL.

Num. r. (a) *Inimicit. parent. succed.*] Mote prætorum Germa-  
norum, apud quos suscipere tam inimicitiam seu patris seu propinquæ,  
quàm amicitiæ necesse est. Tacitus Germ. c. 21. Quomodo Cato ma-  
ior, quam in adulescentem, qui defuncti patris inimicum inuo-  
luerat in famia, in foro post iudicium ambulante incidisset,  
dextera data dixit: ite parentibus esse parentandum: non agni, non  
bedis, sed inimicorum lacrimis dominationibusque. Plutarch in Catone  
mac.

ms. c. 28. Seneca tamen de ira 2, 34. pronunciat *nisi iniquus, quàm  
aliquem heredem paterni adsi fieri.*

3. (b) *In Tigranem*] Tigranes Syria ultra Euphratē & Cili-  
cia positus, rex regum dictus est, Appianus Syriac. pag. 118. Strabo  
in fine libri II. lib. à Lucullo superato, Antiochus. *Evrionis*, hoc  
est, *Pisum* dictus, Cyziceni filius, *Syru* non inuiti imperavit. Duxerat  
is patris uxorem Selenem, quam deinde Tigranes interfecit. Stra-  
bo lib. 16. B.

### CAP. II.

**S**ed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræ  
motu vastata est, quo centum septuaginta mil-  
lia hominum, & multæ vrbes perierunt. Quod  
prodigium mutationem rerum portendere ar-  
2 Ipices responderit. || Igitur Tigranē à Lucullo vi-  
cto, rex Syriæ Antiochus, Cyziceni filius, ab eo-  
3 dem Lucullo appellatur. || Sed quod Lucullus  
dederat, postea (a) ademit Pompeius: qui po-  
scenti regnum respondit, *ne volenti quidem Syriam,  
necdum recusanti, daturum se regem, qui XVI annos,  
quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Cilicis late-  
rit: victo autem eodem Tigranē à Romanis, (b) alieni  
4 operis præmia postuler.* || Igitur ut habenti regnum non  
ademerit, ita quo cesserit Tigrani non daturum, quod  
rueri nesciat: *ne rursus Syriam Iudeorum & Arabum  
5 latrocinis infestam reddat.* || Atque ita Syriam in  
provincia formam redigit: PAVLATIMQVE  
Oriens Romanorum, discordia consanguineo-  
rum regit, factus est.

Num. 2. (a) *Ademit Pompeius*] Quia videlicet iniquum es-  
set, postquam veteres reges semel Tigranis armis pulsi fuere Sy-  
ria, nunc eam Seleucidis victis cedere potius quàm Romanis vi-  
ctoribus. Appianus Syr. pag. 119. b. De Luculli autem & Pompeii  
rebus in Syria contra Mithridatem & Tigranem geitis, lege præ-  
ter Appianum, Plutarchum in vtriusque vita, & Dionem. B.

Ibid. (b) *Alieni operis præmia*] Fabius apud Livium 10, 24, 8.

quam arborum conservasti, sub ea legere alios fructuum, indignum esse dixit.

POMPEII TROGI  
EPITOMA HISTO-  
RIARVM.  
LIBER XLII.  
CAP. I.

Parthi, (a) penes quos, velut diuisione orbis  
1 cum Romanis facta, nunc Orientis imperium  
est, Scytharum exules fuere. || Hoc etiam  
2 ipsorum vocabulo manifestatur. nam (b) Scythi-  
co sermone Parthi exules dicuntur. || Hi & Assy-  
3 riorum & Medorum temporibus, inter Orientis  
populos obscurissimi fuere. || Postea quoque cum  
4 imperium Orientis à Medis ad Persas translatum  
est, veluti vulgus sine nomine, præda victorum  
5 fuere. || Postremo Macedonibus triumphato  
Oriente seruiuerunt: || V T CIVIS mirum videatur,  
6 ad tantam eos felicitatem per virtutem  
prouectos, vt imperent gentibus, sub quarum imperio  
7 veluti seruale vulgus fuere. || À Romanis  
quoque, (c) trinis bellis, per maximos duces, flo-  
rentissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus  
gentibus non pares solum, verum etiam victores  
8 fuere: || quamquam plus gloriæ sit, inter Assyria  
& Medica, Persicaque memorata olim regna, &  
9 opulentissimum mille vrbiu[m] Bactrianum imperium  
emergere potuisse, quam longinqua bella  
vicisse; || præterea cum grauib[us] Scythicis, & vicinalibus  
bellis assidue vexati, variis periculorum  
10 certaminibus vrguerentur. || Hii domesticis se-  
ditio-

ditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam, (d) & Dahas, & Areos, & Spartanos, &  
11 Maggianos furtim occupauere. || Fines deinde,  
non (e) intercedentibus primo finitimis, postea  
etiam prohibentibus, in tantum protulere, vt non  
impressa tantum ac (f) profunda camporum,  
verum etiam prærupta collium, montiumque ar-  
12 dua occupauerint. || Ex quo fit, vt Parthia pleraque  
finium aut æstus, aut frigoris magnitudo possideat:  
quippe cum montes [nix,] & campos æstus infestet.

NOTÆ AD LIBRVM XLII.

Nam. 1. (a) Parthi] Vide Strabonem lib. 11. & Dionysium, & quæ in eum notauit Eustathius, & Agathiam lib. 2. & Iordanem, qui hunc locum citat ex Trogo Pompeio. Strabo eos dicit Romanorum potestate quodammodo esse pares. B. Adde cum primis Amm. Marcellinum 25, 16. —

2. (b) Scythico serm. Parthi exules] Cum Parthi Scythica, seu vt Iordanes de reb. Get. c. 6. specialius exprimit, Gothica, hoc est, Germanice sint originis, à vero non abudere videtur amici mei veteris, Casp. Simonis Franci, linguarum & politioris literature scientissimi, coniectura, didos Parthos, quasi die farther / suo sãhrende / hoc est, vagabundos, erroneus, non iniustata litterarum p & f commutatione. Quomodo dicimus die sãhrende Schuler. Affinis eidẽ originationi vox Hispanica sãrandlers. Certe minus absurdum hoc etymon, quam commentitium illud Græcorum, Parthos didos & πὰρ τὸρ δῖα, quod vastando omnia perdant.

4. 5. 6.] sic omnia verti  
Cernimus, atque alias assumere pondera gentes,  
Concidere hui. — Ouid. Metamorph. 15, v. 420.

7. (c) Trinis bellis per max. duces] Crassum & Antonium: tertium adhuc quæro. An Cælestium Partum? Sed is inferior ætate Trogi. Itaque binis forte rectius legas.

10. (d) Et Debas] Veterum librorum Mss. lectionem exhibui. Legendum autem, & Debas, & Aries, & Arianos, & Margianos, ex Strabone, Ptolemao, & Plinio 6, 25. vbi Parthi, inquit, habent abstru Arian, à meridie Carmentianis & Arianis, D. Hanc emendationem Bongarsii confirmat & Salmastius in Solinum pag. 1198. A. 2. Hh 3 11. (e) In-



11. (e) *Intercedentibus*] hoc est, vntantibus, vox tribunitia, intercedimus verbo: prohibemus manu & opere.

Ibid. (f) *Profunda temporum*] Vide Flori Indicem, quæ brevis dabit Fricinshemius, in *diuer. a. eterrarum*. Ita supr. 38, 1, 8. legendum videbatur *in: tabella*, quod ipsum est in Tacito 4, 23, 6.

## CAP. II.

Administratio gentis post defectionem Macedonici imperii, sub regibus fuit. || Proximus maiestati regum, populorum ordo est: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habent. || Sermo his inter Scythicum Medicumque medius, (a) & vtrisque mixtus. || Vestis olim sui moris: posteaquam accessere opes, vt Medis perlucida ac (b) fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos. || Exercitum non vt alia gentes liberorum, sed maiorem partem feruorum habent: Quorum vulgus, nulli manumittendi potestate permilla, ac per hoc omnibus feruis nascentibus, in dies crescit. Hos pari ac liberos suos cura habent: & (c) equitare & sagittare magna industria docent. || Locupletissimus vt quisq; est, ita plures in bello equites regi suo præbet. Denique Antonio bellum Parthis inferenti, cum quinquaginta millia equitum occurrerent, soli cccc liberi fuere. || Cominus in acie præliari, aut (d) oblesas expugnare vrbes nesciunt. Pugnare autem procurrentibus equis, aut terga dantibus: sæpe etiam (e) fugam simulant, vt incautiores aduersum vulnera insequentes habeant. || Signum his in prælio non tuba, sed tympano datur. (f) Nec pugnare diu possunt: ceterum intolerandi forent, si quantus his impetus est, vis tanta & perseverantia

9 tia esset. || Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paullo post, pugnam ex fuga repetunt, vt cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. || Munimentum 10 ipsis equisque (g) lorica plumatæ sunt, quæ vtrumque toto corpore tegunt. Auri argentique nullus nisi in armis vsus.

Num. 3. (a) *Et vtrique*] Forte ex vtr. Fr.

4. (b) *Fluida*] Tacitus Germ. c. 17. *Veste distinguuntur, non fluante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed frivola*. Herodianus 4, 20. de Parthis, Antonini dolo oppressis: *Nec cadere fuge poterant, impeditente cursum fluxa veste ad pedes deducta*. Lucanus 8, 367.

*Hic & laxas vestes, & fluxa virorum.  
Velamenta videt.*

De vestitu Persarum ac Medorum, vnde Parthi suam accipere, multa Brissonius regn. Pers. lib. 2.

5. (c) *Equitare & sagittare*] Et hoc ex instituto Persarum hauseret, de quibus Herodotus 1, 135. *Liberos suos, à quinto anno incipientes, vt quæ ad vicesimum, tribus tantum in stirunt, Equitare, arcu sagittas excutere, Vires loqui*. Porro ne quis de Latinitate verbis *sagittare* dubitet, vntur eo quoque Curtius 7, 5, 64.

7. (d) *Oblesas expugnare*, vrb. nesci. ] Lucanus 8, 377. *Non arces illi, non vlla est machina belli: Hauri solitas implere valet: Parthique sequente Mænuerit, quod unquam potest obstrare sagitta.*

Tacitus 12, 45, 4. *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & astus oppugnatorum*. Adde De Gothis Marcellinum 31, 12, & 22.

Ibid. (e) *Fugam simulant*] Tacitus 6, 35, 2. cum Parthus sequi vel fugere pari arte fecisset, *disperaheret rursus, spatium sibi quæret*. Atque de hac Fuge simulatione capiendum illud Propertii 2, 8, 54. *Parthorum astus a rebus remissa fuga.*

Quem ad locum vide notata ab eruditissimo Gebhardo: quibus adde Lucanum 8, 376. Plutarchum Crasso c. 46. Appianum Parth. pag. 144. c. Ceterum hoc astutus fuga genus tribuit etiam Æolis Thucydides 2, 15, 18. Petris Xenophon lib. 3. exp. Cyr. pag. 306. d. Thebellis Curtius 3, 11, 26. Germanis, & præcipue Chattris, Tacitus 5, 56, 3. & Germ. 6, 8. Sed & Plato in Lachete Scytharum exemplum, qui fugientes, non stantes, cum hoste pugnam, adducit contra fortitudinis imperfectionem illam daturionem, quod sit ea vis, qua quis in acie stans, fortiter pugnat. Homerus in Iliad. 3, 108. Æneam hoc nomine commendans, *πῆρ ὄρῃα Φόβοιο fugiendi vite ritum* appellat. Rh 4 8. (f)

3. (f) *Nec pugnavit du. p. &c.]* Facit tales & Germanos Germanicus apud Tacitum 2. 14. 5. ipseque Tacitus Germ. 4. 2. Parologium Gallorum in Livio 10. 28. 4. & Floro 2. 4. 2.

10. (g) *Loricæ plumatæ* hoc est, ex laminis ferreis in modum plumæ factis contentæ. *Vigiliis Æn. 11. 770.*

*Spirum autem que agitabat equum, quem pellit ahenu.*

*In plumam squamis auro conerta tegebat.*

Vbi Serulium vide: præterea Turnebum Adverf. 11. 25. Lipfium de mil. Rom. 3. 6. & Stevetchium in Veget. 3. 23.

## CAP. III.

**V**xores dulcedine variæ libidinis finguli plures habent: nec vlla delicta adulterio grauius vindicant. ¶ *Quamobrem* (a) feminis non conuiuia tantum virorum, verum etiam confpectum interdiciunt. ¶ *Carne non nisi* (b) venatibus quæ sita vefcuntur. ¶ *Equis omni tempore vefcantur*: 4 illis bella, illis cõiuuia, illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, confiftere, mercari, colloqui. Hoc denique difcrimen inter feruos liberosque est, quod ferui pedibus, liberi non nisi equis incedunt. ¶ *Sepultura* (c) vulgo aut auium, 5 aut canum laniatus est. Nuda demum offa terra obruunt. ¶ *In fupertitionibus atque cura deorum, præcipua omnibus veneratio est.* ¶ *Ingenia* 7 genti tumida, feditiofa, fraudulenta, procacia: quippe violentiam viris, manfuetudinem mulieribus assignant. ¶ *Semper aut in externos, aut in* 8 *domesticos motus inquieti: natura taciti:* (d) *AD faciendum, quam ad dicendum promptiores: proinde fecunda aduerfaque fientio tegunt.* ¶ *Principibus metu, non pudore parent.* (e) *In libidinem proiecti, in cibum parci.* ¶ *FIDES* dictis promiffisque nulla, nisi (f) quatenus expedit.

Num. 2. (a) *Feminis non conuiuia tant. viror.* Vide Notam 7. 3. c.

3. (b) *Va-*

3. (b) *Vinatibus*] De Parthorum acri ftudio venandi memini & Herodianus lib. 6. Vnde Vononem apud Auguftum, cui à Phraſate obſes datus fuerat, educatum, pectum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arſacidarum, vt externum tamen alpernatos Parthos Tacitus Annal. 2. 1. narrans, addit: *Accendebat deditigantes & ipſe, denerſus à mariorum inſtitutis, raro vepatu, ſegni equorum cura, victoribus in Calig. c. 1. ait. Regem regem* (hoc est, Parthicum) *ad iudicium mentis lullius, exercitatione venandi abſtinuiſſe.*

5. (c) *Sepultura &c.]* Etiam inhumanis hie humanis ritibus ad Parthos deluxit à Perſis, de quibus Herodotus 1. 140. eumque poſtremis quoque Perſiarum temporibus in vſu fuiſſe patet ex Preſcopio lib. 1. Peri. & Agathia lib. 2. Conſulendi, Cicero Tuſcul. 1. 44. & 45. Ioh. Kirckhman in Append. ad lib. de fun. Rom. cap. 2. C. Barthius Adverſat. 49. 10.

8. (d) *Ad faciendum quom ad dic. prompt.]* Salluſtius Catil. 8. 6. de Romanis: *Optimus quoque ſacere suam dicere malebat.* Am. Marcell. 21. 8. *Plus audire quam loqui mi item decet, a libris conſultum glorioſe.* Adde Notam 2. 10. 23. 0.

9. (e) *In libidinem proiecti.]* Quo argumento diſſuaderunt amici Pompeio fugienti Corneliam vxorem formoſam ad Parthos ducere. Plutarch. Pomp. c. 126. & Appianus bell. ciuil. lib. 2.

10. (f) *Quatenus expedit.]* Peſtilens Lyſandri dictum apud Plutarchum apophtheg. Laton. cap. 94. *Veritatem nihil meliorem eſſe mendacis: ſed utriusque dignitatem & premium V S deſiniri.*

## CAP. IV.

**P**oſt mortem Alexandri Magni, cum inter ſuccellorẽ eius, Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, (a) Stagnori externo ſocio traditur. ¶ *Hi poſtea* (b) *deductis Macedonibus in bellum ciuile, cum ceteris ſuperioris Aſiæ populis Eumeneſem ſequuti ſunt: quo victo, ad Antigonum trãſiere.* ¶ *Poſt hunc à Nicatore Seleuco, ac mox ab Antiocho & ſuccelloribus eius poſſeſſi: à cuius* (c) *pronepote Seleuco primo defecere, primo Punico bello, L. Manlio* (d) *Bulſone, M. Attilio* 4 *Regulo conſulibus.]* *Hvius defectionis impunitatem illis duorum fratrum regum. Seleuci & An-*

Hh 5 tiochi-

tiochi discordia dedit: qui dum sibi inuicem eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt. ¶ Eodem tempore etiam (e) Theodotus mille urbium Bactrianarum praefectus, defecit, regemque se appellari iussit: quod exemplum sequuti totius Orientis populi, à Macedonibus defecerunt. ¶ Erat eo tempore Arsaces, vir, sicut (f) incerta originis, ita virtutis experta. ¶ Hic solitus latrociniis & rapto viuere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum praeconum manu Parthos ingressus, praefectum eorum (g) Andragoram oppressit; sublatoque eo, imperium gentis inuasit. ¶ Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit: atque ita duarum ciuitatum (h) imperio praeditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis. ¶ Sed cito, morte Theodoti, metu liberatus, cum filio eius & ipso Theodoto foedus ac pacem fecit: nec multo post cum Seleuco rege, ad defectores persequendos veniente, congressus, victor fuit: quem diem Parthi exinde sollempnem, velut initium libertatis, obseruant.

Num. 1. (a) *Stagnari* ] Legendum, *Statorari*, vt supra 13, 4, 22. cui tamen Drances & Arces tribuit, (vt & Diodorus 18, 3.) Parthos autem Nicanori assignauit. Diodorus Parthiam & Hyrcaniam Phraataferni euenisse refert: & Strabo à Macedonibus Hyrcaniam Parthia iunctam scribit. B.

2. (b) *Deductu* ] Forte *diductu*. Fr.

3. (c) *Fronte: & Seleuco* ] Male. nepos enim fuit, ipso Iustino teste. Hic enim Seleucus, Antiochi filius est. 27, 1, 1. hic vero Seleuci primi siue Nicatoris. 17, 2, 10. Fr.

Ibid. (d) *Bulsone M. Artillio* ] Vett. plerique *Bulsone*. Legendum *Vulsone*. In factis est C. *Artillius*, non *M. Artillius*. [In factis Capito-  
lius à Pighio suppletus, est *M. Artillius*.] Conditum est Parthorum imperium, & conditum, Seleuco Callinico Asiam obtinente.

Strabo

Strabo lib. II. Eusebii Chronico. Lubet adscribere ortum regni Parthici ex Georgii Monachi Chronico, cuius mihi copiam fecit praefatus illius vir P. Pithaeus. Συρίας & Ἀσίας δ' ἡ βασιλευσάντων Ἀρσάκων ἐπισημασθεὶς Κελλίμου Κούτος & Σέλευκος. Et paulo post: Ἐπιπέφυτο τῷ Αντίοχῳ Πέρσας τῆς Μακεδόνων & Αντιόχων ἀρχῆς ἀπίσθησάντων αὐτῶν τελευτῆς ἐπὶ Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις & Τηριδάτης ἀδελφοί, τὸ γένος Ἰσκαθῆος ἀπὸ τῶ Περσῶν Ἀρσάξην, ἰσκαθῆος οὗ βασιλείαν, ἐπὶ Ἀγαθοκλῆος Μακεδόνος ἐπαρχῆς τῆς Περσικῆς, ὅς ἑταροβαλλήσθησθεὶς Τηριδάτην ὡς Ἀρμινός Φοσιῖνος τὸν ἀδελφόν, & τὸν νεώτερον ἀνυδάξων ἐπιβυλιύσασθαι διαμαρτήσας ἀνεγίθη παρ' αὐτῶν & Ἀρσάκην ἀδελφόν αὐτῶν, & βασιλευσάντων Περσῶν Ἀρσάκης ἀφ' ἧ οὗ Περσῶν βασιλεὺς Ἀρσάκιδαι ἰσχυρῶτάτων ἐτη β. & ἀναίρεται, & μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἐτη λζ. Integrum locum adscripsi, quia editus non est; & narrationem continet memoria dignam. Bong. Hic Suidas oblitigillat, qui scribit, *Arsaces Parthum, imperio Persarum positum anno 293.* (scilicet ab initio Cyt) *scilicet Macedonibus, regnum Parthia tradidisse.* Atqui ille annus 293, abest à Consulatu Vulsionis & Reguli (quem Noster terminum statuit) annis 17. Maior discrepantia apud Ammianum Marcellinum 23, 16. qui Seleucum Nicatora ab hoc Arsace debellatum perhibet, actum Arsacidarum imperium iniuste. Tacitus Histor. 5, 8, 4. sub Antiocho Epiphane hoc contigisse refert.

5. (e) *Theodotus* ] Straboni Διόδοτος, lib. II. pag. 355, 20. B.

6. (f) *Ince: & originis* ] Georgius Monachus in allato iam modo loco dicit, Atlacem & fratrem Tiridatem ab Artaxerxe Persarum rege genus ducere.

7. (g) *Andragorum* ] Vnum ex Andragorae posteris, de quo supr. 12, 4, 2. quem Artianus lib. 3. *Ammynapen* vocat. Georgius hunc vocat *Ayathoclem*. B.

8. (h) *Imperio praeditus* ] Sallustiana phrasis: *Catil.* 51, 13. *Quae imperia praeditis, in excelsis aetatem agunt.*

## CAP. V.

1 **R**euocato deinde Seleuco nouis motibus in Asiam, dato laxamento, regnum Parthicum format, militem legit, castella munit, ciuitates firmiter mat. ¶ urbem quoque nomine (a) Daram, in monte

monte Zapaortenon condit: cuius loci ea conditio est, vt neque munitius quicquam esse, neque amœnius possit. ¶ Ita enim & præruptis rupibus 3 vndique cingitur, vt tutela loci nullis defensoribus egeat: & soli circumiacentis tanta vbertas est, vt propriis opibus expleatur. ¶ Iam fontium ac 4 siluarum ea copia est, vt & aquarum abundantia irrigetur, & venationum voluptatibus exornetur. ¶ Sic Arsaces, quæsito simul constitutoque 5 regno, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute dedit. ¶ Cuius me- 6 moria hunc honorem Parthi tribuerunt, vt omnes exinde reges suos (b) *Arsaces* nomine nuncupent. ¶ Huius filius & successor regni, Arsaces 7 & ipse nomine, aduersus (c) Antiochum Seleuci filium, centum millibus peditum, & x x millibus equitum instructum, mira virtute pugnavit: ad postremum in societatem eius assumptus est. ¶ Tertius Parthis rex Priapatus fuit, sed & ipse 8 Arsaces dictus. nam, sicut supra dictum est, omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Cæsares, Augustosque cognominauerunt. ¶ Hic actis 9 in regno quindecim annis decessit, relictis duobus filiis, Mithridate & Phrahate: quorum maior Phrahates (d) more gentis, heres regni, Mardos validam gentem bello domuit; nec multo post decessit, multis filiis relictis: ¶ quibus præ- 10 teritis, (e) fratri potissimum (f) Mithridati, insignis virtutis viro, reliquit imperium: (g) P L V s regio quam patrio deberi nomini ratus: potiusq; patriæ, quam liberis consulendum.

Num. 2. (a) *Daram in monte Zapaortenon* ] Scripturam veterem expressi.

expressi, vt ex ea veram lectionem quilibet assequi conetur. Pro *Daram*, putai aliquando legendum *Charam*, ex Plinii lib. 6, 15, 16 videat lector, an ex cap. 16. Facilius possit erui vera lectio. *A. C. P. S.* inquit, *Oriente* versus regio est *Zapaortenon* dicta, & in ea fertilitas inest, & locus *Daram* dictus. Ibi iter molas *Daram* hoc loco legitur, non *Daram*. E. Vide Salmas. in Solin. 92. b.

6. (b) *Arsaces nomine* ] Apud Parthos, inquit Strabo lib. 15, pag. 483, 33. omnes *Arsaces* nominantur: priuimvero alius *Oros* alius *Phrahates*, alius aliter. B. Seruius ad illa Virgillii *Æneid.* 12, 529.

*Murrhanum hic, arzenus & aurum antiqua fontem Nomina; per lex quoque altius genus omne Latinos &c.* Hoc est, inquit, cuius nomine maiores omnes *Murrhani* dicti sunt, & reges fuerunt. Scimus enim plerumque solere fieri, vt primi regu nominacionem reliqui possideant. Vt apud Romanos *Augustus* vocatur; apud *Albanos* *Siluius*; apud *Persas* *Arsacida*; apud *Ægyptios* *Prolema*; apud *Athenenses* *Ceropida*. Modi. Adde eundem *Seruium* in *Æn.* 6, 760. Curtium 2, 12, 23. Am. Marcellinum 2, 16. Suidam in *Arsaces*. *Isidorum* Origin. 9, 3. & *Freinsheimii* indicem in *Rég.*

7. (c) *Antiochum* ] Magnum nempe, Seleuci Callinici filium, de quo supr. 29, 13, & toto lib. 31.

9. (d) *More gentis* ] *More gentium* hic legendum censuit Bon-gartius Not. ad 21, 1, 2.

10. (e) *Fratri potissimum* ] *Gala* rege mortuo, regnum ad *fratrem eius* *Deiacesem*, prægrandem natu ( *moris ira* apud *Numidas* est ) peruenit. *Livius* 29, 29, 3. *Attamen plerumque gentium iura Nepoti fauente, subscribente Lycurgo; qui regnum Charilao fratri suo celsit, quod in manu eius erat, omnium gratia tenere. Noster* supr. 3, 2, 5. *Plutarchus* *Lycurg.* c. 4. Cui similitum *Ferdinandi* *Atagoniæ* & *Siciliæ* regis exemplum referet *Th. Fazellus* de reb. *Siculis* decad. posterior. lib. 9.

Ibidi (f) *Mithridati* ] Sextum ab *Arsace* facit *Orosius* 5, 4, E.

Ibidi (g) *Pius regio quam patrio debet nom.* ] *Merius* ad *Imp. Tacitum* apud *Vopiscum* c. 6 *Ingens est gloria mortuo tu Principi, Rem-pub. magis amare quam si es.* Apud *Tacit.* 1, 42, 1. *Germanicus*: *Non mihi uxor aut filius patriæ & Repub. carior est.*

## CAP. VI.

1 Eodem ferme tempore, sicuti in Parthis *Mithridates*, ita in *Bactris* (a) *Eucratides*, magni 2 vterque viri, regna ineunt. ¶ Sed Parthorum fortuna



tuna felicior, ad summum hoc duce imperii fastigium eos perduxit. ¶ Bactriani autem per varia 3 bella iactati, non regnum tantum, verumetiam libertatem amiserunt: siquidem Sogdianorum & Drangaritanorum Indorumque bellis fatigati, ad postremum ab inualidioribus Parthis, velut exsanguis, oppressi sunt. ¶ Multa tamen Eucratides 4 bella magna virtute gessit: quibus attritus, cum obsidione Demetrii regis Indorum pateretur, cum ccc militibus, lx millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit. ¶ Vnde 5 cum se reciperet, à filio quem socium regni fecerat, in itinere interfecit: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset, & (b) per sanguinem eius currum egit; & corpus abiici insepultum iussit. ¶ Dum hæc apud 6 Bactros geruntur, interim inter Parthos & Medos bellum oritur. Cum variis vtriusque populi casus fuisset, ad postremum victoria penes Parthos fuit. ¶ His viribus auctus Mithridates, 7 Mediæ Bacasin præponit: ipse in Hyrcaniam proficiscitur. ¶ Vnde reuersus, bellum cum (c) Elimæorum 8 rege gessit: quo victo, hanc quoque gentem regno adiecit, imperiumque Parthorum à monte Caucaſo, multis populis in ditionem redactis, usque ad flumen Euphratem protulit. ¶ Atque ita 9 aduersa valetudine arreptus, non minor Arsace proauo, gloriosa senectute decedit.

Num. 1. (a) Eucratides ] Eius meminit Strabo initio libri 15. & lib. 11. B.

5. (b) Per sanguinem eius currum egit. ] Iunge Tullii exemplum apud Liliuum 1, 43. & Florum 1, 7, 3. vbi Freinsh.

8. (c) Ely-

8. (c) Elymaeorum rege ] De horum potentia & viribus, quibus freti Parthorum impetia contemnebant, Strabo libr. 16. pag. 512, 56. B.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

R I A R U M.

LIBER XLII.

C A P. I.

- 1 **P**ost (a) necem Mithridatis, Parthorum regis, Phrahates filius eius, rex constituitur: qui cum inferre bellum, in vltionem tentati ab Antiocho Parthici regni, Syriæ statuisset, Scytharum 2 motibus ad sua defendenda reuocatur. ¶ Namque Scythæ in auxilium Parthorum aduersus Antiochum Syriæ regem, mercede solliciti, cum confecto iam bello superuenissent, & calumnia tardius lati auxilii, mercede fraudarentur; dolentestantum iis itineris frustra emensum, quum vel stipendium pro vexatione, vel alium hostem dari sibi 3 poscerent, superbo responso offensi, fines Parthorum vltare cœperunt. ¶ Igitur Phrahates, cum aduersus eos proficisceretur, ad tutelam regni reliquit Hymerum quendam, (b) pueritiæ sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus & vitæ præteritæ, & vicarii officii, Babylo-nios, multasque alias ciuitates importune vexauit. 4 ¶ Ipse autem Phrahates exercitum Græcorum, quem bello Antiochi captum superbe crudeliterque tractauerat, in bellum secum ducit: IMMEMOR prorsus, quod hostiles eorum animos nec captiuitas minuerat, & insuper iniuria- rum

rum indignitas exacerbauerat. ¶ Itaque cum inclinatas Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transfudere: & diu cupitam captiuitatis ultionem, exercitus Parthici, & ipsius Phrahatis regis cruenta cæde, exsequuti sunt.

## NOTÆ AD LIBRUM XLII.

Num. 1. (a) *Post necem* ] Nos, raro exemplo, de morte naturali. Nam in fine libri præcedentis dicitur, hunc fato deesse. Ita Seneca Consol. ad Marciam c. 21. fin. *Fata nobis sensum nostræ necis auferunt.* Et Sueton. Caf. 5, 2. *Post necem Consula Lepidi*, quem morbo extinctum constat ex Floro lib. 3. fin.

3. (b) *Pueritia flore* ] Claudian in Eutrop. 1, 342.

*Parthica ferro*

*Luxuriosæ ueritatis nasci lanuginis uibrans,*

*Serualoque dia puerili flore cœgit*

*Arte retar datam Veneti seruire inueniam.*

4. 5. ] Non temere utendum militæ qui causas habet cur animo sit à nobis alieniore, Polybius 5, 54. pr. simile huic nostro proponit exemplum Molonis, Susianæ & Babyloniarum populis, recessus a se nec inopinata victoria subactis, infeliciter uentis aduersus Antiochum regem, à quo ipse antea defecerat.

## CAP. II.

In huius locum Artabanus, patruus eius, rex substituitur. Scythæ autem (a) contenti victoria, depopulata Parthia, in patriam reuertuntur. ¶ Sed Artabanus bello (b) Thogariis illato, in brachio vulneratus, statim decedit. ¶ Huic Mithridates filius succedit: cui res gestæ Magni cognomen dedere: quippe (c) claritatem parentum, æmulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergreditur. ¶ Multa igitur bella cum finitimis magna uirtute gessit; multosque populos Parthico regno addidit. ¶ Sed & cum Scythis sperare

sperare aliquoties dimicauit, ultorque iniuriæ parentum fuit. ¶ Ad postremum (d) Orto adisti Armeniorum regi bellum intulit. ¶ Sed quoniam in Armeniam transitum facimus, origo eius paulo altius repetenda est. ¶ Neque enim silentio præteriri tantum regnum fas est, cum fines eius post Parthiam omnium regnorum magnitudinem superent. ¶ Siquidem Armenia à Cappadocia usque mare Caspium vndecies centum millia patet; sed in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur. ¶ Conditæ est autem ab (e) Armenio, Iasonis Thessali comite: (f) *QUEM* cum perditum propter insignem periculosamque regno suo uirtutem Pelias rex cuperet, denuntiata militia, in Colchos eum abire iubet; pellemque arietis memorabilem gentibus reportare; sperans interitum viri, aut ex periculis tam longæ nauigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. ¶ Igitur Iason divulgata opinione tam gloriôsæ expeditionis, cum ad eum certatim (g) principes iuuentutis totius ferme orbis concurrenter, exercitum fortissimorum virorum, qui *Argonautæ* cognominati sunt, comparauit: ¶ quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus à Pelias filii Thessalia pulsus, magna vi cum ingenti multitudine, quæ ad famam uirtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confuebat, comite (h) Medea uxore; quam repudiatam miseratione exilii rursus receperat, & (i) Medio priuigno, ab Ægæo rege Atheniensium genito, Colchos repetiuit, focerumque etiam regno pulsam restituit.

Num. 1. (a) *Contenti victoria* ] Mss. Fuldaenses, teste Modio, miremiræ syntaxis, *contenti uictoris*: cuius exemplum vix aliud inueniatur: nisi quod Claudius IC. etiam ita locutus est l. 37. §. nuptura

in fin. ff. de legatis tertio : *Quoniam in his expressis, ut contentus esset partu dimidia detur.*

2. (b) *Thegariu* ] Ita libri veteres. quidam tamen *Teogariu* vnius *Thegariu*. *Tocharius* Scythicum genus commemorat Plinius 6, 17. & *Toxagus* Dionysius Periegetes, & Ptolemæus. B.

3. (c) *Claritas* em parentiam ] Cicero Offic. 3, 13. *Si quis ab inenente astate habet confectam celebritatis & nominis, aut a patre acceptam &c.* Adde supr. Notam ad 29, 19.

6. (d) *Ortodoxi* ] *Armeniacus* Armeniæ regis nomen est in Strabone lib. 11. & Plutarcho in Antiochio cap. 66. De Armenia lege Strabonem lib. 11. Plinium 6, 9. Dionysium & Eustathium : qui in magnitudine ab auctore nostro dissentiant. B.

10. (e) *Ab Armenia* ] Armenum vocat Strabo, & Eustathius, oc *Armenio*, vrbs *Thessalia*. Stephanus ex Antipatro, Rhodium fuisse dicit. B.

Ibid. (f) *Quem cum perdidit &c.* ] His illustrandis faciunt illa Valerii Flacci lib. 1. Argonaut. v. 29.

*Super ipsius ingens*

*In illa fama viri, virtutisque haud lata tyranno.*

*Ergo anteire metus, iuuenemque extingueret pergit*

*Æsanius : letique vias ac tempora versat. &c.*

Eadem via grassati, per speciem honoris suspectos aut æmulos amoliri temerant, Sau Davidem, Ioseph. Antiq. 6, 11. Camani Aristodemum, Dionys. Halic. 7, 4. Hiero Polyzelum fratrem, Diodor. 11, 48. Dionysius Leptinem fratrem, Æneas poliorcet. c. 10. Alexander Clytum, Curt. 8, 1, 46.

11. (g) *Principes iuuentutis* ] *Iuuentus* hic de virili ætate dicitur : vnde mox hi ipsi *fortissimi viri* audiunt. Romanis *Iuiores*, ex instituto Scruii, ad annum 45, vltra *Seniores*. Dionys. Halic. 4, 20. & Liu. 1, 43, 1. Hinc Plinius in panegy. cap. 8. Imp. Troiano *iuuentam* tribuit : qui tamen agebat tum ætatis annum 44. Et cap. 22. *facilis* tribus ætatis gradibus, inquit : *se parvulus noscere, ostentare iuuenem, mirari senem*. Itemque c. 69. Consulatus Candidatos, *iuuener* vocat : at illi vtique iam viri, quomodo Suetonio Aug. 34, 3. Germanicus post susceptos iam aliquot liberos, *iuuener* dicitur. Ita Tibullo 1, 49 33. *iuuener* est. *Et in altseche Frau vber ihr vierzig Jahr*. Nam adulescentiores *uiores puellæ* appellari patet ex Horatio, Ouidio, Seneca. Quin & Pythagoras in Diog. Laertio, virilis & constantis ætatis hominem *νεανίας* vocauit. Et Herodotus sub initio lib. 4. *οἱ τῆς Συγκλήτης πρίλαιος νεανίας* : *Senatori ordinis illustissimi iuuenes*.

12. (h) *Medea* ] Cuius historiæ præter Euripidem & Apollonium

Ionius Rhod. habet Ouidius Metamorph. lib. 7. Cicero de nat. deor. 3, 26. & pro lege Manil. c. 9.

Ibid. (i) *Medis principis* ] Ita boni libri : vnius *Medo*, quomodo cum Strabo, Stephanus & Eustathius vocant. B.

### CAP. III.

1 **M**agna deinde bella cum finitimis gessit ; castasque ciuitates partim regno loceri, ad abolendam superioris militiæ iniuriam, qua & filiam eius Medeam abduxerat, & filium (a). Egialium interfecerat, adiunxit ; partim populis quos 2 secum adduxerat, assignauit. ¶ Primusque humanorum post Herculeum & Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur, eam (b) cæli plagam domuisse dicitur. ¶ Populis quibusdam (c) Frudium & Amphistratum aurigas Castoris & Pollucis, 3 duces assignauit. ¶ Cum Albanis fœdus percussit : (d) qui Hercules ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extincto, armenta eius per Italiam duceret, secuti dicuntur ; quique memores Italiæ originis, exercitum Cn. Pompeii bello Mithridatico fratres salutauerunt. ¶ Itaque Iasoni totus ferme Oriens, vt conditori, diuinos honores (e) 4 templaque constituit : quæ Parmenion, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui iussit, ne cuiusquæ nomen in Oriente venerabilius, quàm 5 Alexandri esset. ¶ Post mortem Iasonis, Medius æmulus virtutis eius, in honorem matris, Medeam vrbum condidit ; regnumque ex nomine suo Medorum constituit, sub cuius maiestate 6 Orientis postea imperium fuit. ¶ Albanis vicinæ Amazones sunt : quarum reginam (f) Thalestem concubitum Alexandri petisse, multi au-

ctores prodidere. ¶ Armenius quoque & ipse 8  
Theſſalus, vnus de numero ducum Iafonis, recol-  
lecta multitudine, quæ amiſſo Iafone rege paſſim  
vagabatur, Armeniam condit: ¶ à cuius monti- 9  
bus (g) Tigris fluiuius modicis primo incremen-  
tis naſcitur: interiecto deinde aliquanto ſpacio,  
(h) ſub terras mergitur; atque ita poſt quinque  
& viginti millia paſſuum grande iam flumen in  
regione Sophene emergit; ac ſic in paludes Eu-  
phratis recipitur.

Num. 1. (a) *Aegialium*] Hic Apollonio, & Straboni lib. 7. eſt  
*Abyſſus*. B.

2. (b) *Celi*] An ſoli legendum? Fr.

3. (c) *Fruſium* & ] Straboni & Euſtathio Περὸς τῆς Ἀμφι-  
στέρης οἱ τῶν Διοσκυρέων ἡλιόχοι, à quibus populi iſti *Heniſchi*  
dicti. Solinus cap. 20. Amm. Marcellin. 22, 15. *Amphitus* & *Telchius*  
*Spartani*, *auriga Caſſori* & *Pollucii*. B. Antiquitus impreſſi *Phry-  
gium* habent, manifeſtis veſtigis vera Ieſtionis, quæ eſt *Rhœcium*.  
Salm. in Solin. 193. l. 1.

4. (d) *Qui Herculis*] Tacitus Annal. 6, 34. Hiberos & Alba-  
nos Theſſalis ortos ſcribit. B. Plinius 6, 13. in. Noſtro propius ac-  
cedens, *Albanos* ortos ab Iafone dicit.

5. (e) *Templaque conſtituit*] *Iacoves* vocat Strabo, & *Ιαροῖνα*  
*ἡρώνα*, *Barbari eximia* culta: quæ multa reguli euerterunt: *Pat-  
menion* autem id quod erat *Abderis*, dicitur. B. De hijs capiendus  
Tacitus 6, 34, 6. *Multa de nomine Iafonu* (ſcil. appellata templa ſa-  
cellaque) celebrari.

7. (f) *Thaleſtrem*] De qua ſupr. 2, 4, 31. & 12, 3, 5.

9. (g) *Tigris*] Præter Strabonem, lege Plinium 6, 27. & Soli-  
num cap. 40. & libellum Fluraceli de fluuijs. B. Adde Diodorum  
19, 27. *Curcius* 4, 9, 33. à celeritate fluxus ita dictum ait, quia Perſi-  
ca lingua *Tigris* ſagittam appellant.

Ibid. (h) *Sub terras merg.*] Eiusmodi fluminum, terras ſub-  
cuntium, & poſt longius inuictallum emergentium exempla vi-  
de apud Plinium 2, 103 pr. & 3, 16. pr. Strabonem lib. 6 pag. 150. 1.  
*Curcium* 6, 4, 6. & c.

CAP.

## CAP. IV.

- 1 ¶ Igitur Mithridates rex Parthorum, poſt bellum  
Armenia, propter crudelitatem (a) à ſenatu  
2 Parthico, regno pellitur. ¶ Frater eius (b) Orodes,  
cum regnum vacans occuparet, Babyloniam,  
quò Mithridates confugerat, diu obſidet: & fame  
3 coactos, in deditionem oppidanos compellit.  
4 ¶ Mithridates autem fiducia cognitionis, vltro ſe  
in poteſtatem Orodis tradit. ¶ Sed Orodes (c) plus  
hoſtem quàm fratrem cogitans, in conſpectu ſuo  
5 trucidari eum iuſſit: & poſt hæc bellum cum  
Romanis geſſit, (d) Craſſumque imperatorem  
cum filio & omni exercitu Romano deleuit.  
6 ¶ Huius filius Pacorus miſſus ad perſequendas  
Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria ge-  
ſtis, in Parthiam patri ſuſpectus reuocatur: quo  
abſente, exercitus Parthorum relictus in Syria,  
(e) à Caſſio Quæſtore Craſſi, cum omnibus du-  
7 cibus trucidatur. ¶ His ita geſtis, non magno  
poſt tempore, Romanis inter Cæſarè Pompeium-  
que ciuile bellum oritur: in quo Parthi Pom-  
peianarum partium fueſe, & propter amicitiam  
cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, &  
propter Craſſi necem, cuius filium in partibus  
Cæſaris eſſe audierant: quem vltorem patris vi-  
ctore Cæſare futurum non dubitabant. ¶ Itaque  
victis partibus Pompeianis, & Caſſio & Bruto  
auxilia aduerſus Auguſtum & Antonium miſe-  
re: & poſt belli finem ruſum Pacoro duce, inſita  
cum Labieno ſocietate, Syriam & Aſiam vaſtaue-  
re; caſtraque Ventidii, qui poſt Caſſium abſente  
Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna



mole aggrediuntur. ¶ Sed ille (f) simulato timore, diu continuit se, & insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum in securis latosque partem legionum emisit: quarum impetu fiti Parthi, in diuersa abiere. ¶ Pacorus cum fugientes suos abduxisset secum legiones Romanas putaret, castra Ventidii, veluti sine defensoribus, aggreditur. ¶ Tum (g) Ventidius reliqua parte legionum emissâ, vniuersam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec vilo bello Parthi vquam maius vulnus acceperunt. ¶ Hæc cum in Parthia nuntiata essent, Orodes pater Pacori, qui paullo ante vastatam Syriam, occupatam Asiam à Parthis audierat, victoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, reperit filii morte, & exercitus clade audita, ex dolore in furorem vertitur. ¶ Multis diebus non alloqui quemquam, non cibum fumere, non vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur. ¶ Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxauerat, nihil aliud quam Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur; cum illo loqui, cum illo consistere: interdum quasi amissum flebiliter dolebat. ¶ Post longum deinde luctum, alia sollicitudo miserandum senem inuadit, quem ex numero filiorum in locum Pacori regem destinet. ¶ Multa pellices, ex quibus generata tanta iuuentus erat, pro suis quæque sollicitæ animum senis obsidebant. ¶ S E D fatum Parthiæ fecit, in qua iam quasi (h) sollemne est, reges parricidas haberi, vt sceleratissimus omnium, & ipse (i) Phraates nomen, rex statueretur.

Num. 1. (a) *A senatu Parthiæ, regno pell.* Est qui interpretatur

tur à *senatu* (scilicet Romano) *Mithridatem depulsus Parthiæ regno.* Verum non dubie *senatus Parthiæ* legendum, de quo sup. 41. 2. 2.

2. (b) *Orodes*] Ab hoc fratrem regno pulsum scribit Appianus in Parthica & Syriaca historia: sed in hac *Hegadus* editum est. Plutarcho in Crasso cap. 33. dicitur *Ygadus*: in Antonio cap. 49. *Hegadus* B.

4. (c) *Plus hostem quam fratrem cogitans*] Simile fere in Tacito 12. 14. 3. Adde notam ad 19. 2. 6.

Ibid. (d) *Crassumque*] Præter Plutarchi Crassum de hoc bello videndi, Liu. epist. 106. Appianus Parth. Florus 3. 11. Eutropius 6. 31. Orofius 6. 13. Tangit etiam Plinius 3. 56. & 5. 24. Lucanus passim: Propertius 4. 6. 83.

5. (e) *Castro*] Lege Ciceronem ad Attic. 5. 20. Orofius 5. 13. Paterculum 2. 46. De Pacoro à Ventidio cæso Plutarchus in Antonio, Appianus in Parth. alii, B.

8. (f) *Simulato timore*] Captus arte sua Parthus. Nam *causæ præter armorum suauitatem callida, simulat trepidationem.* Florus 4. 10. 3. Cuius stratagematis exemplum in signe vide apud Cæsarem de bell. Gall. 3. 18. & 19.

10. (g) *Ventidius*] Tacitus Germ. 37. 7. *Infra Ventidium dicitur Oriens.* Quo dicto non obscure eladem illam Parthicam exaggerat à Ventidii videris ignobilitate, de qua Agellium 15. 4. vide. Ceterum de hoc bello Liuus epist. 127. & 128. Patercul. 2. 73. Florus 4. 9. Val. Max. 6. 9. 9. Plutarchus Antonio: Appianus Parth. Eutropius 7. 5. Orofius 6. 18. & alii.

16. (h) *Sollemne est reges paric. hab.*] Vt hodie in Turcio imperio, quod illi quasi successit.

Ibid. (i) *Phraates*] *Phraaten* vocat Plutarchus in Antonio c. 49. quem lege, & Appianum. Totus hic locus explicat quod Horatius Ode 2. lib. 2. ait.

*Redditum Cyri solio Phraaten.*  
& quod Ode 26. lib. 1.

*Quid Tyridatem terreat, vnice*  
*Sicurus.*

Quod primus notauit Glareanus, non tam ineptus quam cum quidam haberi volunt, B.

## CAP. V.

I Itaque statim, quasi nollet mori, patrem interfecit: fratres quoque (a) xxx trucidat: sed nec

in filiis cessant parricidia. || Nam cum infestis si-  
 2 bi optimates propter assidua scelera videret, ne ef-  
 fet qui nominari rex posset, ad ultimum filium inter-  
 fici iubet. || Huic (b) Antonius, propter auxi- 3  
 lium aduersus se & Caesarem latum, bellum cum  
 sedecim validissimis legionibus intulit: sed gra-  
 uiter multis proelii vexatus, à Parthia refugit.  
 || **Q**VA victoria insolentior Phraates redditus, 4  
 cum multa crudeliter confuleret, in exilium à po-  
 pulo suo pellitur. || Itaque cum magno tempore 5  
 finitimas ciuitates, ad postremum Scythas pre-  
 cibus fatigasset, Scytharum (c) maximo auxilio in  
 regnum restituitur. || Hoc absente, regem Par- 6  
 thi Tyridatem quandam constituerant: qui au-  
 dito aduentu Scytharum, cum magna amicorum  
 manu ad Caesarem, in Hispaniam bellum tunc  
 temporis gerentem, profugit, obsidem Caesari mi-  
 nimum filium Phrahatem ferens: quem negligenti-  
 us custoditum rapuerat. || Quo cognito, Phra- 7  
 hates legatos statim ad Caesarem mittit, *seruum*  
*suum Tyridatem, & filium remitti sibi postulat.* || Cæ- 8  
 sar & legatione Phrahatem audita, & Tyridatis  
 postulatis cognitis (nam & ipse restitui in re-  
 gnum desiderabat, *iuris Romanorum futuram Par-*  
*thiam affirmans, si eius regnum muneri eorum fuis-*  
*set) neque Tyridatem dediturum se Parthis dixit, ne-*  
*que aduersus Parthos Tyridati auxilia daturum.* || Ne 9  
 tamen per omnia nihil à Caesare obtentū videret-  
 ur, Phrahati filium sine pretio remisit; & Tyri-  
 dati quoad manere apud Romanos vellet, opu-  
 lentum sumptum præberi iussit. || Post hæc fini- 10  
 to Hispaniensi bello, cum in Syriam ad compo-  
 nendum Orientis statum venisset, metum Phra-  
 hati

hati incussit, ne bellum Parthiæ vellēt inferre.  
 11 || Itaque (d) tota Parthia captiui ex Crassiano, siue  
 Antonii exercitu recollecti, signaque cum his mi-  
 12 litaria Augusto remissa. || Sed & filii nepotesque  
 Phrahatem obsides Augusto dati: *P L V S Q V E Cæ-*  
*sat (e) magnitudine nominis sui fecit, quam ar-*  
*mis alius imperator facere potuisset.*

Num. 1. (a) *Triginta* ] In Ms. est *omnes triginta*, quod probò,  
 nec obstat quod obicitur, *vs triginta* esse ex inepta glossa, cum  
 Phraates ipse fuerit vnus de triginta. Nam vt Ian. Rutgersius Var.  
 L. 2. c. 1. demonstrat, in antiquis scriptoribus nouum non est, vt  
 quoties alicuius sedaliti sit mentio, etsi vnum nominando, cum  
 è numero reliquorum excepisse videantur, postea tamen vnuer-  
 sum totius collegii numerum ita ponant, quasi is, quem excep-  
 erant, includeretur. Exempla vide u. Corinth. 15. s. Val. Max. 9. 2. 6.  
 ext. ex correctione indicata supr. 1. 9. 9. Item Rutil. Numatian.  
 v. 3. o.

1. (b) *Antonius & c.* ] Præter Plutarchi Antonium, vide Liu.  
 ep. 130. Florum 4. 10. Appianum Parthic. Eutropium 7. 7. Oro-  
 sium 6. 19. aliosque.

5. (c) *Maximo* ] Freinshem. *maxime*, scilicet præ finitimis ci-  
 uitatibus, placet.

11. (d) *Tota Parthia* ] Meminit Strabo lib. 6. & 16. Suetonius in  
 Octauio cap. 21. Horatius Oda vlt. lib. 4. de Augusto: *Et signa nostra*  
*restituit Ioui, & c.* Suetonius locus confirmat antiquam scripturam  
 Crassiano. Vulgo enim legitur Crassianus. B.

12. (e) *Magnitudo nominis* ] Hoc scilicet est, *sana bella profi-*  
*gare*, apud Tacitum Getic. c. 13. Quæ de re Gruteri dissertationem  
 7. ad Tacitum, operæ pretium est inspicere.

POMPEII TROGI  
 EPITOMA HISTO-  
 RIARVM.  
 LIBER XLIII.  
 CAP. I.

Parthicis, Orientalibusque, ac totius propemo-  
 dum orbis rebus explicitis, ad initia Romanæ  
 II 5 vrbis

urbis Trogus, velut post longam peregrinationem domum, reuertitur: INGRATI ciuis (a) officium existimans, si, cum omnium gentium res gestas illustrauerit, de solatantum patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperii perstrin- git: vt nec modum propositi operis excedat, nec vtique originem urbis, quæ est (b) caput totius orbis, silentio prætermittat. ¶ Italia cultores primi (c) Aborigines fuere: quorum rex Saturnus tantæ iustitiæ fuisse traditur, vt neque seruiert sub illo quisquam, neque quicquam priuata rei habuerit: sed omnia communia, & (d) indiuisa omnibus fuerint, velut vnum cunctis patrimonium esset. ¶ Ob cuius exempli memoriam cautum est, vt Saturnalibus exæquato omnium iure passim in conuiuio serui cum dominis recumbant. ¶ Itaque Italia regis nomine, (e) Saturnia appellata est: & mons in quo habitabat, Saturnius: in quo nunc, veluti à Ioue pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. ¶ Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadiæ vrbe (f) Pallanteo, in Italiam cum medio- cri turba popularium venit: cui Faunus & agros, & montem, quem ille postea Palatium appellauit, benigne assignauit. ¶ In huius radicibus templum (g) Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupertum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurrit. ¶ Fauno 8 fuit vxor nomine (h) Fatua, quæ assidue diuino spiritu impleta, (i) velut per futorem, futura præmonebat. Vnde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. ¶ Ex filia Fauni & Hercule, qui 9

codem

codem tempore extincto Geryone, armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, stupro con- ceptus Latinus procreatur. ¶ Quo tenente regnum, Æneas ab Illo Troia à Græcis expugnata, in Italiam venit: statimque bello exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, ad colloquium vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, vt & in societatem regni reciperetur; & Lauinia in matrimonium ei data, gener ascisceretur. ¶ Post hæc commune vtriusque bellum aduersus Turnum Rutulorum regem, propter fraudatas Lauiniam nuptias, fuit: in quo & Turnus & Latinus interierunt. ¶ Igitur cum Æneas iure victoriæ vtroque populo potiretur, urbem ex nomine vxoris Lauinia condidit. ¶ Bellum deinde aduersus Mezentium, regem Ethruscorum, gessit: in quo cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit: qui Lauinio relicto, longam Albam condidit, quæ (k) trecentis annis caput regni fuit.

#### NOTÆ AD LIBRVM XLIII.

Num. 1. (a) Officium ] Fortasse melius iudicium dixisset. Nullum enim ingrati tudinis officium est. Fr.

2. (b) Caput totius Orbis ] Lilius 1, 16, 7. & 25, 30, 11. Roma caput Orbis terrarum.

3. (c) Aborigines ] Hos describit Sallustius Catil. 6. genui hominum æque, sine lege, sine imperio, liberum atque solutum. Lucem adferet huic toti loco Dionysius Halic. 1, 10, & seqq.

Ibid. (d) Indiuisum omnibus ] Tibullus 1, 3, 43. de Saturnio regno: Non domus vlla fore habuit: non fixus in agris Qui regeret certis finibus arua lapis. Adde Macrobius Saturnal. 1, 2.

5. (e) Saturnia &c. ] Vide Tertullian. Apoget. cap. 10. f. Macrobius Saturnal. 1, 7.

6. (f) Pallanteo ] Stephanus: Palantium urbis Arcadiæ. De Palatio

lario vide Virgilium 1. Æneid. Varronem 4. de ling. Lat. & Festum: Ovidii fastos: Propertii lib. 4. B.

7. (g) *Lyceus* Ouid. Fastror. 2. 424.

*Faunus in Arcadia templi Lyceus habet.*

8. (h) *Fatua* Soror eademque coniux Fauni: quam *Fatnam* nominatam tradit C. Bassus, quod mulieribus sara canere consuevisset, vt Faunus viris. Lactantius lib. 1. Vide Seruium in illud Æneid. 6. 775.

*castrumque Inui, Bolamque, Coramque.*

Et Æn. 7. 47.

*Hunc Fauno & nymphagenium Laurente Marica*

*Accepimus.*

Quo loco Virgilius à Trogo dissidet, facit enim Latinum Fauni & Maricæ filium. B. Sed quis in hinc talibus à poeta iuratos eni- gat, cum etiam historici inter se non conueniant?

Ibid. (i) *Velut per farorem* Seruius ad illud Virgilii Æn. 3. 443.

*Insanam ratem adspicit, quæ tupe sub ima Fœta canit.*

*Insanam* hoc est deo plenam, & vat. in. tritum. à Grecorum tractum etymologia, qui *παύσιες* dicitur *τῆς παύσεως* appellauerunt. Nam sup. a sensu humano intelligentia, furor & insania dicitur, teste Cicerone de diuinat. 1. 31. Huic præstantissima rei nomen nostri a diuis, Græci (vt Plato interpretatur) a furore dixerunt, præter furoris diuinationem *Sibyllinis* maxime versibus contineri arbitrati. Sane Picus Mirandula lib. 9. de prænotione, futura prænotendi & reuelandi minus feminis præ maribus ideo datum arbitratur, quod magis fatuus ille sexus sit. Exempla sunt in Tacito 14. 32. 2. Curtio 8. 6. 22. Zonaræ Leone Armenio, & passim.

13. (k) *Trecentis annis* Virgilius Æn. 1. 276. de Albano regno:

*Hic iam trecentum totos regnabit annos.*

Strabo tamen lib. 5. pag. 158. 46. *quadringentos* annos ab Albæ conditu ad Amulium Numitoremque postremos Albæ reges, numerat.

## CAP. II.

Post multos deinde vrbis huius reges, ad postremum Numitor & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cum ætate priorem Numitorem oppressisset, (a) filiam eius Rheam in perpetuam virginitatem, ne quis vindex regni sexus virilis ex gente Numitoris oriretur, demersit: addita iniu-

riæ

riæ specie honoris, vt non damnata, sed sacerdos electa videretur. Igitur clausa in luco Marti sacro, duos pueros, incertum stupro, an ex Marte conceptos, enixa est. Quo cognito, Amulius multiplicato metu prouentu duorum, pueros exponi iubet; & puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria decessit. Sed (b) fortuna origini Romanæ prospiciens, pueros lupa alendos obtulit: quæ amissis catulis, distenta vbera exinanire cupiens, nutricem se infansibus præbuit. Quum sæpius ad paruulos veluti ad catulos reuerteretur, rem Faustulus pastor animaduertit, subtractosque feræ, inter greges pecorum agrestis vita nutrit. Martios pueros fuisse, siue quod in luco Martis enixi sunt, siue quod à lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, velut manifestis argumentis creditum. Nomina pueris, alteri *Remo*, alteri *Romulo* fuere. Adultis inter pastores, de virtute quotidiana certamina, & vires & pernicitatem auxere. Igitur cum latrones à rapina pecorum industrie frequenterque summouerent, Remus ab iisdem latronibus captus, veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offertur; (c) crimini datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc à rege Numitori in vltionem traditur.

10 Sed Numitor adolescentia iuuenis permotus, & in suspicionem expositi nepotis adductus, cum eum nunc lineamentorum filiz similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruens, anxium tenerent, repente Faustulus cum Romulo superuenit: à quo cognita origine puerorum, facta conspiratione, & adolescentes in vltionem maternæ necis, & Numitor in vindictam erepti regni armantur.

Num.



Num. 1. (a) *Filiam eius Rheanum* ] *Quæ & Silvia*. Apud Ælium var. 7. 16. mendose legitur *Ægla*, pro *Vid. Sila*. Quæ hic de vrbis origine referuntur, perculgata sunt. B.

5. (b) *Fortuna origins Rom. prosp.* ] Manilius Astron. lib. 4. princ. ostenditur, quod

*Fata regant orbem, certa sicut omnia lege,*  
postea subicit:

*At nisi fata dat. ut lege vitæque necique,  
Fugissent ignis. Encaon, Troia sub vno  
Non cursa viro fato vicisset in ipso,  
Aut Lupa prociâto nutriti: Matris fratres.*

9. (c) *Criminis datur* ] *Mss. Fuldenfes, criminaturque*. Mod.

CAP. III.

Occiso Amulio, regnum Numitori restituitur, & vrbis Romana ab adolescentibus conditur. ¶ Tunc & senatus centum seniorum, qui patres dicti sunt, constituitur: tunc & vicinis conubia pastorum dedignantibus, virgines Sabinæ rapiuntur; finitimisque populis armis subiectis, primum Italiæ, & mox orbis imperium quasi-tum. ¶ Per ea adhuc tempora (a) reges hastas pro diademate habebant, quas Græci *septrâ* dixere. Nam & ab origine rerû, (b) pro diis immortalibus veteres, hastas coluere: ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum simulacris hæc adduntur. ¶ Temporibus Tarquini regis, ex Asia (c) Phocensium iuuentus, ostio Tyberis inuecta, amicitiam cum Romanis iunxit: inde in vltimos Galliæ sinus nauibus profecta, (d) Massiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit: magnasque res, siue dum armis se aduersus Gallicam feritatem tentur, siue dum vltro laceffunt, à quibus fuerant ante laceffiti, gesserunt. ¶ Namque Phocenses exiguitate ac macie terræ coacti, studiosius mare

mare quàm terras exercuere: piscando, mercando, plerunque etiam (e) latrocinio maris (quod illis temporibus gloriæ habebatur) vitam tolerabant. ¶ Itaque in vltimam Oceani oram procedere ausi, in finem Gallicum ostio Rhodani amnis deuenerunt. ¶ Cuius loci amœnitate capti, reuerfi domum, referentes quæ viderant, plures sollicitare. Duces classis Simos & Protis fuere ¶ Itaque regem (f) Segobrigiorum, Nannum nomine, in cuius sinibus vrbem condere gestiebant, amicitiam petentes conueniunt. ¶ Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filia erat: quam more gentis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illic parabat. ¶ Itaque cum ad nuptias inuitati omnes processissent, rogantur etiam Græci hospites ad conuiuium. ¶ Introducta deinde virgo, cum iuberetur à patre *aquam porrigere ei quem virum eligeret*, tunc omnis omnibus ad Græcos conuersa, (g) aquam Proti porrigit: qui factus ex hospite gener, locum condendæ vrbis à focero accepit. ¶ Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. ¶ SED Ligures incrementis vrbis inuidentes, Græcos assiduus bellis fatigabant. Qui pericula propulsanda in tantum enituerunt, vt victis hostibus, in captiuis agris multas (h) colonias constituerent.

Num. 3. (a) *Reges hastas* ] Inde Homero *σκηπηφόροι* (septrigeri) reges. Supra 23. 4. 10. cum Hieroni aquila in clypeo, nodus in hasta confedisset, consilio cautum, & manu promptum, regemque futurum significabatur. Pausanias in Beoticis Chæronenses refert, ex Diis septrum colere, quod Vulcanus Ioni fabricauit, & id hastam vocare. B. Adde Turneb. Aduersar. 22. 12. vbi tamen quod mulieres non solitas dicitur hastam gerere, diuersum habet scientissimus antiquitatis Apollinaris Carm. 2. 17. 432.

Ibid.

Ibid. (b) *Pro diu haſta col.* ] Turnebus Aduerſar. 3, 16. ex Virgil. Ænicid. 12, 95. *Æſchylo* in ſept. ad Theb. v. 483. & Valer. Flacco 2, 707. Adde parœmiographos in *Cœni haſta*.

4. (c) *Phocœſiam* ] *Φωκæſίαν* ſcribunt Græci, id eſt *Phocœſiam*, à Phocæa Ioniz vrbe. Gellius 10, 16. *terram Phocœidem* dicit. B. Hinc Luciano 3, 301. *Phocæu inuentus* pro Maſſilienſibus: & Sillio 4, 52. *Phocæica ora*, id eſt, Maſſilienſis: quorum ager ſuburbicatus in Itineraria Tabula *Gyæcia* dicitur.

Ibid. (d) *Maſſiliam* ] De Maſſilia vide Strabonem lib. 4. Solinum cap. 8. Ammianum 15, 23, & Gellium 10, 16. Hi conditam Maſſiliam à Phocœenſibus Perſicam ſeruiturum fugientibus referunt, cum ipſarum vrbs ab Harpalo (Harpagum vocat Herodotus libro 1.) obſideretur. Plutarchus in Solone c. 3. conditam ſcribit à *Proto*: eum Iuſtinus 43, 3, 8. *Proto* vocat. Piutarchi ſenſum non ſunt aſſequuti interpretes. B. Maſſilia à Phocœnſibus condita meminit & Thucydides 1, 3, 9. item Lilius 34, 95. Vrbs etymon ex Timæo Stephanus indicat. Ejus de conditu accurate Scaliger Animaduert. in Eufebii Chronicon pag. 80. & ſeq.

5. (e) *Latrocinis, quod glor. hab.* ] Hinc illa apud Homerum *Odyſſæ* 3, 71. *amica interrogatio. An: ratione ſibi* ex qua Thucydides 1, 22. probat, latrocinium apud veteres Græcos probo non fuiſſe: quod & de præſcis Germanis allerit Cæſar bell. Gall. 6, 23. itemque de Tartariſi Sigifm. Herberſenius in Commentar. rer. Moſcouiticar. Vide l. vii. ff. de Collegiis.

8. (f) *Segobrigiorum* ] *Quidam* Vett. *Segobriorum*. Qui ſint hi Galliz populi, non memini legere. Plinius 3, 3. *Segobriges* in Celtiberia collocat, & Strabo *Segobrigam*. In Gallia Narbonenſi ſunt *Segaunni*, qui Plinio 3, 4. dicuntur *Segouelanis*: quo pacto hic forte ſiſſe reponendum eſt. B.

11. (g) *Aquam Proti porr.* ] Alter ex manu exaratis codicibus Pudentibus, *agnam manibus Proti porr. Mod.*

13. (h) *Colonia conſt.* ] Ad vocandos nimirum hoſtes. *Qua cauſa coloniam ſedem ſeruatiua vocat* Tacitus Agt. 16, 2. *Æque coenium* egre patiuntur velut *arecæ ſui finibus à Romanis impoſitam*. Liu. 10, 1, 7. *Oppida ab Alexandro condita velut frangi domitarum gentium erant*. Curtius 7, 10, 25. *Condita ab Alexandro vrbes. & colonia repletæ, res nouæ euepiunt buſ obſtant*. Idem 10, 2, 2.

## CAP. IV.

**A**b his igitur Galli, & vſu vitæ cultioris, depoſita & manuefacta barbaria, & agrorum cultus,

cultus, & vrbes mœnibus cingere didicerunt.  
 2 || Tunc & legibus, non armis viuere, tunc & vitam putare, tunc oliuam ferere conſueuerunt: adeoque magnus & hœminibus & rebus impoſitus eſt nitor; vti non Græcia in Galliam emiſſaſſe, ſed Gallia in Græciam tranſlata videretur. || Mortuo rege Nanno Segobrigiorum, à quo locus acceptus condenda vrbs fuerat, cum regno filius eius (a) Comanus ſuceceſſiſſet, aſſirmante regulo quodam, quandoque Maſſiliam exitio ſinitimis populis futuram, opprimendamque in ipſo ortu; ne mox *vidiſor ipſum obrueret*. || Subnecit & illam fabulam: *Canem aliquando parvum grauidam locum à paſtore precario petiſſe, in quo pareret: quo obrento, iterato petiſſe vt ſibi edacare eodem in loco catulos liceret: ad poſtremum adultus catulus ſultam domeſtico præſidio, proprietatem loci ſibi vindicaſſe*. || Non aliter Maſſilienſes, qui nunc iniquiſimi videantur, quandoque dominos regionum futuros. || His incitatus rex, inſidias Maſſilienſibus extruit. Itaque ſollemnium Floraliorum die, multos fortes ac ſtrenuos viros hoſpitiu iure in vrbem miſit: plures ſcirpiis latentes, frondibus que ſupertectos induci vehiculis iubet; || & ipſe cum exercitu in proximis montibus deliteſcit; vt quam nocte à prædictis aperta portæ forent, tempeſtiue ad inſidias adeſſet; vrbeque; (b) ſomno  
 8 ac vino ſepultam armatis inuaderet. || SED HAS inſidias (c) mulier quædam, regis cognata, prodidit, quæ adulterare cum Græco adolescente ſolita, in amplexu iuuenis, (d) miſerata formæ eius,  
 9 inſidias aperuit, periculumque declinare iubet. || Ille rem ſtatim ad magiſtratus deſert; atque ita patefactis inſidiis, cuncti Ligures comprehenduntur,  
 K k laten-

latentesque de scirpis protrahuntur. || Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiae tenduntur. Cæsa sunt cum ipso rege hostium septem millia. || **EXINDE** Massilienses festis diebus portas claudere, vigiliis agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, (e) curas habere, ac veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire. || **APDE** illic bene instituta, non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine seruantur.

Num. 1. & 2. ] Massiliensium instituta præclara tradit Val. Max. 2, 6, 7. & Strabo sub initium libri 4. Tacitus Agric. c. 4. locum vocat *Græca civitate & protuicelali parcimonia misium; beneque temperantem.* Adde Ciceronem pro Flacco cap. 26.

3. (a) *Comanus* ] Ptolemæus Massilium vocat *Κομανίων πόλις*, forte ab hoc rege, aut eiusdem nominis alio. Plinius tamen circa Massilium Cenomannum habitasse in Volcis; refert. vnde dubito, an in Ptolemæo mendum sit. B.

4. 5. ] Vide adagium, *Hostes indigenas.* Exempla sunt apud Thucydidem 2, 13, 4. Liuium 4, 37, 3. &c.

7. (b) *Somno ac vino sepulcra* ] Mutuo sumptum à Virgil. Æn. 2, 265.

8. (c) *Mulier quadam* ] Sæpius à mulierculis arcana conuinatorum in vulgus manant, Piccartus obseruation. de 7, c. 3. exemplis nonnullis ostendit: quibus addatur relata à Liuiio 27, 17, 9. ] ut archo in Alexandro c. 36. & orat. 2. de fortun. Alex. cap. 17. Non. p. 10, 52, 5.

Ibid. (d) *Miserata forma* ] *Miserata forma*, rectius fuit opinor; vt & 1, 3, 6. Modius *miserata formam.* Quomodo Cæsar bell. Gall. 1, 39. *Magnum periculum miserabantur.* Et Virgilius Æn. 12, 242.

*Turri sortem miserabantur iniquam.*

Et autor ipse 8, 5, 13. & 12, 5, 4. &c.

11. 12. ] Confer hisce Græcos Emporiis habitantes, apud Liuium 34, 9, 4. & seqq.

11. (e) *Curas habere* ] hoc est, curioso seruari. Non dissimiliter etiam agere posuit Lampadius in Al. Scæstro cap. 64. vbi Salmast.

## CAP. V.

1 **P**ost hæc magna illis cum Liguribus; magna cum Gallis fuit bella: quæ res, & vrbs gloria auxit; & virtutem Græcorum, multiplicata victoria, celebrem inter finitimos reddidit. || Carthaginensium (a) quoque exercitus, cum bellum captus piscatorum nauibus ortum esset, saepe fuderunt; pacemque victis dederunt: || cum Hispanis amicitiam iunxerunt: cum Romanis prope ab initio condita vrbs fœdus summa fide custodierunt; auxiliisque in omnibus bellis industrie socios iunxerunt. **QVÆ** res illis & virtuum fiduciam auxit; & pacem ab hostibus præstitit.

2 **C**um igitur Massilia fama rerum gestarum, & abundantia opum, & virtutis gloria virente floreret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum; veluti ad commune extinguendum incendiium concurrunt. || Dux consensus omnium Carumandus regulus eligitur; qui cum magno exercitu lectissimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie tota mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, vltro pacem cum

3 **M**assiliensibus fecit; || petitoque vt intrare illi urbem; & deos eorum adorare liceret, cum in arcem Mineræ venisset, conspecto in porticibus (b) simulacro dæ, quam per quietem videret, repente exclamat, *illam esse, quæ se nocte exterruisset; illam quæ*

4 *recedere ab obsidione iussisset.* || Gratulatusque Massiliensibus, quod animaduertentes eos ad curam deorum immortalium pertinere; torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus.

liensibus iunxit. ¶ Parta pace, & securitate fun-  
data, reuertentes à Delphis Massiliensium legati,  
quò missi munera Apollini tulerant, audierunt  
urbem Romanam à Gallis captam, incensamque.  
¶ Quam rem domi nuntiata (c) publico fune  
Massilienses prosequuti sunt: aurumque & ar-  
gentum publicum priuatumque contulerunt,  
ad explendū pondus Gallis, à quibus redemptam  
pacem cognouerant. ¶ Ob quod meritum & (d)  
immunitas illis decreta, & locus spectaculorum  
(e) in senatu datus, & fœdus æquo iure percuf-  
sum. ¶ In postremo libro, Trogus maiores suos  
à (f) Vocontiiis originem ducere; auum suum  
Trogum Pompeium, Sertoriano bello, ciuitatem  
à Cn. Pompeio percepisse dicit: ¶ patrum Mi-  
thridatico bello turmas equitū sub eodem Pom-  
peio duxisse: patrem quoque sub Cajo Cæsare  
militasse, epistolarumque (g) & legationum, si-  
mul & (h) anuli curam habuisse.

Num. 2. (a) *Carthagin. quoque exercitus* ] Thucydides 1, 3, 9. *Phœ-  
censes, qui Massiliam considerant, mari Carthaginenses deuicerunt.* B.  
Adde Herodotum 1, 166.

6. (b) *Simulacro deo* ] Quod sedens fuisse in Massilia, Strabo  
refert lib. 13. B.

9. (c) *Publico funere* ] Indi & scilicet à senatu iustitio publi-  
coque luctu. De hoc honoris genere vide Kirchman. fun. Rom. 1, 6.

10. (d) *In munera* ] Scilicet à tributis & redigalibus. Apud  
Suetonium in Aug. c. 40. Augustus Liuiz pro quodam tributatio  
Gallo roganti, ciuitatem negauit, immunitatem obtulit, puta ne  
pothac esset tributarius. Quales an Romanis Massilienses antea  
fuerint, haud ab re dubites: quippe focia ciuitas & amica: quam  
Cesar & secuti Principes etiam post graues offensas liberam con-  
seruarunt, teste Strabone lib. 4. pag. 125, 40. Vide tamen immuni-  
tatis libertatisque discrimen apud Liuium 45, 26, 11, 12, 13.

Ibid. (e) *In senatu* ] Eadem phrasi sic usus Suetonius Claud. 25,  
16. dicit Aemilius sedisse in senatu, hoc est, vt ibidem explicatur, in

*Orig.*

*Orehesta*, seu loco ad Theatri radices scenæ proximo, ex quo Sena-  
tores spectabant, ita spectare in Equite dixit Suetonius Domit. 8, 7.  
hoc est, in equestribus subsellis, seu Equitum cuneis, lungit Ter-  
tullianus in lib. de spectaculis: *arceri senatu & equite*, hoc est, ho-  
nestioribus theatri locis, de quibus omnino videndi, Lipsius Am-  
plith. c. 14. & P. Faber Semeft. 2, 6.

11. (f) *Vocontii* ] Vnlo inepte, à *Volcia*: cui lectiōi Volca,  
Galliz ad Rhodanum populi, causam dedecunt. Vocontii sunt in  
Gallia Narbonensi, qui in Ptolemæo mendose ὀκονδίοι, pro ὀ-  
κοντίοι Est & *Masilia* eiusdem Narbonensis Galliz ciuitas, inde  
occasione sumpfit Trogus originem suam edisserendi. B. Plinius  
3, 4. fin. & 7, 18. Vocontios *federatiam* Romanis gentem appellat.

12. (g) *Legationum* ] Legationes suscipere, & ad Principem  
admittere, sub criticibus Principibus fuisse munus Magistrū of-  
ficiozum, interdum Magistrū epistolazum, obseruauit autor Noti-  
tiz vtriusque Imperii. Apud Persas id munus gestit chiliarchus  
seu tribunus militum, qui secundum imperii gradum tenebat,  
Probus in Conone, & Alianus var. 1, 21. In Ægypto, Nicanorem  
excipiendis Legatis à Ptolemæo præpositum scribit Iosephus an-  
tiq. 12, 2. m.

Ibid. (h) *Anuli curam* ] Quam etiam ab Imp. Augusto Mæce-  
nati atque Agrippæ, & Muciano à Vespasiano commissam ex Dio-  
ne & eius epitomatore docet V. C. Ioan. Kirchmannus lib. de anu-  
lis cap. 6.

## POMPEII TROGI EPITOMA HISTO-

R I A R V M.

### LIBER XLIV.

C A P. I.

1 Hispania (a) sicuti Europæ terminos claudit,  
2 ita & huius operis finis futura est. ¶ Hanc ve-  
3 teres ab Ibero amne primum Iberiam, postea ab  
4 Hispano Hispaniam cognominauerunt. ¶ Hæc in-  
ter Africam & Galliam posita, Oceani freto, &  
Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor vtraq;  
terra, ita vtraq; (b) fertilior. ¶ Nā neq; vt Africa vio-

Kk 3 lento





## CAP. II.

**C**orpora hominum ad inedia[m], laboremque, **1**  
 (a) animi ad mortem parati. Dura omnibus &  
 adstricta parcimonia. || Bellum quàm otium ma- **2**  
 lunt: (b) si extraneus deest, domi hostem quærunt.  
 || Saepe tormentis pro silentio rerum creditur **3**  
 immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura,  
 quàm vita. || Celebratur (c) etiã bello Punico serui **4**  
 illius patientia, qui vltus dominum inter tormen-  
 ta risu exultauit, serenaque letitia crudelitatem  
 torquentium vicit. || Velocitas genti pernix; in- **5**  
 quietus animus: plurimis militares equi, (d) & arma,  
 sanguine ipforum cariora (e) Nullus in festos dies  
 epularum apparatus. || Aqua (f) calida lauari, post **6**  
 secundum bellum Punicum à Romanis didicere.  
 || In (g) tanta saeculorum ferie nullus illis dux ma- **7**  
 gnus, præter Viriatum, fuit: qui (h) annis decem, Ro-  
 manos varia victoria fatigauit, (adeo feris propio-  
 ra, quàm hominibus ingenia gerunt) quem ipsum  
 non iudicio populi electum, sed vt cauendi scien- **8**  
 tem, declinandorumque periculorum peritum,  
 sequuti sunt. || Cuius ea virtus contentiaque fuit, **8**  
 vt cum Consulares exercitus frequenter vicerit,  
 tantis rebus gestis non armorum, non vestis cul-  
 tum, non denique victum mutauerit: sed in eo ha-  
 bitu, quo primum bellare cepit, perseuerauerit;  
 vt quiuis gregarius miles ipso imperatore opu-  
 lentior videretur.

Num. 1. (a) *Animi ad mortem parati*] Silius Ital. 1, 225. de Hi-  
 spanis:

*Prodigæ genti animi, & prosperare facilissima mortem.  
 Namque ubi transcendit florentes viribus annos,*

Impo-

*Impatienti spernit nouisse senectam,*

*Et sati modum in dextera est.*

2. (b) *Si extraneus, &c.*] Nulla magna ciuitas (nec vlla bellicosa  
 natio) diu quiescere potest. Si foris hostem non habeat, domi inueniet.  
 Lilius 30, 44, 6. Quo consilio etiamnum apud Hispanos foris ar-  
 ma, domi quies.

4. (c) *Celebratur etiam*] Vide Lilium 26, 2, 6. Valerium Maxi-  
 mum 3, 3. fin. B. Exemplum Hisp. constantie in tormentis, ha-  
 bet etiam Tacitus Annal. 4, 45. & Strabo lib. 3. pag. 114, 25. Adde  
 supr. 259, 4. & Plinium 7, 23.

5. (d) *Ex arma sanguine ipsi cariora*] Lilius 34, 17, 6. Hispanos  
 plerosque sibi manus attulisse referit ob adempta arma, seu exiens,  
 inquit, nullam usam rati sine armis esse. S. Silius Ital. 3, 330.

*Nec vitam sine Marte pati: quippe omni in armis  
 Lucem auspicia, & damnatum viuere pati.*

Adde notata supr. ad 33, 2, 3. & 4.

Ibid. (e) *Nullus epul. appar.*] Plinius 16, 3. scribit, eos quo suo  
 glandem in secundis mensis habuisse, Quin ex glandium farina etiam  
 panem confecisse, docet Strabo lib. 3. Quamuis ditissimi, aquam  
 bibebant, vt videre est apud Athenam 2, 6.

6. (f) *Aqua calida lau.*] Id quod iam olim deliciarum nomi-  
 netaxatum apparet ex Homero Odyss. 3, 243. & illo Hermippi  
 Comici veteris:

*Μὲν δὲ ἂν ῥῆναι τοῖς μεθύουσιν τὸν εἶδεα καὶ  
 τὸν ἀναιδῶν, εἰδὲ θερμολευγῆναι ἂν πρὸς αἶμα.*

*Sed inebriari non decet virum probum,  
 Calida aut lauare: qua facere tam in sales.*

Sanè Boudica (quæ Tacito Boudicæ) regina Britannica, in ora-  
 tione ad exercitum, Romanos nec viros ait appellandos, quod calida  
 lauentur. Dionis abbreviator in Nerone pag. 172. f. Quod Germa-  
 nis exculatus est, ut apud quos plurimum hiemis occupat. Tacit. Ger-  
 man. c. 22. Qui idem inter delinquentia victorum, quibus Romani  
 Britannos denique iugi patientiores reddidere, Balnea quoque; nu-  
 merat in Agr. c. 21. Fortissimos Spartanos, quos prointus (Senecæ ver-  
 bo) facit Plutarchus in Alcibiade c. 40.

7. (g) *In tanta saeculorum serie*] Insidiatricem enim ac predatri-  
 cem vitam saltati sunt: parua ausi, magna vero non aggressi, &c. Stra-  
 bo lib. 3. pag. 109, 7. B.

Ibid. (h) *Annis decem*] Cum Viriato bellum gestum annos  
 quatuordecim Flor. 2, 17, 25. & Orosius 5, 4. scribunt. B. Vide om-  
 ninio Liplium Not. 172. ad lib. 2. Vell. Paterculi.

8. (i) *Non vestu cultum &c.*] Talis Orho apud Tacitum Hist. 2,  
 11, 8. Talis Carinus, seu potius Carus, apud Synefium orat. de rep-  
 gno, pag. 13.

## CAP. III.

In (a) Lusitanis juxta fluvium Tagum, vento  
 1 equas fetus concipere multi auctores prodide-  
 re: quæ fabulæ ex equarum fecunditate, & gre-  
 gum multitudine natæ sunt: qui tanti in Gallecia,  
 & Lusitania, ac tam pernices visuntur, vt non  
 immerito vento ipso concepti videantur. || Galleci  
 2 (b) autem Græcam sibi originem asserunt. Siqui-  
 dem post finem Troiani belli, Teucrum morte  
 Aiæcis fratris inuisum patri Telamoni, quum  
 non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse,  
 atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salami-  
 nam condidisse. Inde accepta opinione Paternæ  
 mortis, patriam repetisse. || Sed quum ab Euryface  
 3 Aiæcis filio, accessu prohiberetur, Hispaniæ litto-  
 ribus appulsus, loca, vbi nunc (c) est Carthago no-  
 ua, occupasse: inde Gallæciam transisse; & positis  
 sedibus genti nomen dedisse. || Gallæciæ autem  
 4 portio, (d) Amphilochi dicuntur. Regio cum  
 æris ac plumbi vberissima, tum & (e) minio, quod  
 etiam vicino flumini nomen dedit. || Auro (f) quò-  
 5 que ditissima, adeo vt etiam aratro frequenter  
 glebas aureas excendant. || In huius gentis fini-  
 6 bus sacer mons est, quem ferro violari nefas habe-  
 tur: sed si quando fulgure terra profecissa est, quæ  
 in his locis assidue res est, detectum aurum velut  
 dei munus colligere permittitur. || Femiinæ (g) res  
 7 domesticas, agrorumque culturas administrant:  
 ipsi armis, & rapinis seruiunt. || Præcipua his qui-  
 8 dem ferri materia, sed aqua ipso ferro violentior:  
 quippe temperamento eius, ferrum acrius reddi-  
 tur: nec vllum apud eos telum probatur, quod

non aut Bilbili fluuiio, aut Chalybe tinguatur:  
 9 || Vnde etiam Chalybes, fluuii huius finitimi appel-  
 lati; ferroque ceteris præstare dicuntur.

Num. 1. (a) In Lusitania Rem incredibilem dicit Varro, sed veram,  
 lib. 2. de rustica esp. 1. & Columell. 6. 27. & Plinius 8. 42. Vide  
 & Maronem Georgic. 3. 273. B. Adde citatos & comprobatos à  
 Ludon. Carrione Emenation. 1. 17. & 2. 4. Franciscus tamen Fer-  
 nandus de Cordoua Hispanis, illam narrationem de equabus Hi-  
 spanicis vento concipientibus, esse commentitiam, & autorita-  
 te, & ratione, & experientia docet in Didacticalia multiplici. cap.  
 41. In quam sententiam concedit & Ioan. Wovverius Polymath.  
 cap. 11. pr.

2. (b) Gallæci] A quibus deus dicit Decimus Brutus Gallæci di-  
 ctus. Hi Straboni lib. 3. pag. 115. 14. sunt Καλλαινοί & 105. 3. Brutus  
 Καλλαινοί. Idem 105. 30. non ipsum Teucrum ibi condidisse,  
 sed quosdam qui Teucrum in bellum fuerant secuti. B.

3. (c) Carthago noua] Silius Italicus 3. 168.  
 De] Carthago vixit Teuira fundata vestigio.  
 Quem verum cum historica veritate pugnare, demonstrat Lud.  
 Nonius Hispan. cap. 66.

4. (d) Amphilochi] De his lege Strabonem lib. 3. pag. 108. 38. B.  
 Ibid. (e) Minio, quod etiam] Minius amnis, Plinius 4. 20. qui &  
 Eurytis, Straboni: cui Sacer mons est ἱερόν ἀρρολιότος de quo idem  
 initio libri 3. B.

5. (f) Auro] Meminit auratarum Hispanicarum & sacra Scri-  
 ptura Maccab. 1. 8. 3.

7. (g) Femiinæ] Hunc ipsum & alios Gallæcorum mores gra-  
 phice describit Silius Italicus lib. 3. v. 344. cum seqq.

8. 9.] De his consulendus Hieronymus Magius Miscell. 2. 8.

## CAP. IV.

Saltus vero (a) Tartesiorum, in quibus Titanas  
 1 bellum aduersus deos gessisse proditur, inco-  
 luere Curetes: quorum rex vetustissimus (b) Gar-  
 goris, mellis colligendi vsus primus inuenit.  
 2 || Huic cum ex filia stupro nepos prouenisset, pu-  
 dore

dore flagitii variis generibus extingui paruum voluit: sed per omnes casus fortuna quadam seruatus, ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione peruenit. || Primum omnium cum eum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est vario ferarum lacte nutritus. || Deinde relatum domum, tramite angusto, per quem armenta commeari consueuerant, proici iubet: crudelis proffus qui proculcarinepotem, quam simplici morte interfici maluit. || Ibi quoque cum inuiolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis, & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suis obiecit. || Itaque cum non solum non noceretur, verum etiam quarundam vberibus aleretur, ad vltimum in Oceanum abiici iussit. || Tum plane manifesto quodam numine inter furentes æstus, ac reciprocantes vndas, velut naue non fluctu veheretur, leni sale in littore exponitur. || nec multo post cerua affuit, quæ vbera paruulo offerret. Inde denique conuersatione nutricis eximia puero pernitas fuit; interque ceruorum greges diu montes saltusque, haud inferior velocitate peragravit. || Ad postremum laqueo captus, regi dono datus est. Tunc & lineamentorum similitudine, & notis corporis, quæ inultæ paruulo fuerant, nepos agnitus. || Admiratione deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. || Nomen illi impositum *Habidis*: qui vt regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, vt non frustra deorum maiestate tot periculis ereptus videretur: quippe barbarum populum legibus iunxit; & boues primus aratro domari, frum-

men-

mentaque sulco quærere docuit; & ex agresti cibo mitiora vesci, odio eorum quæ ipse passus fuerat, homines coëgit. || (d) Huius casus fabulosi videretur, nisi & Romanorum conditores (e) lupa nutriti, & Cyrus rex Persarum (f) canè alicui prodetur. || Ab hoc & ministeria seruuia populo interdita, & plebs in septem vrbes diuisa. Mortuo Habide regnum per multa sæcula à successoribus eius retentum est. || In alia parte Hispaniæ, (g) & quæ ex insulis constat, regnum penes Geryonem fuit. In hac, (h) tanta pabuli læticia est, vt nisi abstinentiæ (i) interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. || In dē denique armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ factæ fuere, vt (k) Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. || Porro (l) Geryonem ipsum non triplicis naturæ, vt fabulis prodicitur, fuisse ferunt: sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, vt vno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse; sed cum armenta sua rapi vidissent, amissâ bello petisse.

Num. 1. (a) *Tartarorum*] Eorum regem Arganthonium, ad quem venerint Phœnces, commemorat Herodotus 1, 61. quem annos centum viginti relet vixisse. Mem. ii. & Cicero lib. de Senectute cap. 19. Tartessos omnium bonorum affluentis esse, & cœlo salubri, maximæque aeris temperie frui: ideoque longæ uos dictos Strabo auctor est. B.

Ibid. (b) *Gargaria*] Iohannes Episcopus Gerundenis Paralipom. Hispaniæ lib. 1. *Gargaria* vocat: ejus nepotem. *Asium*. B.

6. (c) *Non saluus non nocere* ut] Ita rectè & alibi enunciantur, & nostro M. omnes habent: cum in edit. omnibus hæc uerba inueniuntur, non nocerent, fuerit. Cicero Verr. 4. *Confermat cubitatum f. ne uia m. per siluam hunc noceretis*. Et Columella lib. 2. *no. nocerit ut ei noceretur ribus*. Modus.

12. (d) *Huius casus fabulosi vid.*] Hominum huiusmodi. 1. - à

icri



feris educatorum, & agilitate ferarum quantum exempla congel-  
sit Phil. Camerarius Horar. subcl. 1. 71.

Ibid. (e) *Lupa nutritrix* Supra 42. 7. 5. Lilius 1. 4. Plutarchus Ro-  
mulo c. 5. & de Torruh. Roman. c. 12. Strabo lib. 5. Virgil. A. n. 5. 630.  
& plerique qui de origine urbis Romae tradunt. Plinius 8. 17. *Quae*  
*de insatiabilis ferarum* (sunt) *quae tritici, cum essent expositi, traduntur, sic*  
*ne et candidioribus nostris à lupa, magnitudinis ferarum acceptis ferri*  
*aquino, quam ferarum natura, arbitrat. Idem vitium Plutarcho Ro-*  
*mul. c. 11. suspectam quidam habent fabulosam & commentum; nos*  
*quam certam, quanta vis sit fortunae, non debemus ei silem detegere,*  
*reputantes autem nos, rem Romanam sine diuino aliquo auspicio & ma-*  
*gno miraculo non fuisse ex potentia progressuram.*

Ibid. (f) *Conciliator* Supra 4. 10. Lilius in lib. de Sacrifi-  
ciis post pr. A. lianus var. hist. 12. 41. Aliter Herodorus 1. 110.

14. (g) *Et quae ex insulis* Malim, *ea quae*. De Geryone quae refe-  
rentur notiora sunt, quam quae quidem notari ad ea debeat. Nar-  
ratio extat in Diodoro 4. 17. B. Meminit & Plato in Gorgia.

Ibid. (h) *Tantra pabuli latitudo* Strabo lib. 3. pag. 117. 14. scribit,  
ibi pascentium autem lac sero carere, multumque aquae ob pin-  
guedinem abundare, ut caseus cogi possit. & 50. dierum spatio pecus  
suffocari, nisi post quinque mensium quietem; diem, sanguinis mis-  
sione pinguedo castigetur. Similia de agro Catanio in Sicilia, tra-  
dit idem lib. 6. pag. 126. 3. & de Arabia Curtius 5. 1. 15.

Ibid. (i) *Interpellata sag.* Vide notatam ad 29. 5. 7.

15. (k) *Heracleum ex Asio* Hérculesi Tyriam intelligit. Vide  
Ariqnum lib. 2. B.

16. (l) *Petro Geryonem &c.* Aliter Sertius ad illa Virgilii A. n.  
7. 661.

— postquam *Laurentia* *Vulser*

*Geryone excivello Thyrsibus attingit arua.*

In hac vico: Geryones rex fuit Hispaniae; qui duo trionibus fregit,  
quia tribus insulis praesit: quae adiacent Hispaniae; Balearica ma-  
jori, & minori, & Ebusa. Fregit etiam inceptum canem habuisse,  
quia & res est, & aduali certamine plurimum potuit. Hunc Hércu-  
les occit: qui ides dicitur ab eum esse a se transvectus; quod habuerit  
nauem fortissimi & a se nauisiam. Mod.

## CAP. V.

Post regna deinde Hispaniae, primi Carthagi-  
nienfes imperium provinciae occupauere.

¶ Nam

- 2 ¶ Nam (a) cum Gaditani à Tyro, vnde & Cartha-  
ginienfibus origo est, sacra Herculis, per quietem  
iussi, in Hispaniam transfulissent, urbemque ibi  
condidissent, (b) inuidentibus incrementis nouae  
urbis finitimis Hispaniae populis, ac propterea Ga-  
ditanos bello laceffentibus, auxilium consangui-  
3 neis Carthaginienses misere. ¶ Ibi felici expedi-  
tione & Gaditanos ab iniuria vindicauerunt, &  
maiorem partem provinciae imperio suo adiece-  
4 runt. ¶ Postea quoque hortantibus primae expedi-  
tionis auspiciis, (c) Hamilcarem imperatorem  
cum magna manu ad occupandam provinciam  
miserunt: qui & ipse (d) à seruo Hispani cuius-  
dam, vlciscente domini iniustam necem, interfe-  
5 ctus est. ¶ Maior utroque Annibal imperator, Ham-  
ilcaris filius succedit. Siquidem utriusque res  
gestas supergressus, vniuersam Hispaniam do-  
muit: inde Romanis illato bello, Italiam per an-  
6 nos sexdecim variis cladibus fatigauit: ¶ cum in-  
terea Romani missis in Hispaniam (e) Scipioni-  
bus, primo Pcenos provinciam expulerunt: postea  
8 cum ipsis Hispanis grauius bella gesserunt. ¶ Nec  
prius perdomita provincia iugum Hispaniae acci-  
pere potuerunt, quam Caesar Augustus perdo-  
mito orbe, victorica ad eos arma transfulit, popu-  
lumque barbarum ac ferum, legibus ad cultio-  
nem vitae vsuum traductum, in formam provin-  
ciae redegit.

Numi 2. (a) *Cum Gaditani à Tyro* Hæc prolixè narrat Strabo  
extremo lib. 1. B. Colonias à Tyris conditas referunt Plinius 5.  
19. & Curtius 4. 4. 27.

Ibid.

Ibid. (b) *Invidentikus in rem. nou. vrb.*] Adde supra 43. 3. 13. & 43. 5. 4. Liuium 1. 9. 4. & 1. 14. 6. Tacitum 4. 63. 4. Amirat. 20. 10.

4. (c) *Hamilcarum*] Cuius cognomen *Barrac*: Lege Polybium lib. 2. Appianum in Iberica pag. 258. f. Probum in eius vita. De Hasdrubale à fetuo, cuius supra hoc ipso libro auctor meminit, interfecto, vide eosdem B.

5. (d) *Africanus*] Supr. 44. 2. 4. Val. Max. 3. 3. fin. Appianus Annib. pag. 314. d. Silius Italicus 1. 165. &c.

7. (e) *Scipionibus*] Cneum & Publium intelligit, quos *duo fulmina imperii Romani* vocat Cicero pro Balbo c. 15. Liuius lib. 45. De Hispania ab Augusto donita, lege Dionem, Suetonium, Florum, Orosium, Horatium lib. 4. od. 14.

Sed hic, vt Augusto bellicorum certaminum, ita & mihi commentationis huius, laboriosa quam gloriosa magis, finis esto: & vacuo tunc duellis orbe terrarum, Ianus Quirini ab illo clusus, leue hoc non futurum tamen inutile, opus claudat

Feliciter. B.



PRO-

PROLOGI  
HISTORIARVM  
PHILIPPICARVM  
POMPEII TROGI,

à  
IACOBO BONGARSIO  
primum editi.

*Cum Notis eiusdem:*

Quibus emendationes è Mss. codicibus Fuldensibus à FRANCISCO MODIO depromptas interposuimus.

*Cetera sunt ab èucoxia IOANNIS FREINSHEMII.*



LI FRAN.

FRANCISCO ROSÆO  
AMBIANO S.

**R**ECTE iudicas, Francisce, eum  
*Quis mores hominum multarum vidit, & vrbes,*  
ad iudicandum sapienterem, & ad agendum pa-  
ra-riorem fore. Vidisse autem non is solum putan-  
dus est, qui oculatus testis, regiones longinquas,  
& vltimas peragravit; sed & is qui & mores ho-  
minum, & regionum situs, & rerum publicarum  
conuersiones animo tenet. Sedentibus nobis, id  
præstant historicorum libri. *Vnde enim, ut est apud*  
*M. Tullium, facilius quàm ex annualium monumen-*  
*tis, aut bellicæ res, aut omnis Reip. disciplina cognosci-*  
*tur?* Itaque, dum tu Italiæ, discendi & cognoscen-  
di causa, inheres; & doctorum qui illic sunt ho-  
minum, doctis colloquiis frueris: ego historicos  
Græcos & Latinos magnam partem percurri.  
Hi mihi Iustinum emendant, & quam plurimis  
locis cæcutienti, facem prætulerunt. Reliqui  
erant in Pompeii historias, Prologi. Latine, arbi-  
tror, nunquam editi: è quibus stercores plus ex-  
hausi, quàm olim ex Augiæ cloacis, Hercules ipse:  
Sed ita contaminata erant omnia, & sæde con-  
spurcata, ut ceteris historicis, tanquam auxiliari-  
bus copiis, inter medios hostes destitutus, coactus  
tandem sim, victus, manum dare. Tu nobis isthic  
alterum Herculem quærto. Eos interim tibi,  
amicissime Francisce, amicitia nostra testifican-  
dæ, lub. mer. do dico. Gozio & Puchotio multam  
à me salutem. Vale.

LIBER HISTORIARVM  
PHILIPPICARVM, ET TO-

tius mundi origines, &  
terræ situs.

**P**rimo volumine continentur hæc. Imperium  
Allyriorum à Nino rege, vsque ad (a) Sardana-  
pallum. Post quem translatum est per (b) Arba-  
cem ad Medos, vsque ad vltimum regem Astia-  
gen: Is à nepote suo Cyro pulsus (c) regno: & Per-  
sæ regno potiti. Ut Cræso Lydia regi bellum in-  
tulit Cyrus; victumque cepit. Hic in (d) excessu  
dicti Æolicarum & Ionicarum vrbiū situs; ori-  
ginesque Lydorum, & in Italia Tuscorum. Post  
Cyrum, filius Cambyses Ægyptum domuit. Re-  
petita Ægypti origines vrbiū. Exincto Cam-  
byse, Darius occisis Magis regnum Persicum ac-  
cepit; captaque Babylone, bella Scythica molitus  
est.

IN PROLOGOS NOTÆ.

**L**ibrorum Trogi *περιεχόμενα* edere, non erat animi mei  
sententia: tam crebra, tam sæda erant in iis vulnera,  
novæ cicatrici ut locus non esset, & mihi desperata eorum  
videretur salus. Tandem & amicorum auctoritate com-  
pulsus, & meo etiam iudicio persuasus, sententiam muta-  
ui. Itaque vitam illis dedisse, hoc tempore satis sit: nam  
integram valetudinem aliis debere, facile patiar. Attamen  
ne prorsus eorum curam viderer, omisisse, periculum fa-  
ciendum duxi, an & coniecturis nostris sanari quædam  
possent: sagaciores, in cæteris *ευρωχέλις* suam exerceant.  
Namque à libris an sperandum aliquid sit, nescio: hoc  
scio septem Mss. codices, in difficillimis & contaminatissi-  
mis locis, quasi conspiratione quadam, consentire; aut

lectionum monstis certare. Vidi Italicam interpretationem, olim editam, quæ ne uno quidem loco, à librorum nostrorum scriptura discedit. Cuiusmodi sunt, Iustini abbreviatoris negligentiam detegunt; & historiarum Trogi seriem ostendunt. Auctoris nomen in libris nullum est: Nam quod in duobus legitur, *In Trogi sequitur Iustini epitoma libros*, non arbitror huc spectare; sed ad maius opus, id est vulgatam Iustini epitomam. Quisquis est, non in Iustinum, sed in Trogum argumenta scripsit, ut in Livium Florus. Nam in his quædam sunt non pauca, quæ in Iustino frustra quæras; ut non immerito integrum Trogi ipsius opus, historia desideret. Sunt autem Prologi ἰστορικῶν, singulorum librorum argumenta continentes. B.

## NOTÆ AD PROLOGUM I.

(a) *Saradnapallum*] Notauit ad Iustinum 1, 3, 1. hunc Diodoro 2, 23. esse tricesimum à Nino. Diodori locum transcripsit Georgius Monachus: cuius Chronicum opus Græce conscriptum ex bibliotheca regine matris, vsus sum beneficio Fr. Pithœi, viri & humanitate & doctrina præstantissimi. Is Diodori locum ita refert: Σαρδανάπαλλον διτριάκοντος ἔτη πύμπητον ἔην ἀπὸ Νίνου &c. Idem, ubi apud Diodorum legitur, Assyrios regnasse ἐπὶ γενεῶς τριάκοντι, habet ἐπὶ γενεῶς με. emendo λε. Et paullo post, Τετρακτύου ἡγε βασιλεύσει τῆς Ἀσίας, ὅς ἑτε ἐκαστὸς ἀπὸ Νίνου, &c. Georgius legit, Ταυτάου ἡγε βασιλεύσει τῆς Ἀσίας, ὅς ἕκαστος ἀπὸ Νίνου, &c. Sed hæc præter institutum. B.

(b) *Arbaces*] Meminit huius historix præter alios etiam Ioannes Tzetza Chil. 3. hist. 95. ubi tamen Ἀρσάκης corrupte legitur, per Ἀρβάνης.

(c) *regno*] Modius, regno est.

(d) *excessu*] Sapius hæc vox his in Prologis obuia fit: & notæ excursionum, digressionem, seu verbo Thucydidis τ, 1, 65. ἀβαλλήτων λήγου.

## PROLOGUS LIBRI I.

Secundo volumine continentur hæc: Scythiæ & Ponti situs; originesque Scythiæ, vsque ad bellum quo est impulsus Darius: qui post hanc fugam Græciæ bellum intulit, per Datis & (a) Tisafernē, quod soli (b) Athenienses tenuere. Hic origines Athenarum repetita, & reges vsque ad Pisistrati (c) tyrannidem, qua extincta ratione vice-

vicere Persas. Vt mortuo Dario filius eius Xerxes bellum Græciæ intulit: ac repetita origines Thesaliæ: expulsoque Græciæ Xerxes, bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam, vsque ad Xerxis interitum.

(a) *Tisafernen*] Ex Herodoto & Probo in vita Miltiadis, lege *Arta: heren*. B.

(b) *Athenienses tenuere*] Quæ phrasit fit, *tenuere bellum*, nondum competum est mihi, malim, *justinere*, repetitâ ex prioris vocis syllabâ, quæ propter similitudinem abforsierat.

(c) *Tyrannidem, qua ext.*] Coniectura legendum auguro, *qua extincta, ad Marathonem vic. Pers.* aut propius veterem scripturam, *tyrannidem extinctam: Quæ ratione vic. Pers.* B. Modius posteriorum Bongarii coniecturam probat: mihi prior potior videtur.

## PROLOGUS LIBRI III.

Tertio volumine continentur hæc. Vt mortuo Xerxe filius Artaxerxes, (a) pulso interfectore patris Artabano, bellum cum defectore Ægypti habuit: (b) primoque dux eius (c) Acchamenes videtur; iterum per Agabazum Ægypto recepta. Vt Græcis cum rege pacificatis, bella inter ipsos orta sint. Inde repetita Peloponnesium origines: vt ab Herculis posteris Dorico populo sit occupata. Deinde bella Argolica & (d) Messiana: (e) coalitique (f) Sicroniæ & Corinthio tyranni. Bellum (g) Criseum: & quod Athenienses primo cum Cæotis, dein cum Peloponnesius gesserunt.

(a) *Pulso interfectore*] *Legge, interfecto interfectore*. prior vox ob affinitatem sequentis ab excipiente omissa, peperit falsam lectionem, & historix contrariam. B. Modii Mss. Fuldenses, *pulsus interfectorens patri Artabano*. ex quo ille: *ultus interfectorem &c.* Vere, vt puto, nam *vleisci hostem* etiam dicimus. Vide Indicem Iustinum.

(b) *Primoque dux eius &c.*] Modii Mss. *primo dux dux eius Artamenes vsus est, iterum per Agabazum &c.* prius recepta. Sed Bongarii opera satis reliquus videtur hic locus.



(c) *Achæmenes* ] Diodorus Ἀχαιμόνης: & pro *Agabazum* lege *Metabazum*. Μεταβάζου. Diodoro lib. iii. B.

(d) *Messinica* ] Intelligit bella contra Messenios. de quibus Iulianus 3, 4. Videtur igitur legendum *Messiniaca*, aut *Messenica*. quo indice quarum suum librum insigniuit Pausanias.

(e) *Coalitique* ] Coaliscere hic idem significat, quod *coenalescere*: videturque in vñ fuisse Trogo, & propterea etiam adferenda aut relinquenda Iustino 3, 4, 1. 13, 4, 1. 36, 2, 16. Hoc sensu Iulius 1, 3, 1.

(f) *Serenia* ] Leg. *Serenia* & *Corinthi tyranni*, de quorum regno Eusebius in Chronico, & Pausanias Corinth. Bellum autem Criseum mihi neque lectum, neque auditum est: suspicor legendum *Thyreum*, de quo Herodotus 1, 82. & Eusebius Chron. B.

Historiam vide etiam apud Diodorum 15, 70. & 14, 87.

(g) *Criseum* ] Vide notam præcedentem. Rutilgerius variarum lib. 5. cap. 7. *Criseum* legendum affirmat. Crisæus sinus Straboni idem est qui Corinthiacus. bellum autem occasione Corinthiæ Tyrannidis, *Corinthiacum* appellatur, modo citato loco Diodorus tradit, quod circum ea positissimum loca gestum sit. Poruit ergo simili de causa *Criseum* appellari.

#### PROLOGUS LIBRI IV.

Quarto volumine continentur res Siculæ, ab vltima origine, vsque ad deletam Syracusis Atheniensium classem.

#### PROLOGUS LIBRI V.

Quinto volumine continentur hæc. Bellum inter Athenienses & Lacedæmonios, quod Deceleicum vocatur, vsque ad captas Athenas. Ut expulsi sunt Athenis triginta tyranni. Bellum quod Lacedæmonii in Asia cum Artaxerxe gesserunt, propter (a) Grissum initum. Hinc repetitum in excessu Cyri cum fratre bellum; & Græcorum qui sub eo militauerunt.

(a) *Grissum* ] Lege *Cyrum*, B. Adde Xenophontem Hist. Græc. lib. 3. à princ.

#### PROLOGUS LIBRI VI.

Sexto volumine continentur hæc. Bellum Lacedæmoniorum gestum in Asia cum Persicis præfectis, ducibus belli (a) Herculide & Agesilao, vsque ad prælium nauale factum (b) Cnido: quo victis

victis illis, Athenienses repetiere imperium. Dein bellum Corinthiacum, & bellum Bæotium, quo (c) euctrix & Mantinæ victi Spartani; amiserunt imperium. In Thessalia deinde Iasonis & postillum Alexandri (d) Epirei (e) coalitum atque extinctum imperium. Tum sociale bellum gestum aduersus Athenienses Achæis, & (f) Phodiis, & Byzantiis. Transiit hinc ad res Macedonicas.

(a) *Herculide* ] Vide not. ad Iustin. 6, 1, 2.

(b) *Cnido* ] Modii editio, *Cnidi*.

(c) *Euctrix* ] Scribe *Leuctru* & *Mantineæ*. E.

(d) *Epirei* ] Emenda Phetzi. Alexandri Phetzi nomen restitutum videtur & Diodoro 15, 67. sub anno 4. Olympiadis. τοι καὶ καλασίων (de Pelopida loquitur) τῆν ἀρχαίων φερεμάνιν ὅτ' Ἀλγῆνδρον τῷ Μανεδίῳ: lege ex Plutarcho in Pelopida, τῷ Φερεαίῳ B.

(e) *Coalitum* ] Vide sup. Prolog. 3. not. d.

(f) *Phodiu* ] Legendum *Phodii*. B.

#### PROLOGUS LIBRI VII.

Septimo volumine continentur origines Macedonica, regesque à conditore gentis Carano, vsque ad (a) magnum Philippum: ipsius Philippi res gestæ vsque ad captam urbem (b) Mothonem. Additæ in excessu Illyriorum & (c) Pænum origines.

(a) *Magnum Philippum* ] Ceteris regibus præstitisse & fortuna & moribus, Plutarchus in apophth. c. 29. ex Theophrasto refert. Inde ergo Philippicæ historię Trogi, quod hic regum maximus Philippus Macedonici Imperii prima fundamenta, eaque firmissima iecerit. Trogi autem historiam nihil aliud, quam Macedonicam historiam. B.

(b) *Mothonem* ] Vide not. ad Iustin. 7, 6, 14.

(c) *Pænum* ] Scribendum *Pænum*. B.

#### PROLOGUS LIBRI VIII.

Octavo volumine continentur res gestæ Philippi magni, post captam urbem Mothonem, à

principio belli Phocensis quod sacrum vocant, usque ad finem eius: (a) interfectumque huic bellum quod Philippus cum (b) Chalcidionis urbibus gessit, quarum clarissimam deleuit Olynthon. Ut Illyrici reges ab eo victi sunt; & Thracia atque Thessalia (c) ab eo subacta: & rex Epiro datus Alexander, (d) electo Aryba: & frustra Perinthos oppugnata.

(a) *Interfectum*] Lege *interiectum*que. B.

(b) *Chalcidionum*] Lege *Chalcidionum*. B. Chalcidicas urbes. τὰς χαλκιδονικὰς πόλεις appellant Diodorus 16, 53. Suidas in voce Κάλας, ubi de hac expeditione loquuntur. Thucydides 2, 15. & alibi χαλκιδίας, Chalcidionis nusquam, quod sciam, leguntur.

(c) *Ab eis subacta*] A membranis meis absunt illa, ab eis, & re. c. quid enim, cum præcesserint, statim illis hic repetitus opus est! Mod.

(d) *Electo*] Scribe *electo*. B.

PROLOGUS LIBRI IX.

Nono volumine continentur hæc. Ut Philippus à Perintho summotus. (a) Bizanti origines, à cuius obsidione summotus Philippus, Scythiæ bellum intulit. Repetita inde Scythiæ res, ab his temporibus, (b) in quibus illa (c) prius finierant, usque ad Philippi bellum quod cum Mathea, Scythiæ rege, gessit. Vnde reuersus, Græciæ bellum intulit: (d) victusque Cheroneæ, cum bella Persica moliretur, præmissa classe cum ducibus, à Pausania occupatis angustis, (e) nuptiarum filia occisus est, priusquam bella Persica inchoaret. Repetita res inde Persicæ à Dario notho, cui successit filius Artaxerxes cognomine (f) nemone: qui post fratrem Cyrum victum, pulsaque Gnido per Conona classe Lacedæmoniorum, bellum cum Euagora rege Cyprio gessit; originesque Cypri repetita.

(a) Bi-

(a) *Bizanti*] Mod. edidit *Bizanti*.

(b) *In quibus illa prius finierant*] Modius confidenter scribendum dicit, in quibus illa prius finierat, tam ex Bong. codicum scriptura, quam suorum: in quibus, illa prius finieramus quæ ad Græc. Videtur autem, si quidem malimus explicare auctores quam corrigere, retinenda longarianorum Mss. lectio, ut mendo vacans. Finierant enim passiuam vim habet, versuscenta alia. Ista porro locutio, ut illa verba rei Scythicæ referantur ad vocabulum illa, mira videri non debet, cum optimis auctoribus talia ex ciderint, sæpius ad res ipsas quam verborum constitutionem intentis. Ita Terentius Eun. 1, 2, 87. Eunuchum dixi velle te: quæ sola videntur huius (hoc est, Eunuchis) regina. Item Sa'lust. Cutil. 56, 6. Sertunio repulsi, cuius in teo ad eum magna opia concurrerant. hoc est, cuius rei, seruitiorum, ut Priscianus explicat.

(c) *Mathea*] Legendum *Athea*, docui ad Iustinum 9, 2, 1. Ponticæ gentium antiquissimum regem Atheam commemorat Florus 3, 5, pr. qui in Mss. dicitur *Ethea*. B.

(d) *Victusque*] Scribendum *victor*que. B.

(e) *Nuptiarum filia*] Deest vox *die*. B.

(f) *Nemone*] Hic & sequenti libro scribe *Anemon*. B.

PROLOGUS LIBRI X.

Decimo volumine continentur Persicæ res, ut Artaxerxes (a) Anemon pacificatus cum Euagora rege Cyprio, bellum Ægyptium in vrbe (b) Ace comparit: ipse (c) in Cadusiis victor: (d) effectores in Asia purpuratos suos persecutus, primum (e) Dopenem (f) præfectum Paphlagonæ origo repetita: Dein præfectum Hellepontii Ariobarzani: deinde in Syria præfectum Armeniæ Orontem, in (g) omnibusque victis decesserit, filio successore Ocho. Is deinde occisus optimatibus (h) Sidon accepit: Ægypto bellum (i) ter intulit. Ut post mortem Ochi regnarit (k) Arsen. (l) Deinde reus, qui cum Alexandro Macedonum rege bello conflixit.

(a) *Anemon*] Vide proxime præced. notam.

(b) *Ace*] Strabo lib. 16, pag. 521, 43. Ptolemæi magna vrbs, prius *Asseneminata*, hæc Persæ reciprocato aduersus Ægyptum vocabantur.



Phrygia maiore Aridaeum & Cliton: victus in Helleſponto nauali bello. Repetitum rurfus bellum ab Eumene per Argyraſpidas, quo victus ab Antigono, interit. Vt in Macedonia Caſſander victo (a) Polyperchontere captaque ad factorem mychia matrem Alexandri (b) Olympiadanæ obſeſſam interfecit.

(a) *Pol. per. ontere capt. aq. u.* Logendum arbitror. Polyperchontere, recepta, & a def. & c. Mychia, matrem Alexandri Olympiada, Py. dia obſeſſam interfecit. B.

(b) *Olympiadanæ*] Vide not. præcedent.

PROLOGUS LIBRI XV.

Quindecimo volumine continentur hæc: Vt Demetrius (a) Antiochi filius Gazæ victus eſt ab Ptolemæo. Vt Caſſander in Macedonia filium Alexandri regis interfecit: ac alterum (b) Polyperconutes. Vt Ptolemæum vicit claſſe Demetrius: idemque ab obſidione Rhodi ſummotus eſt. Repetita in exceſſu origo Rhodiorum: vnde digreſſus Demetrius liberauit à Caſſandro Græciam Dein pater eius Antigonus bellum cum Lyſimacho & Seleuco habuit. Repetitæ Seleuci res, & regis Indiæ Sandrocotti. Vt victus bello Antigonus interit; reliquiæque imperii ſunt à filio collectæ; & (c) Leonimidæ inde Spartani res geſtæ Corcyra & Illyrico, & in Italia, (d) qui ablata Corcyra, rex Caſſander interit.

(a) *Antiochi*] Scribe, *Antigoni*. B.

(b) *Polyperconutes*] Emenda *Polyperchontes*. Is Herculem Barſines filium corruptus à Caſſandro interfecit. Plutarchus de vitioſo pud. c. 7. Diodorus 20, 28. Pauſanias Bæot. B.

(c) *Leonimidæ*] Leg. *Lenida*. B.

(d) *Qui abl.*] Lege *qui abl.*

PROLOGUS LIBRI XVI.

Sextodecimo volumine continentur hæc. Vt mor-

mortuò Caſſandro, ortisque inter filios eius certaminibus, Demetrius adiutor alteri adhibitus, occiſo eo, Macedonia regnum tenuit: quo mox (a) euictus à Pyrrho Epiri rege, translatis in Aſiam bellis, captus à Seleuco deceſſit. Ptolemæus nuncupato ſucceſſore filio Filadelpho deceſſit. Vt Lyſimachus in Ponto captus ac miſſus (b) Andromache, rurfus in Aſia ciuitates quæ ſub Demetrio fuerant, & in Ponto Heracleæ occuparit. Repetita inde Bithynia & Heracleotica originis; tyrannique Heracleæ (c) Clearchus & Satyrus & Dionyſius, quorum filiis interfectis Lyſimachus occupauit urbem.

(a) *Euiſtus*] Probo coniecturam Modii reſcribentis eiſtus.

(b) *Andromache*] Scribe ab *Diomielate*. Iuſtino 16, 119. Doriætes dicitur. B.

(c) *Clearchus*] Lege *εὐλογῆς* Memnonis, Diodorum 15, 16, 20. hic Satyri non meminit: & Dionyſii filii eidem ſunt *Ζάθρας* & *Κλέαρχος*: ex Memnone videtur legendum *Οὐράθρας* & *Κλέαρχος*. B.

PROLOGUS LIBRI XVII.

Septimodecimo volumine continentur hæc. (a) Vt Lyſimachus occiſo filio Agathocle, per nouercam Arfinoën bellum cum rege Seleuco habuit, quo victus interit: vltimumque certamen commilitonum Alexandri fuit. Vt Seleucus amiſſis in Cappadocia cum Diodoro copiis, interfectus eſt ab Ptolemæo fratre Aſinoes vxoris Lyſimachi, in cuius vicē Ptolemæus cognomine Ceraunus, creatus ab exercitu rex, Macedoniam occupauit: bella cum Antiocho & Pyrrho compoſuit, datis Pyrrho auxiliis, quibus iret contra Romanos, deſenſum Tarentum. Inde repetitæ originis regum Epiroticorum, vſque ad Pyrrhum: ipſius.



ipſiusque Pyrrhi reſ geſtæ, priuſquam in Italiam traiecit.

(a) *Per Lyſimachum*] Vide excerpta ex Memnonis hiftoriis. B. PROLOGUS LIBRI XVIII.

Octauodecimo volumine continentur reſ à Pyrrho Epirota in Italia geſtæ contra Romanos: poſtque id bellum, & tranſitus eius in Siciliam aduerſus Carthaginienſes. Inde origines Phœnicum, & Sidonis, & (a) Veliæ (b) Carthaginum-que reſ geſtæ in exceſſu dictæ.

(a) *Veliæ*] Ex Iuſtino lege *Piceæ*. Veliam enim Strabo initio libri 6. auctor eſt à Phœcenſibus conditam. B. Alii ediderunt *Tyri*.

(b) *Carthaginumque*] Lege *Carthaginienuſumque*. B.

PROLOGUS LIBRI XIX.

Vndecimo volumine continentur reſ Carthaginienuſum (a) in Africam (b) per rubellum annorum geſtæ: & (c) in Siciliam, (d) cum Selinum Temetegantum & Gametinam & Gelam ceperunt: quo bello Dionyſius Syracuſanus, Sicilia regnum occupauit. Bellum quod cum eo (e) Phœni per Homiliconem geſſerunt, (f) quod obſidione Syracuſarum exercitum & claſſem amiſit.

(a) *In Africam*] Scribe *in Africa*. Et paulo poſt, in Sicilia. Quæ ſequuntur, ita deformata ſunt, vt nulla fere hiftoriæ ſpecies appareat. B. Retineri tamen poſſet iſta lectio. Vide not. ad Iuſtin. 3. l. 1.

(b) *Per rubellum annorum*] Ms. P. Pithæi adſcriptum habet, *per Afrubalem, Annuſearem & Annouem*, quod abſq; dubio rectum eſt. B. Modii libri, *per ſubellum annorum*. Alii edidere, *per numerum multorum annorum*.

(c) *In Siciliam*] Vide præcedent. not. a.

(d) *Cum ſelinum &c.*] Hæc ita legenda conicio: *cum Selinuntem, & Arrigentium, & Gam. & Gel. cep.* Eſt autem *Gamerina*, aliæ *Camarina*. G. & C. inuicem permutantur. *νελεύω*, gubernare: *gladius* Varroniâ clade: *ἐκκληſία* nobis eſt *egliſe*. Et in Mss. *Cobrias, Gobryas*: adici, *pro adigi*. Græcis *καταμπίνα* Strabo, Stephanus. B.

(b) *Iba-*

(e) *Phani per Homiliconem*] Scribe *Pani per Imiliconem*. B. (f) *Quod*] Modii Mss. *quaſiſidione*: ex quo ipſe facit, *quaſi obſidione*.

PROLOGUS LIBRI XX.

Viceſimo volumine continentur reſ geſtæ Dionyſii Siculi patris. Vt pulſis Pœnis Italica bella ſit molitus. Inde repetitæ origines Venetorum, & Græcorum & Gallorum qui Italiam incolunt. Deductiſque Dionyſii rebus ad interitum eius, dictæ quas Anno magnuſ in Africa geſſit.

PROLOGUS LIBRI XXI.

Vno & viceſimo volumine continentur hæc. Vt in Sicilia Dionyſius filius (a) à patre amiſſo tractarit imperium. (b) Per Dionyſium iectus bellum cum Siculis geſſit: donec amiſſis liberis & fratribus (c) Corinthum ſtatim oleonthe Carthaginienuſum bello ſit liberata Sicilia: mortuoque Piſiſtrato iterum facta ſeditio (d) arceſſiti quàm ad bello Carthaginienſes obſederunt Syracuſas: quo bello Agathocles (e) nactus imperium eſt.

(a) *A patre*] Id à videtur abundare. B.

(b) *Per Dionyſium*] Leg. *per Dionem eiecit bellum cum ſic geſſit: dem. amiſſi. lib. & fratre Corinthum ſceſſit: Vt à Timoleonte Carthaginienuſum bello, &c.* Ita quodammodo expreſſimus mentem auctoris. B.

(c) *Corinthum ſtatim &c.*] Modius mavult, *Corinthum abiit: vt à Timoleonte, &c.*

(d) *Arceſſiti quàm ad bello*] Legat. *arceſſiti a' bellum Carth. B.*

(e) *Nactus*] Impreſſi *nactus*, ſed parum inſertit, vt & ſequenti Prologo.

PROLOGUS LIBRI XXII.

Secundo & viceſimo volumine continentur hæc. Reſ geſtæ Agathoclis: vt à Pœnis nactus imperium, bellum cum ipſis geſſit: primum in Sicilia, dehinc victus, traiecit in Africam: vbi poſſeſſa prouincia Opeliam regem Cyrenarum interfe-

terfecit. Vt rursus in Siciliam reuersus, occupata totius insulae dominatione, cum reuertisset in Africam, amissis copiis, solus inde profugit in Siciliam: belloque ibi (a) repetitus, & cum Pœnis pacem composuit, & dissidentes à se Siculos subiecit.

(a) *Repetitus, &* Recte hoc quidem. Alii perperam, *repetito, cum.*

## PROLOGUS LIBRI XXIII.

Tertio & vicefimo volumine continentur hæc. Vt Agathocles domita Sicilia, bellum in Italia Bruttiis intulerit. Repetitæ inde Bruttorum origines, omnibus subactis, rex, seditione filii exheredati ac nepotis oppressus, interiit. Inter peregrinos deinde milites eius & Siculos bellum motum: quæ causa Pyrrhum regem Epiri in Siciliam adduxit: (a) bellaque Pyrrhus cum Pœnis & Mærtinis ibi gessit: (b) & à Sicilia reuersus in Italiam, victus prælio à Romanis reuertit in Epirum.

(a) *Bellaque Pyrrhus* ] Placet quod Modius edidit, *bella que Pyrrhus.*

(b) *Et à Sicilia* ] Malim, *Pr à Sic.*

## PROLOGUS LIBRI XXIV.

Quarto & vicefimo volumine (a) continentur, Bellum quod inter Antigonum Gonatam, & Antiochum Seleuci filium in Asia gestum est. Bellum quod Ptolemæus Ceraunus in Macedonia cum Monio Illyrio & Ptolemæo Lyfimachi filio habuit: utque Arsinoën sororem suam imperio Macedonicarum urbium exiit. Ipse, cum Belgio Gallorum duce congressus, interiit. Repetitæ inde Gallorum origines, qui Illyricum occuparunt; atque ut ingressi Græciam, Brenno duce, Delphis victi delectique sunt.

(a) *Con-*

(\*) *Continentur*] Modii alique edd. continentur: sed illud malo, nam ad plura pertinet.

## PROLOGUS LIBRI XXV.

Quinto & vicefimo volumine continentur hæc. Vt Antigonus Gallos deleuit: deinde cum Apollodoro Callandrea tyranno bellum habuit. Vt Galli transferint in Asiam, bellumque cum rege Antigono & (a) Bithynio gesserunt: quas regiones felini occuparunt. Vt Pyrrhus ex Italia reuersus, regno Macedoniae Antigonum exierit; (b) Lacedæmoniam obsederit; Argis interiit: filiusque eius Alexander Illyricum cum Mytilo bellum habuerit.

(a) *Bithynia*] Malim *Bithynia.*

(b) *Lacedæmoniam*] Modius edidit, *Lacedæmoniam.*

## PROLOGUS LIBRI XXVI.

Sexto & vicefimo volumine continentur hæc. Quibus in urbibus Græciæ dominationem (a) Antigonus Gonatas constituerit: Vt defectores Gallos Megaris deleuit: regemque (b) Lacedæmoniorum Area Corinthi interfecit. Dehinc cum fratris sui Crateri filio Alexandro, bellum habuerit. Vt princeps Achaiae Aratus (c) Sicyonem & Corinthum & (d) Megara occuparit. Vt in Syria rex Antiochus, cognomine Soter, altero filio occiso, altero rege nuncupato Antiocho, decesserit. Vt in Asia filius Ptolemæi regis socio Timarcho desciuerit à patre. Vt frater Antigoni Demetrius, occupato Cyrenis regno, interiit. Vt mortuo rege Antigono, filius eius Seleucus Gallinicus regnum accepit.

(a) *Antigonus Gonatas*] Tangit hæc Polybius Hist. 9, 23.

(b) *Lacedæmoniorum Area*] Modii editio, *Lacedæmonium: Arcan.*

M m

(c) *Sic.*

(c) *Sicionem*] Mod. ed. *Sisiconem*.

(d) *Megara*] Mod. ed. *Megarum*.

PROLOGUS LIBRI XXVII.

Septimo & vicesimo volumine continentur hæc. Seleuci bellum in Syria aduersus Ptolemæum. Item in Asia aduersus fratrem suum (a) Hieracem: quo bello (b) anguræ victus est à Gallis. Vtque Galli Pergamo victi (c) ab Atalozia lambitunum occiderint. Vt Ptolemæus eum denuo capere non interfecerit: & Antigonum andro prælio nauali (d) prona vicerit: (e) & à Gallinico fufus, in Mesopotamia Antiochum infinditem sibi effugit (f) Artamenem. Dein postea custode Stryponio, quo à Gallis occiso Seleucus quoque frater eius decesserit, maioremque filiorum eius (g) Epacorios occiderit.

(a) *Hieracem*] Mod. ed. *Antiochum Hier*.

(b) *Anguræ*] Straboni lib. 4. & 12. *Ἄγκυρα*, est castellum Teoslagum. Memnoni est vrbs Trogorum. B.

(c) *Ab Atalozia iam bitrunum*] Modius edidit, ab *Atalo Lambitunum*. Legè, ab *Atalo*. *Zyboem Bitlynum* (aut antiquo more, *Bitlynum*). Liu. 38, 16, 10.

(d) *Prona*] Mod. ed. *oprona*.

(e) *Et à Gallinico*] Malim, vs à *Gall*.

(f) *Artamenem &*] Totum locum ita scribo: *effugit Artamenem: dein postea custode Stryponio*, nempe Ptolemæi, cui hoc cognomen erat. Ad factum dedit huic emendationi Rurgenus in dicto cap. 7. vbi similem locum Prolog. 30. corrigitt.

(g) *Epacorios*] Leg. *Apaturius*, ex Polybio 4. 48.

PROLOGUS LIBRI XXVIII.

Octauo & vicesimo volumine continentur hæc. Vt mortuo rege Epiri Alexandro, Laudamiam Epirotæ occiderint. Dictique in excessu (a) Ba-

(a) *Bastarnici motus*. Vt (b) ex Macedonia Demetrius sit à Dardanis fufus (c) quo mortuæ filii eius Philippi suscepit Antigonusque Thessaliæ in Asiam Cariam subiecit: & adiutis Achæis contra regem Spartanum Cleomenem, cepit Lacedæmonia: amissioque regno Cleomenes (d) Spartanos confufugit Alexandriam, atque ibi interiit. Dictum in excessu bellum Illyticum, quod Romani gessere cum (e) Teuta.

(a) *Bastarnici*] Mod. ed. *Bastarnarum*.

(b) *Ex Macedonia*] Mod. ed. optimè, *Rex Macedonia*.

(c) *Quo mortuæ &c.*] Legendum arbitror, *quo mortuo Thesaliam filii eius Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Asiam, Cariam subiecit*. Sed periculosa, si deficit historia, conjectura. B.

(d) *Spartanos*] Mod. ed. *Spartanus*.

(e) *Teuta*] Florus 2, 5, 2. habet *Teuca*: sed in Mss. est *Tentana*, quomodo & in Iornande. Plinio 34, 6. *Tenca*. B.

PROLOGUS LIBRI XXIX.

Vndetricesimo volumine continentur hæc res gesta Philippi regis aduersus Dardanos, & (a) Ætulos. Repetitæque inde Creticæ origines: Post cuius insulæ societatem, Philippus cum Illyriis, & Dardanis, & rursus Ætolis bello congressus est: adiuantibus Ætulos Romanis: Quo finito intulit Ætolis bellum.

(a) *Ætulis*] Mod. ed. *Ætolis*.

PROLOGUS LIBRI XXX.

Tricesimo volumine continentur hæc. Vt mortuo (a) Ptolemæo Vtrufphonæ, filius eius Philopater Antiochum regem vicit. (b) rapti ei per amagathodææ corruptus decessit, relicto filio pupillo: in quem cum Philippo rege Macedonum

consensit Antiochus. Philippi deinde gesta in Asia, cum mouisset *Ætola* bella. A quibus reuersus bellum habuit cum ducibus Romanis Sulpicio & (c) Flaminio, quibus victus, pax. Transitus deinde ad res Antiochi, qui post regnū acceptum persequutus defectores in Media Molonem, in Asia (d) Maccheum, quem obsedit Sardibus; pacata superiore Asia Bactris tenuis, in Romana bella descendit.

(a) *Ptolemæus Vtrusphona* ] Hic est Ptolemæus Euergetes: *Vtrusphona* quid sit, viderint doctiores. B. Rurgetius dicto cap. 7. lib. 1. ostendit legendum *Tryphone*.

(b) *Rapies pacemare gathocles corr. det.* ] Hoc quomodo restituendum sit, aliequi conjectura non possunt: hoc quilibet intelligit, auctore Agathocleæ corruptum decessisse. B.

(c) *Flaminio* ] Scribe *Flaminio*, à quibus victus. B.

(d) *Maccheum* ] Leg. *Achaum* ex Polybio, qui bellum hoc describit lib. 3.

PROLOGUS LIBRI XXXI.

Vno & tricesimo volumine continetur bellum, quod cum Lacedæmonio (a) Nauide Titus Flamininus & Philopœmen dux (b) Achaïchorum gessit. Item bellum quod cum Antiocho in Achaïa per (c) Achilium consulem, & in Asia per Scipionem gestum est. Denique Annibalis ad regem (d) ab Carthagine fuga. Bellum cum (e) Acholis gestum per eundem Achilium, qui Antiochum Græcia expulserat.

(a) *Nauide* ] Mod. ed. *Nabide*. vtrumque bene.

(b) *Achaïchorum* ] Leg. *Achaïorum*. B.

(c) *Achilium* ] Leg. *Acilium*. B.

(d) *Ab Carth.* ] Mod. ed. à *Carth.*

(e) *Acholis* ] Scribe *Achivis*. B.

PROLOGUS LIBRI XXXII.

Secundo & tricesimo volumine continentur hæc. Defectio ab Achæis Lacedæmoniorum & Messeniorum, qua Philopœmen interit. Romanorum in Asia (a) ducem ambo, (b) aduersum Gallos bellum. Regis Philippi propter ablatas sibi ciuitates, alienatus in Romanos animus; & ob hoc alter filiorum Demetrius occisus: Concitatioque ab eo Bacternæ, transire conati in Italiam. Inde in excessu dictæ res Illyricæ: vt Galli qui occupant Illyricum rursus (c) redierunt in Galliam, originesque Pannoniorum, & incrementa Daciorum, per Ruboboston regem. In Asia bellum à rege Eumene gestum aduersus (d) Gallium Ortiagonem, Parnece Ponticum, & Prusiana adiuuante Prusiam Annibale Pæno. Res gesta Annibalis post victum (e) Antiochum. Et mox mortuo Seleuco filio magni Antiochi successit regno frater Antiochus.

(a) *Ducem ambo* ] Legendum, *duos Manlios*, Liiuius 38. 12. Florus 2. 11. Miror in historia miscella Pauli Diaconi 4. 5. Fuluius hoc tribui: cum Fuluius, qui collega erat Manlii, pæne isdem diebus cum Ætolis bellum gesserit, quibus Manlius cum Gallis. Plutarchus de virtutibus mulierum *Γαλαῖος* vocat, quod Manlii pæno. men est: Interpret nos fratres de Cnæo Scipione Plutarchum loqui arbitratas est. B.

(b) *Aduersum* ] Mod. ed. *aduersus*.

(c) *Redierunt* ] Mod. ed. *redierint*.

(d) *Gallium Ortiagonem* ] Emenda, *Gallium Ortiagonem*, & *Pharmacem Ponticum*, & *Prusiam*. Florus 2. 11. illum *Ortiagonem* vocat: ita est in Ms. B. *Gallium* tamen rectum videtur: sicut Sallustius Hist. 4. *Gallias mulieres* dixit, pro *Gallias*, quam Substantiuorum enallagen exemplis bonorum auctorum firmat. Auf. Popma de vsu antiq. locuta. 1. & D. Vechnerus Hellenol. 1. 3.

(e) *Antiochum*. Et mox ] Modii editio rectius, *Antiochum*, & *mox*.



## PROLOGUS LIBRI XXXIII.

Tertio & tricesimo volumine continetur hæc, Vt cum Perse Philippi filio, rege Macedonum, Romani bellum gesserint: quo capto deleta est (a) Epiros: (b) Ætolicæ ciuitates ab unitate corporis deductæ, inter Achæos & Lacedæmonios certamine orto: Bellum rursum in Macedonia gestum à Romanis cum (c) seu Philippo.

(a) Epiros ] De directa Epiro Plutarchus Æmilio c. 49. Eutropius 4. 3. B. Adde Polybiti fragment, lib. 7.

(b) Ætolica ] Scribe *Achaica*. B.

(c) *Sen Philippo* ] Scribe *Pseudophilippo*. B.

## PROLOGUS LIBRI XXXIV.

Quarto & tricesimo volumine continentur hæc. Bellum Achaicū quod Romani per (a) Maccellum & Mummium gessere: quo diruta est Corinthus Bellum regis Eumenis cum Gallogræcis, & (b) in Pifidiis cum Selegenfibus. Res quas gessit Syria rex Antiochus, & rex Ægypti (c) Ptolemæus. Repetitæ inde origines regum Cappadocum. Epiphanes vt mortuo Ptolemæo, relicti ab eo filii duo Filometor & Evergetes, primum cum Antiocho habuere bellū, quod per Romanos finitum est; deinde inter se, quo maior est expulsus: restituitoque, Romani inter fratres regna diuiserunt. Vt mortuo rege Syria Antiocho, Demetrius cognomine Soter, qui Romæ fuerat obses, clam fugit; occupataque Syria bellum cum Timarcho Medorum rege habuit, (d) Ariarathes rege Cappadocum. Vt habita inter Ariaten & Orphernem regni certamina. Vt mortuo rege Asia Eumene, suffectus Attalus bellum cum Selegenfibus habuit, & (e) cum rege Prusia.

(a) *Ma.*

(a) *Maccellum* ] Repone *Marcellum*. B.

(b) *In Pifidiis cum Selegenfibus* ] Scribe. *in Pifidia cum Selegenfibus*. Scilicet ga. verba Pifidiz, Strabo lib. 12. Stephanus. B.

(c) *Ptolemæus Rep.* ] Scribe. *Ptolemæus Epiphanes. Repetitæ inde orig. reg. Cappadocum. Vt mortuo Ptol.* B.

(d) *Ariarathes &c.* ] *Legge, & Ariar. rege Cap. Vt habitæ inter Ariarathem & Orphernem &c.* B.

(e) *Cum rege Prusia* ] Meminerunt huius belli excerptæ à Polybiti legationes 131. & 132. Memorabile autem est quod notat Athenæus 11. 13. ex eius nomine poculi genus *Prusian* vocarum.

## PROLOGUS LIBRI XXXV.

Quinto & tricesimo volumine continentur hæc. bellum (a) Ripaticum inter Cretas & Rhodios: seditio (b) Chidiorum aduersum Cerinenses. Et aduersus Demetrium Sotera subornatus est Alexander, tanquam genitus Epiphane Antiocho: quo bello victus Demetrius, inuisum stultitia (c) Alexandrom bello vicit; adiuuante Ptolemæo Filometore, qui eo bello interijt. Vt deinde orta Demetrio bella sint cum (d) Diotore Tryphone: expulsusque à Tryphone regno Syria Demetrius. Repetit inde superioris Asia motus, factos per (e) Aretheum & (f) Asacen Partum.

(a) *Ripaticum* ] Litterarum ordine inuestio legge *Piraticum*. B.

(b) *Chidiorum* ] Mod. *ed. Chidiorum*.

(c) *Alexandrom* ] Mod. *ed. Alexandrum*.

(d) *Diotore* ] Leg. *Diotoro*.

(e) *Aretheum* ] Mo 1. *ed. Aretheum*. forte legend. *Arctam*, qui Arabiz rex est Iosepho 13. 21.

(f) *Asacen Partum* ] Leg. *Asacen Parthum*. B.

## PROLOGUS LIBRI XXXVI.

Sexto & tricesimo volumine continentur hæc. (a) Vt Cypro pulsus Syria Demetrio; captaque à Parthis, bellum gessit cum fratre eius Antiocho

Mm 4

cogno-

cognomine, sed vt Antiochus interfecto Hyrcano, Iudæos subegit. Repetita inde in excessu origo Iudæorum. Vt rex Asiæ Attalus Cenostracas subegit, successoremque imperii Attalum Philometora reliquit. Mortuo denique Philometore (b) regno Asiæ occupato, bellum cum Romanis gessit, (c) qua pactus est.

(a) Vt Cypro &c.] Lego, Vt Typho, pu[er]i su[us] Syriae Demetrio, captione à Parthis, bel. gessit, cum fr. eius Ant. cognomine Seleuco. Vt Antiochus &c. B.

(b) Regno Asiæ ] Fort. Aristonicus regno Asiæ. B.

(c) Quâ pactus ] Scrib. quo captus, B.

PROLOGUS LIBRI XXXVII.

Septimo & tricesimo volumine continentur hæc. Repetitis regum Ponticorum originibus, vt (a) vltimum Mithridate neupatora series imperii deducta sit: Atque vt ingressus ille regnum, subegit Pontum & Paphlagoniam, priusquam in bella Romana descendit. Dictæque in excessu regum Bosphoranorum & Colchorum origines, & res gestæ.

(a) Vltimum Mithridate, neupatora ] Leg. vt vltimum ad Mithridate, Eupatora, B. Modius edidit, vltimum in Mithr. Eupat. Ex vestigijs Bongarsianæ scripturæ non difficile est coniectare, vt ad vltimum Mithridate, in Eupat. Ad vltimum est tandem, siue, vt Iulianus solet loqui, ad postremum.

PROLOGUS LIBRI XXXVIII.

Octavo & tricesimo volumine continentur hæc. Vt Mithridates (a) eupatore occiso (b) Arathe Cappadociam occuparit; victoque Nicomede & Malthino Bithyniam. (c) Vt mortuo Ptolemæo Philometore. Ac frater eius Afcon (d) accepto regno Ægypti seditione populi: deinde bellum cum vxore sua Cleopatra & cum rege Syriae Deme-

Demetrio habuit. Inde repetitum vt Demetrius captus sit à Parthis, (e) (bellumque) intuleris, qui cum exercitu suo delectus est.

(a) Eupatore] Leg. Eupator. B.

(b) Arathe] Mod. ed. Ariastathe, ut supra correxit Bongarsius.

(c) Vt mortuo &c.] Leg. Vt mort. Ptol. Philometore, frater eius Physcon accepit regnum Æg. Si inauis accepto regno, decunt quadam. B.

(d) Accepit regno ] Modius etiam edidit, accepit regnum, ut supra vltimum Bongarsio. Locum ita scribo: accepit regno Ægypti, seditionem populi: deinde bellum &c. Habere seditionem, eadem phrasin, quando iuuat, habere bellum. Iulian. 38, 4, 1. &c. Liv. 36, 39, 7.

(e) Bellum ] Locus hic ita suppleri potest, bellumque in intulerit Antiochus, qui, &c. B.

PROLOGUS LIBRI XXXIX.

